427





D. IOHANNIS

FABRI, EPISCOPI VIENnensis, Sermones fructuosissimi, cũctis Ecclesiæ catholicæ defensoribus, ac doctrinæ euãgelicæ professoribus, summopere necessarij.

De
Eucharistia. Folio. I.
Victoria contra Turcas. Fol. LVI.
Patientia. Fol. XCIIII.
Baptismo paruulorum contra Anabaptistas. Fol. CXXXIII.

Item, Oratio funebris in laudem D. Margaretæ, Ducissæ Austriæ, &c. & quædã alia, quæ ad honorẽ patiẽtissimi Iob cõscripta sunt, p̃cedẽtib⁹ adijciunt. Fo. CXLIII. &. CXLVII.

Anno M. D. XXXVII.

BIBLIOTHECA
S.SS.R.
TRUDONOPOLI
ARMARIUM
60G





SERENISSIMO PRIN-

CIPI, AC DOMINO, D. SIGISMVNDO

Augusto Poloniæ Regi, Magno duci Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Massouiæq; principi, &c. Domino suo colendissimo, Iohānes Fabri Epūs Viennēn. a deo optimo maximo optat salutem, gratiā, pacem, & omne bonum.



Onsideranti mihi, Sigismunde Auguste Rex serenissime ditionis Christianæ regna ac principatus, perbeati mihi esse videnť hoc tēpore Sarmatiæ populi, tū patris tui Sigismundi virtute, tū tua etiā indole. Quid enim illius ad prudētiā, animi magnitudinē, rerū gestarū gloriam addi possit nō video, q̄ feroces ac barbaros Tartarorum populos toties armis victor, fudit, fugauit, afflixit, vt Sarmatię regnū ab eorū rabie, rapinis, armis, tutū trāquilla in pace collocarit. Et quū vno tēpore a duobus grauissimis immanissimisq; hostibus vexaretur, Turcarum Cæsarem, factis indutijs prudēter mitigauit, quo quiescente alterius impetus vi armisq; facile retudit. Tali patre natus, spem de te omnium non mediocrem concitasti. Siquidē fortes nascūtur fortibus & bonis, nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam, quam tua indole puer adhuc faustis sub penetralibus nutritus sic cōfirmasti, vt non mō tuorū expectationi satisfacias, sed exterarum quoque nationū oculos in te conuertas, vt qui ad patrē tuum legati accedant: quod de Alexandro etiam puero Persæ dictitabant, in te conferant ὁπαῖς οὗτος μέγας βασιλεύς. Neq; mirum id sane videtur, Habuisti enim ingeneratæ indolis magistram ac formatricē matrem Reginā, sapiētia, grauitate, facundia plus q̄ matronali præditam. Quæ quid regem deceat quum non ignoraret, animi maiorem q̄ corporis formādi curā suscepit, quam primum per ætatem licuit literarum magistros pietate ac doctrina illustres tibi attribuit, qui tenerum adhuc animū heroe dignis moribus ac literis exornarent. Ad hæc Episcopi regni paterni non pauci, sacrarum literarum prudētia clari, quibus cum es assidue, pietatis, orthodoxæ præcepta te ignorare non sunt passi. Quocirca tametsi me nō fugiebat ijs te auspicijs ortum, hac indole eductum, tot ac tantis præceptoribus vsum, doctore iam non indigere a quo discerēs quid intra, quidve extra Noe archam quæ figura est, siue exemplum ecclesiæ, esse iudices. Quid inter catholicorū vnanimem consensum, & hæreticorum factiones interesse putes, illi sanctissimi fœderis memores, archæ Noe mysteria religiosissime coluerunt, hi nouarum rerum studiosi, neglecto vero scripturæ sensu cæci cæcorum duces in varios errores abierunt, confusum Babyloniæ chaos. Hinc ea, quæ semper superioribus seculis hæreticis existentibus mala mundum occuparunt: etiā his temporibus calamitosissimis atrocissime grassata sunt, infinitis hominū milibus, nouis & antea inauditis, ac ne literarum quidem monumentis traditis, morbo-

cim. F. 4317

1493 o. 2019

morborum generibus absumptis. Nihil dicã de bellis inteſtinis, quibus vna in Germania, quantus hominum numerus (pro deũ immortalem) vanis ac falſis fucatiſſimorum ſceleroſiſſimorumq; hypocritarum commentis illecti, dum contra dei præcepta, magiſtratibus non obtemperare, ſacramenta eccleſiæ contemnere, domus dei viui, ſanctorumq; imagines delere conantur: ſunt iuſta dei vindicta crudeliſſime trucidati, Alienigeni etiã venere hoſtes, qui aquilæ volantis inſtar ſumma celeritate, noſtras terras inuaſere, & nulli ætati ſexuiue parcentes, Chriſtiani ſanguinis ſitientiſſimi, omnium capitib⁹ immaniſſime inſultauere. Hęc inquam, te habere omnia cognitiſſima, etſi nõ ignorabam, tamen quum patris tui regis omnium prudẽtiſſimi atq; optimi ſemper fuerim ſtudioſiſſimus, & Chriſtophorus a Schurlibitz Cracouię capitaneus (qui, vt eſt, non ignarus ſacrarum literarũ, ſic earum ſtudioſos vnice colit ac miratur) quum mihi in conuentu Neopolitano Ludouici Hungariæ & Ferdinandi Romanorum, Hungariæ, Bohœmiæq; &c. regum, cæterorumq; vltro currenti (vt aiunt) calcar admouiſſet, volui duo ęra vtcunq; minuta teſtandæ voluntatis meæ gratia, cum vidua illa in gazophylacium mittere, & collectas poſt metentium terga ſpicas Moabitidis mulieris exemplo offerre, quæ tibi ſolium aliquãdo regium aſcenſuro non inutilia fore arbitratus ſum. Sic enim dominus hortatur in Deuteronomio: Qui in ſolio regni ſui ſederit rex, ſibi deſcribat Deuteronomion legis in volumine, accipiens legis exemplar a ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecũ, legetq; illud omnibus diebus vitæ, vt diſcat timere dominum deum ſuum, & cuſtodire verba, & cerimonias eius, quæ ſunt in lege præcepta, nec declinet in dexterã vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael. Vnde facile intelligis regi præcipuam religionis curam eſſe ſuſcipiendam, incq; domini lege eidem diu noctuq; meditãdum. Iam vero ſiue Iudicum hiſtoriã ſiue regum Iſrael conſideremus, nihil inde depromi poteſt, quod cum arcæ fœderis myſterijs comparari valeat. In ea enim (iuxta Pauli ſentẽtiam) præter virgam Aaron & tabulas teſtamenti etiam manna, aurea in vrna ſeruabatur, quod vel Chriſti teſtimonio Euchariſtiæ figura fuit. Euchariſtiã porro, quam & Synaxin vocãt, qui contempſerit, præſidium humanæ vitæ ſuſtulerit, ægris animis medicinam eripuerit, & omnino religionis noſtræ caput deiecerit, arcemq; expugnarit. Quum itaque animaduerterem nefariam impiorum colluuiem, duce Caroloſtadio, Zuinglio, Oecolampadio, e Capharnaitarum grege collectam, abominabile facinus inaniſſimis nugis, aniſibus fabulis, fucatis argumentis armatã aggredi, quod quę oculis corporeis non cernerent, manu non contrectarent, neq; in animum includere, nec fide aſſequi poſſent. Verum corpus, verum ſanguinem eẽ Chriſtus ipſe teſtatus eſt, q̃ tractaretur in Euchariſtiæ ſacramento. Hunc murum qui nullis humanæ rationis machinis non modo non ſubrui, ſed ne labefactari quidem vllo modo poteſt, inſani Sophiſtæ, cœlum reſcindere coniurati fratres per cuniculos ſubire conati, alius τοῦτο Græcum alio torquens, alius ἐστὶ. i. eſt in ſignificat tranſformans, vel in figurat, alius Manichæorum damnatæ hæreſi conſentiens, verba Chriſti retrogrado modo pronuncians, corpus ſpiritale &

phantasticum esse dicit, alius ab articulo græco fenestram sibi apertam existi
mans, confestim Io triumphe, ante partam victoriam cecinit: Neq; defuerũt
ex vario & imperito Germanię vulgo huius impietatis sectatores, vt vbi vi
guerit olim præcipue religio, impietas ita inualuerit, vt nõnulli hoc veneno
tincti penitus Christum deseruerint. Quicq; fidei constãtia quõdam illustres
habiti, toti facti sint ἄθροι. At, quæ est incredulorum natura, non tantum Chri
sti verbis non credũt, sed Eucharistiæ venerabili ac sacrosancto sacramento
illudentes impurissimi porci, cœleste manna in terram effusum pedibus cõ-
culcant, laniant, pro scopo sagittis exponũt, & omnino nouis ac inauditis cõ
tumelijs persequuntur, hãc a Berengario quõdam suscitatam hæresim, atq;
vna cum authore damnatã, temeritate impiorũ rursus innouatam, quũ vi-
derem gangrenæ instar latius serpere, verbi dei gladio pro Viennensi grege
mihi cõcredito depugnãdum putaui, & malo pestilẽti salubri medicina oc-
currẽdum. Ideoque ex hac aurea fœderis arca, cœlestis mannæ incorruptam
maiestatem depromẽs, pluribus cõcionibus e suggesto assidue declamãdo
Eucharistiæ sacramẽti veritatem cõfirmaui, inanissima impiorum argumẽ-
ta refutaui, Phanaticas sophistarum Phalanges ita sum amolitus, vt intra fi
nes episcopat^{us} mei Viennẽsis ex Capharnaitis, Catabaptistis, Iconomachis,
nemo reperiatur. Quum porro aduersarius noster Satan, serpẽs ille callidus
terram circuire nõ acquiescat, famelici ac rugiẽtis leonis more quærẽs quem
deuoret, fierique posse mihi persuaderem, vt ne Polonia quidem vestra in-
tentata huius dolis (qui in paradisum dei irrepere ausus) relinqueretur. Atq;
vtinam mille fraudum architectus tẽtator, non istic quoque labem aliquam
asperserit, & Iobi alioquin innocẽtissimo insidias crearit, Christoque ieiunã
ti in solitudine sese obtulerit. Quo itaque ad huius technas Maiestas tua re
gia instructior eẽt (quanq; audio esse instructissimam) hoc de arca fœderis ser
monum meorum volumen sub tuæ maiestatis titulo recens in publicũ pro-
dire volui. Quo hæc quantulacũque accessio fieret ad saluberrima parẽtum
præcepta, præceptorum, Episcoporumque doctrinas. Quibus omnibus tuã
adolescẽtiam stabilitam nõ sine magna animi lætitia audio. Hinc nimirũ co-
gnosces, vnde salus hominis Christiani dependet, orthodoxam de Eucha-
ristia sentẽtiam validissimis argumẽtis comprobatam, ac nihil eẽ vel tutius,
vel salubrius, quam regia via regem ingredi, & cum ecclesia, quæ in cõcus-
so fundamẽto nititur, perpetuo stare, sentireq;. Quam diuus Paulus, quum
e tertio cœlo redijsset, appellauit domum dei viui, columnam etiã & firma-
mentum veritatis, cum qua est, eritque semper, iuxta Christi promissionem,
spũs sanctus, spũs veritatis, qui pios docebit omnia. Est ne igitur qui adduci
vt credat, possit, tot seculis nos orphanos tã impijs in erroribus derelictos?
vt quemadmodum Capharnaitæ nos in Eucharistia insimulãt q; idololatrę
panem pistorium, & vinum terra natum pro cœlesti manna, pro corpore &
sanguine Christi seruatoris nostri ad hunc diem coluerimus ac venerati si-
mus? Quid ergo illa Euãgelistæ Matthæi verba, quibus ex ore Christi finẽ
historiæ suæ statuit. Ecce ego vobiscum sum (ait dominus) omnibus diebus
vsque ad consumationẽ seculi? Quo tãdem tendũt? Et nos relicto Christo,

quem

quem perpetuo ſequuti maiores noſtri, Reges ac principes per Aſiam, Aphricam, ac Europam, ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum omni veneratione ſunt proſequuti, vacillantem Capharnaitarum leuitatem imitemur? Contemptis itaque Apoſtatarum ſutelis, qui cum voto ac cuculla religionem ſimul ac bonam mentem exuerunt, acceptam potius e Chriſti ore adhuc in terris agentis, & a fidei incunabulis, ſanctiſſimorum virorum monumentis, ad hæc noſtra tempora de Euchariſtia tranſmiſſam ſententiam, firmiter porro teneamus, manna illud cœleſte ſeu Euchariſtiæ ſacramẽtum verum eſſe corpus, verumq; ſanguinem poſt cõſecrationis verba cõſtanter credamus. Ab eccleſiæ catholicæ decretis, ſanctionibusq; nullo pacto declinemus. Quod nõ ſine ſumma laude maieſtatem tuam ad hoc tempus feciſſe orbi notiſſimum eſt. Idcirco glorioſiſſimus Romanorum, Hungariæ ac Bohœmiæ &c̃. Rex Ferdinandus, dominus ac patronus meus clementiſſimus, &c̃. quum illi tecum multæ magnæque neceſſitudinis cauſſæ intercederent: quippe qui primogenitam adeo filiam ſibi multo clariſſimam tibi deſpõdere non dubitarit, hanc tamen vnam omnium maximam pro ſua pietate habet, qua te præcipue diligat, & amplectatur, eo nimirum quod omnium virtutũ inſignĩs egregie alias decoratũ, tũ vel maxime obſeruãtia quadã & religione obſtrictum erga veram indubitatamque fidem Chriſtianam te ingenue agnoſcat. Fortiter igitur maiorum ſanctiſſimorum ſapientiſſimorumq; Regum veſtigĩs innitere, orthodoxam religionem cole, & ſtrenue tueare, & continenti rerum omnium ſucceſſu, annos, canosq; patris tui conſequeris. Tandemq; proculdubio etiam poſt hanc vitam ſempiterna perfrueris, eius beneficio, per quem, ex quo, & in quo ſuut omnia. Eapropter quicquid id eſt, quod nomini tuo dedicauimus, Maieſtas tua boni conſulat, & ab optimo animo profectum pro ingenerata clementia ſua non aſpernetur. Datum Viennæ Auſtriæ, prima Martĩ. Anno a nato Ieſu, milleſimo quingenteſimo triceſimotertio.

INDEX OPERIS

SVMMA EARVM RERVM QVAE IN Sermonibus subsequentibus de Eucharistia continentur.

Sermo.I. De arca fœderis, quo ritu facta & quid in & iuxta eam repositum fuerit. Fol.1.

Sermo.II. De admirabili manna, quod erat intra arcam, cuius rei figuram gestarit. 2.

Sermo.III. Quomõ arca fœderis, aliq̃ties etiã arca dei vocata sit. 3.

Sermo.IIII. Quid aduersi euenerit his, qui arcã dei prophanarũt, hodieq; indigne sacramentũ Eucharistiæ tractãt. ibi.

Sermo.V. De veritate corpis & sanguinis Chri in sacro altaris 4.

Sermo.VI. De magna virtute verboꝝ dñi ex veteri testamẽto 5.

Sermo.VII. De vi verboꝝ dñi, circa Eucharistiã atq; multa alia 6.

Sermo.VIII. De vi & efficacia bñdictionũ ex vtroq; testimonio. ibi.

Sermo.IX. De trãssubstãtiatiõe in Eucha. cõtra Capharnaitas 7.

Sermo.X. Confutatio Azotiorum pro Eucharistia. 8.

Sermo.XI. De omnipotentia Christi pro sacramento altaris, aduersus Gethæos. 9.

Sermo.XII. De indigne tractantibus arcam & Eucharistiam 10.

Sermo.XIII. De sacerdotio & ritu sacerdotali legis & Aaron. 11.

Sermo.XIIII. De sacerdotio nouæ legis. ibidem.

Sermo.XV. De altari, holocausto, incenso, tabernacalo, thymiamate, thuribulo, &c. iuxta arcam. 12.

Sermo.XVI. De vasis oraculi, & cerimoniꝭ iuxta arcã & Eucha. 13.

Sermo.XVII. De propitiatorio legis, & propitiatione Christi 14.

Sermo.XVIII. Sacramentum altaris veram esse oblationem. 15.

Sermo.XIX. De duobus Cherubin & vrna aurea, in qua manna fuit, aduersus Nestorianos & Capharnaitas. 16.

Sermo.XX. De ministerio angelorum ad Eucharistiam 18.

Sermo.XXI. De Maria sanctificatiõis arca, aduersus Mariçmastigas

Sermo.XXII. De perpetua virginitate Mariæ. 20. (19.

Sermo.XXIII. Quo pacto duo Cherubin supra arcam sese mutuis vultibus respiciebant. ibidem.

Sermo.XXIIII. Religiose in sacris tẽplis & altaribus crucifixi & sanctorum poni imagines, aduersus Iconomachos 21.

Sermo.XXV. Alias ac diuersas esse imagines Christianorum in altari, qnàm fuerunt olim gentilium idola. 22.

Sermo.XXVI. De labro & mari æneo iuxta arcam. 23.

Sermo.XXVII. De aqua pœnitentiæ & cerimoniꝭ eius. 24.

Ser.XXVIII. De gratia dei ad Eucharistiam. 25.

Ser.XXIX. De mensa domini & communione sub vna specie. 26.

Ser.XXX. De candelabro coram arca. 27.

Ser.XXXI. De duabus tubis argenteis. 28.

Ser.XXXII. Quid sibi tubæ voluerunt in testamento veteri. 29.

Ser.XXXIII. De lamina aurea & admirabili nomine dei. 30.

Ser.XXXIIII. De rationali pontificis ingredientis sancta sanctoꝝ. 31.

Ser.XXXV. De sapientia prothomartyris Stephani. 32.

Ser.XXXVI. De iustitia. ibidem.

Ser.XXXVII. De vestimentis sacerdotalibus. 33.

Ser.XXXVIII. De dedicatione tẽpli Salomonis in quo arca fuit. 34.

Ser.XXXIX. De authoritate sacerdotali. 35.

Sermo.XL. De planctu super Aaron, ac alios. ibidem.

Sermo.XLI. De alba veste sacerdotis accedentis ad arcam. 37.

Sermo.XLII. De cingulo sacerdotali. 38.

Sermo.XLIII. De functione Leuitica in sancto Laurentio ibidem.

Sermo.XLIIII. De duplici Ephod, & quid figurauerit Ephod, ac ora ratiene. 39.

Sermo.XLV. De interceſſione ad deum. 41.
Sermo.XLVI. De aſſumptione diuæ virginis Mariæ. 42.
Sermo.XLVII. De interceſſione diuæ Mariæ virginis ac ſanctoꝝ. 43.
Sermo.XLVIII De cęrimoniꝭ iuxta Euchariſtiam. 44.
Sermo.XLIX. De duplici adoratione Latriæ & Duliæ. 45.
Sermo.L. De virga Aaron in arca. 46.
Sermo.LI. De duabus tabulis. 47.
Sermo.LII. De murmurantibus aduerſus manna & Eucha. ibidem.
Sermo.LIII. De blaſphemia in deum. 48.
Sermo.LIIII. De prouidentia dei. 49.
Sermo.LV. Quæ pœna ſit eorum, qui murmurãt aduerſus deũ. 50.
Sermo.LVI. De vocatione omnium gentium. 51.
Sermo.LVII. De libero arbitrio hominis. ibidem.
Sermo.LVIII. De dño deo exercituum, ſedenti ſuper Cherubin. 52.
Sermo.LIX. Authoritate ſcripturæ, & Eccleſiaſticorum illuſtrium virorum, probatur veritas Euchariſtiæ, & quod illa ſit oblatio. 54.

SVMMA EARVM RERVM, QVAE in ſermonibus de victoria contra Turcas continentur.

¶Epiſtola ad Cardinalem atq; epiſcopum Tridentinum. Fo.56.
Sermo.I. De pœnitentia. 57.
Sermo.II. De oratione & clamore ad dominum pro victoria. 58.
Sermo.III. De ſpe & confidentia in dominum. 60.
Sermo.IIII. De patientia. 61.
Sermo.V. De pietate in deum. 62.
Sermo.VI. De timore domini. 63.
Sermo.VII. De peccato blaſphemiæ. 64.
Sermo.VIII. De laudando dominum. 65.
Sermo.IX. De ſuperbia & arrogantia. 67.
Sermo.X. De humilitate. ibidem
Sermo.XI. De prudenti & diuino conſilio. 69.
Sermo.XII. De prudentia in re militari. 70.
Sermo.XIII. Qũo liceat etiam Chriſtiano bellare contra Turcas. 71.
Sermo.XIIII. De ſupmo Chr̃ianæ militię principe ac duce Chr̃o. 72.
Sermo.XV. De obedientia militum. 73.
Sermo.XVI. De temerario homicidio. ibidem.
Sermo.XVII. De ſigno crucis. 74.
Sermo.XVIII. De ſacratiſſimi Cæſaris Caroli, & Romani Imperiꝭ ſigno, Aquila. 76.
Sermo.XIX. De natura Aquilæ. ibidem.
Sermo.XX. De dilectione proximi. 77.
Sermo.XXI. De ſcuto fidei. 78.
Sermo.XXII. De galea ſalutis & ſpe vitæ æternæ. 79.
Sermo.XXIII. De multiplici gaudio æternæ beatitudinis. 80.
Sermo.XXIIII. De vitanda ebtietate. 81.
Sermo.XXV. De lorica charitatis. 82.
Sermo.XXVI. De gladio ſpiritus. 83.
Sermo.XXVII. De verbo dei. 84.
Sermo.XXVIII. De præparatione ad Euangelium. 85.
Sermo.XXIX. De dignitate & præſtantia Euangeliꝭ. 86.
Sermo.XXX. Strenue laborandum eſſe Chr̃iano militi. 87.
Sermo.XXXI. Vigilandum eſſe. 88.
Sermo.XXXII. De conſtantia & perſeuerantia. 89.
Ser.XXXIII. De forritudine. 90.
Ser.XXXIIII. De vana multitudine exercitus. ibidem.
Ser.XXXV. De admirabili victoria in paucitate populi. 91.
Ser.XXXVI. Non eſſe fidendum in carneum brachium. ibidem.
Ser.XXXVII. De nominibus & cuſtodia dei. 92.

ARGVMENTA EORVM QVAE IN SVBSEQVENtibus de patientia sermonibus differuntur.

Sermo.I. De insigni patiẽtia,ortu,ac regione patiẽtiss.Iobis 96.
Sermo.II. De candida simplicitate Iobis. 97.
Sermo.III. De iustitia & rectitudine Iobis. 98.
Sermo.IIII. De timore dei. 99.
Sermo.V. De fide & bonis operibus. 100.
Sermo.VI. De encomio matrimonij. ibidem.
Sermo.VII. De virtute benedictionum ac purgatorio. 101.
Sermo.VIII. De diuitijs bene vel male quęsitis. 102.
Sermo.IX. De insidijs ac tentatione Satanæ. 103.
Sermo.X. De vero seruo & amico dei. 104.
Sermo.XI. De potestate diaboli. 105.
Sermo.XII. De varijs ac diuersis tentationibus. 106.
Sermo.XIII. De veterum cęrimonijs in aduersis. 107.
Sermo.XIIII. De planctu mortuorum. ibidem
Sermo.XV. De admirabili beneficentia & nomine dei. 108.
Sermo.XVI. De diuersis ægritudinum causis. 109.
Sermo.XVII. De stulta reprehensione vxoris erga Iob. 110.
Sermo.XVIII. De patientia Iob. 111.
Sermo.XIX. De varijs tribulationibus hominum. 112.
Sermo.XX. De visitatione infirmorum. 113.
Sermo.XXI. De luctu in aduersis. 114.
Sermo.XXII. De compatientia. ibidem
Sermo.XXIII. De eleemosyna in pauperes. 115.
Ser.XXIIII. Iobem non esse blasphemum nominis dei. 116.
Ser.XXV. De omnipotentia dei. 117.
Ser.XXVI. De potestatibus huius seculi. 118.
Ser.XXVII. De omniscientia dei. ibidem
Ser.XXVIII. De redemptione Christi. 119.
Ser.XXIX. De resurrectione Chri, & Christifidelium 120.
Ser.XXX. De breuitate vitæ. ibidem
Ser.XXXI. De varijs tribulationibus Iobis. 121.
Ser.XXXII. De mendacio. 122.
Ser.XXXIII. De falso testimonio. 123.
Ser.XXXIIII. De patientia & humilitate. 124.
Ser.XXXV. De secretissimis & altissimis rebus naturæ 125.
Ser.XXXVI. De orationibus & viuoꝝ & mortuoꝝ. 126.
Ser.XXXVII. De efficacia pœnitentiæ & orationum. 127.
Ser.XXXVIII. De retributione dei. ibidem.
Ser.XXXIX. De vera & ficta amicitia. 128.
Sermo.XL. De prouidentia dei,& cæca fortuna. 129.
Sermo.XLI. De sancta benedictione. ibidem
Sermo.XLII. De inuidia. 130.
Sermo.XLIII. Longæuã & æternã vitã eẽ benedictioẽ domini. 131.
Sermo.XLIIII. Felicitatis vltima pars,est vita æterna. 132.

CONTRA ANABAPTISTAS SERmones quinque.

¶Epigrãmata aliquot doctissimoꝝ viroꝝ contra eosdem &c. 133.
¶De baptismo paruuloꝝ contra Anabaptistas,sermo primus. 135.
¶Sermo secundus contra eosdem. 137.
¶Sermo tertius. 138.
¶Sermo quartus. 139.
¶Sermo quintus. 140.
¶Articuli septẽ,cõscripti ex Augustanoꝝ p̃dicatoꝝ libro cõtra Anabapti (stas. 141.
¶Sermo Paræneticus ad Orthodoxos. 142.
¶Epla dedicatoria ad Reuerẽdiss.cardinalẽ epm Leodieñ.in oronẽ suam (funebrem. 143.
¶Oratio funebris habita Coloniæ. 144.

¶Adijciuntur præcedentibus libri quatuor, ab ipso Orthuino Gratio in laudem beati Iob conscripti &c. ¶Finis.

IOHANNIS FABRI
EPISCOPI VIENNEN. SERMONES DE EVCHARISTIA.

SERMO .I.

A Quum videritis archam fœderis domini dei veſtri,& ſtirpis Leuiticæ ſacerdotes portantes eam, Conſurgite & ſequimini, ſitq; inter vos & archam,ſpatium,& cauete ne appropinquetis ad archam. Verba ſunt præconũ,fortiſſimi dei militis Ioſue,filij Nun, miniſtri Moyſi,in caſtris,iuxta Iordanẽ ad filios Iſrael,ſcripta Ioſue. iij.

ARGVMENTVM.

Sermo eſt de archa fœderis,quo ritu facta,& quid in & iuxta eam repoſitum fuerit.

B  RATRES IN DOMINO CHARISSIMI, SIC tradunt hiſtoriæ ſacræ, ita placuiſſe domino, vt fieret & compingeretur archa de lignis Sethim, cuius longitudo haberet duos & ſemis cubitos,latitudo cubitum & dimidium, altitudo ſimiliter cubitum & ſemiſſem,Et hanc quidem deaurandam eſſe mandauit dominus, auro mundiſſimo intus & foris. Ad hæc idem dominus,iuſſit Moyſen ſupra illam facere coronam auream per circuitum, & quatuor circulos aureos. Et licet ad huius archæ latus eſſet poſitum Sephor thorach,id eſt,liber legis,Intus tamen erat vrna illa aurea,de qua Exo.16 legitur,q; præceperit Moyſes, vt ſumeretur vas vnum & mitteretur in illud manna,quantum poteſt capere Gomor,reponereturq; corã domino, ad ſeruandum in generationes ſequentes. Hoc manna nemo alius,q̃ Aaron in tabernaculo reſeruandum poſuit, Archam autem deferendam mandauit per Moyſen deus ſtirpi Leuiticæ,& hiſce Leuitis præcipue,qui erant de ſtirpe Chaat, Leui em̃ tres filios habuit, Gerſon,Chaat,& Merari. Dum itaq; viuerent Aaron fraterq; eius Moyſes,continuo ferebatur in caſtris hæc archa fœderis, quæ alioqui apud Hebræos deſcribitur hiſce verbis, Aron beriſ Adonai Elohenu, & apud Septuaginta κιβωτὸς τῆς διαθήκης κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Mortuo tandem Aaron in monte Hor,mortuo quoq; Moyſe ſuper montem Nebo in vertice Phaſca,in terra Moab,ita iubente & ſepeliente eum dño,Ecce Ioſue filius Nun,ſeruus Moyſi ab Aegypto vſq; in Moab, fideliter Moyſi ſeruiens in deſerto,per quadraginta annos,dux Iſraelitici populi conſtitutus,ad Iordanẽ venit, C quẽ traijcere neceſſe erat. Et quũ tranſitus Iordanis ſatis difficilis & periculoſus eſſet populo,Ecce dñs deus hoc illi dedit,vt ſiſterent in medio Iordane archam domini. Cõſtitutum eſt etiam inſuper vt hanc præcederent ſacerdotes,ponerentq; veſtigia pedum in medio Iordanis, Et ſteterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe,quæ vocatur Edom,vſq; ad latus Sarthan,Quæ autem inferiores erant, in mare ſolitudinis(quod nunc vocatur mortuum)deſcenderunt,vſquequo aquæ omnino deficerent. Populus autem incedebat contra Hiericho,& ſacerdotes qui portabant archam fœderis dei ſtabant ſuper ſiccam humum in medio Iordanis accincti, omnisq; populus patentem alueum tranſibat, Ioſue.3. Antequã autem mirabilis ille tranſitus Iordanis fieret,de quo etiam Dauid in pſalmo interrogat:Quid eſt tibi mare q; fugiſti,& tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum? Ioſue dum caſtra moueret de Sethim,ad Iordanem veniens,præcones per caſtrorum medium ſic proclamare iuſſit,Quando videritis archam fœderis domini dei veſtri, & ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ portantes eam,conſurgite,ſitq; inter vos & archam ſpatium,& cauete ne appropinquetis ad archam. Hæc fratres in domino chariſſimi,omnia in figura contingebãt illis, ſiquidem in vmbra, in ænigmate,& quando adhuc velamen erat ſupra faciẽ Moyſi, facta eſſe leguntur, Archa em̃ fœderis,quantũ ad preſentem ſermonẽ attinet,tria habebat. Primo intra archã incluſa fuit vrna aurea,in qua manna fuit illud mirabile,q̃d etiam apud Hebræos ab admiratione nomen accepit Manhu em̃ Iſraelitæ per admirationem clamabant,hoc eſt,quid hoc? ſic quidẽ dicere & admirari cœperunt,qui primo manna viderunt atq; guſtarunt. Hoc manna in hac vrna aurea deſcribit

Exod. 25 Deut. 31 Deut. 10 Ibidem. Ioſue. 3 1. Para. 6 Deut. 32 Nume. 20 Deut. 34 Deut. 31 Ioſue. 1. Ioſue. 3 Pſal. 113 Ioſue. 3. 1. Cor. 10 Exodi. 16

D

scribit ac testatur Apostolus ad Hebræos nono, fuisse intra sancta sanctor̃, Dein erant secundo
Exodi. 25 loco Cherubin super archam testimonij̃, & hi fuere aurei & productiles ex parte oraculi expan
dentes alas, & operientes vtrunq; latus propitiatorij̃, respiciẽtes se mutuo versis vultibus in pro
Exodi. 40 pitiatoriũ quo operiebatur archa, in qua positũ est testimonium dñi. Tertio aũt loco, quod cæ-
teris excellentius & admirabilius erat, q̃ semper super archam sedit dñs deus exercituũ, siue hæc
archa fuerit in castris, siue iuxta Iordanẽ, siue iuxta Hiericho, siue in domo Obededom, siue in
Silo, siue apud Philistæos, siue in domo Aminadab, siue in templo Salomonis. Sic em̃ ipsa sacra
Regũ historia tradit & docet, q̃ dum populus miserit in Silo, & inde tulerint archã fœderis do-
mini exercituum, q̃ sederit ipse dñs super Cherubin. Et ita scriptum extitit. 1. Regum. 4. sed &
2. Regum. 6. sic legitur: Congregauit Dauid omnes electos ex Israel, surrexit q̃ abiens, & vniuer
sus populus qui erat cũ eo de viris Iuda vt adducerent archam dei, super quam inuocatũ est no
men dñi exercituum sedentis in Cherubin super eam. Propterea. 1. Regum. 4. vbi archa dñi de
Silo venit in castra, &c. Philistijm clamabant: Venit deus in castra. Ecce notate verba, signate
mysteria, vt super archam inuocetur nomen domini exercituum, vbi in Hebræo, Misschem est,
Et postea legitur Adonai Eloim Sebaoth. Quum itaq; intra hanc archam erat manna mirabi-
le, erat & ibi dñs deus exercituum, qui sedebat supra Cherubin, erant & Cherubin quasi mini-
strantes angeli. Propterea archa fœderis cum maxima veneratione ducebatur & custodieba-
tur semper. Quòd si hæc in vmbra facta fuere & figura, non mirum si hodie in festo corporis
dominici, omnes etiam impendamus & exhibeamus honores huic scilicet, qui se panem de cœ
lo & panem vitæ testatur ingenue. Quòd vero panis ille supersubstantialis sit manna istud mi- E
rabile, quod manna patrum Israelitar̃ sub Moyse multis gradibus præcedat & antecellat, hoc
ipsemet declarat dominus: quandoquidem manna quod manducauerunt patres in deserto, nul
Iohan. 6 lam immortalitatem dedit vescentibus, Sic nempe in Euangelio legitur: Manna manducauerũt
patres in deserto, & mortui sunt, Sed qui hunc panem nõ modo cœlestem, sed supercœlestem
ac diuinum manducat, is certe viuet in æternum. Recte aũt & sanctissime religiosissime q̃ hoc
sacrosanctum Eucharistiæ sacramẽtum, quod hodierna die circumfertur, à veris catholicis ho-
noratur, & suo modo adorationis adoratur, eo q̃ cuncti Christifideles, qui salui esse & fieri ali-
quando volunt & cupiunt, credere debent atq; obstricti sunt, vt ex institutione & vi verborum
Christi, sentiant, credant & profiteantur, sub specie panis verũ & integrum esse Christum, deũ
Psalm. 32 quidem & hominem, regem regum & dominum dominantium. Ipse enim dixit, & facta sunt:
Matth. 26 ipse mandauit, & creata sunt. Dixit autem, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Nõ
Lucæ. 22 ergo panis pistorius erat. Dixit, est, non ergo significat. Cæterum dixit, Hic est sanguis meus,
Marci. 14 Non ergo vinum de vite fuit, aut est. Quòd si vinũ erat, quod, cœna sumpta, in calice duodecim
dabatur Apostolis (quod tamen esse nequaquã potuit) quomodo os veritatis, imò ipsissima ve-
ritas adiecisse potuit, hunc esse sanguinem, qui pro discipulis & pro multis esset effundendus in
remissionem peccatorum? Habes itaq; tu pie Christifidelis in hoc scrinio, in hoc sacrario, seu po
tius in hac archa (quam catholicorũ more monstrantiam à monstrando vocamus) vere haberi
& esse Christum dominum nostrum. Quòd si dominus fuerit, sicut & est, quid quæso aliud cõ- F
tra quosdam Capharnaitas, nullum penitus honorem Eucharistiæ exhibentes, lamentari pote-
Malach. 1. rit saluator noster, q̃ quod per Malachiam prophetam illum nouissimum conquestus est olim
dominus, dicens? Filius honorat patrem, & seruus dominum suum, Si ergo pater ego sum, vbi
est honor meus? Etsi dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit dñs exercituum? Perditè itaq;
& in æternam damnationẽ sentiunt & agunt, quotquot nostro seculo honores Eucharistiæ my
sterio debitos, detrahere nituntur, Nam sicut hi præseruantur ab infelicibus successibus, qui sum
mo cultu ac pietate idem sacramentũ prosequuntur, Ita rursus etiam dñs eosipsos qui archam
1. Paral. 13 dñi irreuerenter tractant impunitos abire non sinit. Sic primo Paralip. & in alijs locis legitur,
quãdo archa testamẽti, deuictis prælio Israelitis, in Philistæor̃ potestatem venit, q̃ viri Caria-
2. Reg. 6. thiarim intulerunt illam in domũ Aminadab in Gabaa, Interim vero confirmato regno, Dauid
ipse rex congregauit omnes electos ex Israel triginta millia, surgens q̃ cũ illis abijt in Gabaa, vt
adducerent archam domini, quã quum supra plaustrũ nouum imposuissent, efferrent q̃ magno
cũ gaudio & reuerentia de domo Aminadab, Dauid & omnis Israel ludebãt coram dño in om
nibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & timpanis, & sistris, & cimbalis, sic adducẽtes archã
dei vsq; in domũ Obededom, in cuius ædibus dum tribus esset mẽsibus archa, benedixit domi-
nus Obededom, & oẽm domũ eius, proculdubio q̃ Obededom debitos illi fecerit honores, q̃
quũ accepisset rex Dauid, magno cũ gaudio abijt, & erant cũ eo septem chori, Quum q̃ porta-
retur iam archa dñi, Dauid percutiebat in organis, & saltabat totis viribus ante dñm. Sic em̃ rex
Dauid & omnis Israel ducebãt archã testamẽti in iubilo, & in clangore buccinæ, propterea etiã
Dauidi benefecit dñs. Quando aũt Michol filia Saul ad archã se nõ inclinauit, continuo sterilis
facta est. Iam em̃ intrante archa dñi in ciuitatẽ Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fene-
stram, videns q̃ regem Dauid saltantẽ coram dño, primum despexit eum in corde suo, deinde

Dauidẽ

A Dauidem redeuntem domũ, verbis etiam cõtumeliosis lacessiuit. Quamobrẽ (veluti textus habet) Michol filiæ Saul non est natus filius vsq; in diem mortis suæ. 2. Reg. 6. Hanc porro archã Philistæi, victis & in fugã conuersis Israelitis, intulerunt in templũ Dagon, vbi sic factũ legitur, 1. Reg. 5. Tulerunt Philistiim archam dei, & intulerunt eam in templũ Dagon, & statuerũt eam iuxta Dagon. Quumq; surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante archam domini, & tulerunt Dagon & restituerunt eum in locũ suum, Rursumq; mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram archa domini. Aggrauata est etiam manus domini super Azotios, & demolitus est eos, & percussit in secretiori parte natium Azotum, & fines eius, & ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magna in ciuitate. Ex quibus historijs tam regnorum q̃ Paralipomenon manifestum fit, eos punitos esse, qui archam fœderis, & quicquid ad illius cultũ pertinet, irreuerenter tractare non erubuerũt. Non ergo sine causa Iosue strenuus ille miles, per suum proclama castrense præcepit, vt transeunte archa, honoris causa consurgerent filij Israel, sequerenturq; illã, & spatium relinquerent, ac vt ne plus debito appropinquarent. Quod si huic mannæ in vmbra tantus honor exhibitus est, longe maior Eucharistiæ debet impendi, Nam qui honorificat filiũ hunc, honorificabit eum & pater qui in cœlis est. Fiat fiat. Iosue. 3

B

SERMO II.

Quum videritis archam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra, serm. i.

ARGVMENTVM.

De admirabili manna quod erat intra archam, cuius rei figuram gestarit.



Continuaturi materiam archæ fœderis domini dei nostri exercituum, occurrit id quod verissimũ omnium est, q̃ non solum circa & intra archam fuere mirabilia, sed & per archæ præsentiam leguntur contigisse longe mirabiliora. Sic em̃ Iordanis retrorsum vadit ad præsentiam archæ, Iosue. 3. Sic Dagon ille deus Azotiorum cadit in terram, perdit caput & manus, & truncus remanet. Sic archa circũfertur septies ad muros ciuitatis Hiericho, & ecce in septimo circuitu muri Hiericho corruerunt. Et ad hæc omnia magis suspicienda sunt, quæ scribuntur de duobus Cherubin, de deo sedente supra Cherubin, & de manna mirabili, quod non tantum à præparatione, sed & ab admiratione (quemadmodũ in præcedenti sermone docuimus) nomen accepit. Primi enim qui manna de cœlo cadens viderunt, interrogabant: Man hu. i. quid est hoc? Et ecce in hoc Eucha-
C ristiæ sacramento, manna valde mirabile videre & inuenire licet, Manna quidem, non quod in arboribus, aut apothecis colligitur ac venditur, sed quod supercœleste est. De hoc quoq; manna supercœlesti, & esca vltra modum mirabili, citharœdus ille regius propheta Dauid, ita prophetauit, dicens: Memoriam fecit mirabilium suorũ, misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se, Prophetia regij Illius Psaltis citharœdi Dauid scripta est psal. 110. Prophetauit vero de sacrosancto Eucharistiæ sacramento, cuius celebritatẽ hodie per totum terrarũ orbem cuncti Christifideles magna deuotione, ac veneratione debita celebrare consueuerunt. Recolimus aũt hanc Christi cœnam nouissimam, quam cum duodecim apostolis Christus dñs saluator noster finitis legalibus in Hierusalem peregisse legitur. In qua quidem non hoc manna, quale manducauerunt patres in deserto, sed manna supercœleste & æternum dedit, misericors & miserator noster dominus. Et hic non agnum dedit paschalem, qualẽ instituit Moyses, vt ederetur assus, sed se dedit agnum innocentissimum, qui solus abstulit peccata mundi, Non etiam talem cibum dedit, qualem Abacuc Danieli præbuit in lacu, aut quem corui attulere Heliæ Thesbiti prophetæ, Sed tam admirabilem escam porrexit apostolis, vt in hac vere sit memoria mirabilium omnium, quæ ab orbe condito facta fuere. Scripturis siquidem ita testantibus, mirabiles fuere mutationes, alterationes & conuersationes rerum, quæ tamen omnia eo authore facta sunt, qui rerum omnium opifex est. Sic ex nihilo creatur cœlum & terra, sic verbo dei fit firmamentum, congregantur aquæ in maria, germinat terra herbam virentem, fiunt duo luminaria magna, producuntur reptilia & volatilia, creantur cete grandia, Gene. 1. Et mirabili modo formatur homo de limo terræ, in eius quoq; faciem inspiratur spiraculum vitæ, fitq; homo in animam viuentem. Ex costa vero viri obdormientis fit mulier, ad quam Adam dicit, Hoc os nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea. Post aliquot vero secula sub Moyse, rubus mirabiliter ardet & non comburitur, Virga proijcitur in terram & vertitur in colubrũ, Mittitur manus in si-

Psal. 113. 1. Reg. 5. Iosue. 6. Ionæ. 2. legit hebraice, vaiemã Adonai Gad gadol. Et ꝓparauit dñs piscem grandẽ, huius ieman schoresch est manah. Danie. 14. 3. Reg. 17. Gene. 1. Gene. 2. Exodi. 3. Exodi. 4.

Exodi.7 Exodi.8 num,& leprosa fit instar niuis,Retrahitur manus, & continuo fit similis carni reliquæ. Hauritur D aqua è flumine,& vertitur in sanguinẽ.Percutitur fluuius,& ebulliunt ranæ. Percutitur puluis, & fiunt cyniphes in terra Aegypti,Et quasi ex nihilo oritur musca grauissima. Sparguntur cineres per Moysen in cœlũ,fiuntq; vlcera vesicarũ turgentium in hominibus & iumentis.Extenditur manus in cœlũ,& fit grando in vniuersa terra Aegypti.Extenditur virga in cœlum,& sequuntur tonitrua grandia ac discurrentia fulgura,ita vt simul pluat grandinẽ, & grando ac nix pariter feruntur.Exodi.9.Extendit Moyses virgã super terrã Aegypti,& oritur ventus vrens, exeuntq; locustæ,vastantes vniuersam terram Aegypti,ita vt ab his deuoratæ fuerint herbæ & cuncta poma in arboribus,nec aliquid omnino virens relictũ sit in lignis & herbis terræ.Fiunt precationes aduersus locustas,& ecce earundẽ precum vi,ventus oritur ab occidente vehementissimus,qui arreptam locustã proiecit in mare rubrum,ita q; ne vna quidẽ remanserit in cunctis finibus Aegypti.Extendit manũ Moyses in cœlum,& fiunt tenebræ horribiles in vniuersa terra,ita vt nemo viderit fratrem suũ,nec mouerit se de loco in quo erat: Quid q; mirabili modo mare rubrum fugit: Mirabili deniq; mutatione aquæ iuxta Marath & alioqui amarissimæ in dulcedinẽ vertuntur, De cœlo vero manna instar seminis coriandi albi cecidit. Exo.16.Percutitur iuxta desertũ Sin petra durissima,& ecce eruperunt aquæ. Prætereo mulras alias rerũ mirabiles mutationes,vtpote de virga Aaron ,q̃ vna nocte floruit, fronduit,& fructũ dedit.Quæquidem omnia iusto iudicio nõ nisi valde admiranda fuerunt & sunt omnibus his, qui aliquando oculos in res naturales intendere consueuerũt. Sed ecce is,cuius nomen est admirabile, & à quo principium habet quicquid admirabile est in vniuersa terra, cuius etiam admirabile lumen est,qui mirabilis est in sanctis suis,cuius propriũ est,vt admirabilis ipse sit,qui multa mirabilia fecit,& ipse est deus,qui facit mirabilia,imo facit mirabilia solus,fecitq; illa, & in cœlo & in terra. E Is certe deus misericors & miseraror dñs,vltra & supra hæc omnia mirabilia superius enumerata,memoriam omnium mirabilium suorũ fecit. Alia em̃ vtcunq; mirabilia miracula extiterint, huic tamen sacramẽto miraculoso nullatenus æquari possunt:quippe alia omnia, aut ex nihilo, aut aliqua præiacenti materia fiunt aut facta sunt,fieriq; consueuerunt.Sed in hoc præclaro Eucharistiæ sacramento,ex creatura fit creator,ex pane fit deus. Grandi em̃ miraculo fit,vt panis qui per nos ex tritico conficitur,vi diuinorũ verborũ è sacerdotis ore prolatorũ conuertatur non solum in hominem,sed(quod omnẽ intellectum supergredi videtur)in deum. Quis audiuit talia,dic rogo,factaq; ex calce & cemento fiat murus,ex ligno fiat arca, ex lapidibus turris, hoc experimur quotidie, neq; naturæ contrarium est, Sed q; ex verbo ab ore Christi prolato fiat Christus,deus nempe ac homo,hoc est memoriale omniũ mirabilium.Quod aũt fit, diuina virtute fit,qua sacerdotes secundũ ordinem Melchisedech hodie ac quotidie ex mandato & institutione Christi faciunt,id quod in cœna nouissima Christus fieri iussit atq; præcepit. Posteaq̃ em̃ cœnam finierat cum discipulis suis,in sanctas suas ac venerabiles manus panem accepit ac fregit,dicens:Hoc est corpus meum,quod pro vobis tradetur. Similiter & calicem, postquam cœnauit,dicens:Hic est calix noui testamenti,qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorũ,Hoc facite in meam commemorationẽ.Hac iussione & institutione,audenter etiam freti apostoli,cunctiq; sacerdotes per totum terrarũ orbem sacrosanctũ & nunquã satis F laudandũ Eucharistiæ sacramentum consecrare consuerunt,ex pane corpus, ex vino sanguinẽ consecrantes.Hoc aũt summum Christi beneficium in nos collatum extitit, non ex nostris meritis,neq; ex operibus nostris,sed benignus,misericors & miserator ille dñs, qui secundũ magnã misericordiã suam saluos nos fecit,etiam hanc nobis escam dedit. Laudat certe scriptura deum q; is præparat coruo escam,quando pulli eius clamant ad deum,crocitantes,eo q; non habeant cibos. Iob.38.Quod dat escas volatilibus cœli.Et, aperit manum suam & implet omne animal benedictione.Dat escam quidẽ in tempore,imo omni carni,bestijs terræ,pullis coruorũ,& omnibus inuocantibus eum,Escam etiam esurientibus.Ita etiam eo pertinet,vt Christus in Euangelio non voluerit nos propter escam plus iusto nimium esse solicitos, Quinimo nos considerare iussit volatilia cœli,quoniã neq; serant,neq; metant,adhuc tamen pater ille cœlestis pascat illa.Hæc aũt animarũ nostrarũ esca diuinissima præparata & donata est nobis ex diuina & largissima dei misericordia.Quapropter propheta ait:Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus,escam dedit timentibus se.Quam prophetiam ecclesia,quæ à spũ sancto gubernatur,ad Eucharistiam religiosissime vertit & accommodat. Hæc est illa esca qua vere viuit homo,si bene probatus illam manducauerit: nempe Paulus, quemadmodum accepit à domino,sic tradidit:Probet seipsum homo,& sic pane illo edat,& de calice bibat.Det dominus deus vt hoc pane hic & alibi in gratia & cum gaudio vescamur. Amen.

Lucæ.22 Marci.14 Pſal.6 Ad Tit.3 Pſal.146 Pſal.78 Pſal.103 Pſal.135 Pſal.145. &.146. Matth.6 Pſal.110 1.Cor.11. Nume.17 Gene.37 Pſalm.8 1.Pet.2 Pſal.67 Eſa.9 Pſal.97 Pſal 71 Gene.14 Exodi.10 Exodi.14 Exodi.15

SERMO III.

Quum videritis archam fœderis domini dei vestri,&c,vt supra. serm̃.1.

Argu-

A ARGVMENTVM.

Quomodo arca fœderis, aliquoties etiam arca dei vocata sit.



Vdita sunt multa mirabilia circa arcam fœderis domini dei nostri, re censeri autem poterunt longe etiam plura, nec minus insignia. Sed in hoc præsenti sermone tractabimus potissimũ, quare hæc arca dicatur arca fœderis aut testamenti. Hebraice quidem toties legitur in sacra scriptura, Aron Berith, quod Septuaginta verterunt, κιβωτὸς τῆς διαθήκης. Sic Exodi. 25. sic Numeri. 4. sic. 1. Paralip. 15. &. 22. sic ad Hebræos. 9. & Apoca. 10. Tamen non modo arca fœderis, sed & arca dei aliquoties appellata est, Sic. 1. Reg. 7. 2. Reg. 6. 7. &. 15. sic. 1. Paralip. 13. &. 17. nonnulla leguntur de arca dei, propterea ꝙ esset ibi deus, Sed deus super Cherubin, id quod manifeste probatur Nume. 14 vbi quum per Moysen deus in montem Seyr, ad expugnandum Amorreum Iudæos ascendere iuberet, tunc illi timore perculsi, nec dei virtutem, sed vires suas considerantes, sedebant in radicibus montis plorantes, Moyses aũt irritatus, non deductus se illos in repromissionis terram minitabatur, Ita commoti, raptis armis, absq; iussu ductoris ascendebãt. Deus autem per Moysen sibi futurũ euentum cecinit: Non ascendatis, inquit, ne cadatis in conspectu hostium vestro Deut. 1.
B rum, non sum enim vobiscum. At illi ex inobedientia non attendentes, ascendebant, Arca vero non ascendit cum eis, sed stetit fixa in castris. Ecce audistis dicentem, non sum vobiscum: Videtis non conscendisse cum illis arcam? Nonne igitur clare hic intelligitis dicentis dei locum eam tenuisse, & ob id arca dei dicta est, ꝙ supra illam sederit dominus, sed & arca fœderis propterea vocata est. Nam sicut ante diluuium dominus pepigit fœdus cum Noe, Sem, Cham, & Iaphet, ac vxoribus illorũ, Gene. 6. ne perirent aquis diluuij. Post diluuium aũt iterum fœdus pepigit, signumq; fœderis dedit, arcum videlicet in nubibus cœli. Idemq; dñs fœdus pepigit cũ Abraham, vt illi daturus esset omnem terrã à flumine Aegypti vsq; ad fluuium magnum Euphraten, pepigitq; cum eo pactum sempiternũ, Ita cum Moyse & Israelitis fœdus iniit, vt esset ipse dominus eorũ, illi vero populus & oues pascuæ eius. Propterea Deutero. 5. sic ait Moyses: Dominus deus noster pepigit nobiscum fœdus in Oreb. Et Deute. 29. sic legitur: Hæc sunt verba fœderis quod præcepit dñs Moysi, vt feriret cum filijs Israel in terra Moab, præter illud fœdus quod cum eis pepigerat in Oreb. Dederat enim dominus Moysi duas tabulas lapideas, in quibus erant decem verba fœderis, hoc est, præcepta decem, Exodi. 20. Has insuper tabulas testamenti veteris in & iuxta arcam factã de lignis Sethim posuit, quemadmodum videre licet Deute. 10. &. Exodi. 25. Et ipse Paulus testatus est, in arca fuisse vrnam auream, in qua manna, virgam quoq; Aaron, quæ fronduerat, & tabulas testamenti, quod alioqui Berith hebraice, & hinc nomen de arca fœderis ortum habet. Quid ꝙ Moyses ad arcam posuit thora, hoc est, librum domini? Sic eñ Exodi. 24. legitur: Scripsit aũt Moyses vniuersos sermones domini. Et
C mane consurgens ædificauit altare dño ad radices montis, & duodecim titulos, per duodecim tribus Israel, misitq; iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta, immolauerunt q; victimas pacificas dño, vitulos duodecim. Tulit itaq; Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem aũt reliduam fudit super altare, assumensq; volumen fœderis, legit audiente populo. Qui dixerunt: Omnia quæ loquutus est dñs, faciemus, & erimus obedientes, Ille vero sumptum sanguinem, respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dñs vobiscum super cunctis sermonibus his. Dicebatur itaq; arca fœderis, ꝙ in ea tabulæ testamenti, & circa eam verba fœderis erant, Sed promiserat in Ezechiele dñs veram legem, nouos ritus, nouum spiritum, nouumq; testamentũ. Et hoc Christus compleuisse legitur, ꝙ fuso sanguine agni veteris testamenti, nouum propositionis panem instituit, & suum sanguinẽ proprium, calicem noui testamenti dedit. Sic eñ Matth. 26. legitur: Bibite ex hoc omnes, Hic est eñ sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorũ. Marcus aũt Euangelista hanc institutionem his verbis describit: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro pro multis effundetur. Lucas aũt sic habet cap. 22. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Paulus autem. 1. Corinth. 11. hoc ostendens, tradit: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Ad hæc idem Paulus ad Hebræos. 9. sic scripsit: Christus autem assistens pontifex futurorũ bonorum, peramplius & perfectius tabernaculum non manufactum, hoc est, non huius creationis, neq; per sanguinem hircorũ aut vitulorũ, sed per propriũ sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorũ aut taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatũ deo, emundauit cõ scientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendũ deo viuenti? & ideo noui testamenti me- Deut. 1. Gene. 9 Gene. 15 Gene. 17 Heb. 9 Ezech. 36 Marci. 14

dlator eſt,vt morte intercedente, in remiſſionem eaꝝ prævaricationum, quæ erant ſub primo D
teſtamento,repromiſſionem accipiant,qui vocati ſunt,æternæ hæreditatis. Vbi eñ teſtamentū
eſt,mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum eñ in mortuis confirmatum eſt, alio-
qui nō valet,dum viuit qui teſtatus eſt. Vnde nec primū quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.
Lecto eñ omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo,accipiens ſanguinem vitulorum &
hircoꝝ,cum aqua & lana coccinea & hyſſopo,ipſum quoq; librum & omnē populum aſper-
Exodi.24 ſit,dicens:Hic ſanguis teſtamenti,quod mandauit ad vos deus,Etiam tabernaculum & omnia
vaſa miniſterij,ſanguine ſimiliter aſperſit.Et omnia pene in ſanguine,ſecundū legem mundan-
tur,& ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Vides ergo vt vetera tranſierunt & facta ſunt
omnia noua? Nouum eñ teſtamētum inſtitutū eſt in ſanguine Chriſti,qui vere pro nobis pec
catoribus effuſus extitit in ara crucis. Et iſte ſanguis vere nobis datus eſt in potum,ſicuti corpus
in cibū. Errant itaq; toto cœlo,qui verba fœderis noui teſtamēti in alium ſenſum trahere non
erubeſcūt,quaſi Chriſtus de hac re figuratiue loquutus fuerit,quod à veritate longe alienum eſt,
Iohan.6 nam de hac re ante inſtitutionē verbum faciens,ſic ait:Caro mea vere eſt cibus,& ſanguis me
us vere eſt potus. Quid adhuc dubitas in verbo fœderis noui teſtamēti atq; æterni? Teſtatus
eſt illic manifeſtis verbis,Panis quem ego dabo,caro mea eſt pro mūdi vita. Et anteq̄ hæc ver
ba protuliſſet,verbo iuramenti veritatis iurauit,dicēs:Amen amen dico vobis. Nempe de hac re
verba faciens dñs,Iohan.6. veritatē per Amen octies confirmat,& quū adhuc litigarent Iudæi, E
dicentes ad inuicem:Quomodo poteſt hic nobis carnē ſuam dare ad manducandū? Iteꝝ ver-
bo veritatis quaſi iuramēto firmauit, dicens:Amen amen dico vobis,niſi manducaueritis carnē
filij hominis & biberitis ſanguinē eius,non habebitis vitā in vobis. Ecce Chriſtus, qui via,vita,
& veritas eſt,magiſter quidē veritatis,imò ipſiſſima veritas,quid de hoc ſacramēto ſentiendum
ſit,manifeſtis verbis declarat. Noli itaq; eſſe cū Capharnaitis impius ac infidelis, ſed cū Ioſue ac
Iſraelitis,arcæ fœderis,in qua manna eſt,debitos honores(quiſquis ſyncerus velis haberi catho-
licus)impende,& erit tibi dominus deus merces magna nimis. Fiat fiat.

SERMO IIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri,&c̄.vt ſupra, ſermō.i.

ARGVMENTVM.

Quid aduerſi his euenerit, qui arcam dei prophanarunt,hodieq; indigne ſacramentum Euchariſtiæ tractant.



Lib.1.regꝝ nonꝝ,ca.4 f.6.7. Crutantibus nobis ſcripturas ſanctas, deprehendimus arcam fœderis aliquot annis fuiſſe in Nobe,& ex Nobe motā in Silo, à Silo tranſlatā in Galgala, & poſtremo hanc eſſe locatam in Hieruſalē. Et hæc arca F
dei,quanquā fuerit omnium longe ſanctiſſima,atq; locus illius in tem-
plo ac intra ſancta ſanctoꝝ, etſi nomen haberet vt eſſet arca dñi dei,
habuit illa tamen aduerſarios & indignos tractatores vere multos.
Quippe Michol filia Saul,propterea q̄ animaduerteret Dauidē pau-
lo alacrius circa arcam ſubſilire,eundē deſpexit ac deriſit. Oza aūt te-
2.Reg.6 mere attigit illam. Cæteꝝ Philiſtæi poſuerūt eandē cum Dagon deo
ſuo,Bethſamitæ vero indigne aſpexerunt illā,quæ omnia fuere figura cōtemptus cœleſtis illius
mannæ,q̄d in Euangelio p̄dixit Chriſtus. Quamprimū eñ huius vnæ aureæ manna q̄d in ar-
ca fuit,Chriſtus p̄dicare cœpit in Capharnaum,Iohan.6. Cœperūt murmurare Iudæi & dice-
bant:Nonne hic eſt filius Ioſeph? Quomodo ergo dixit hic,quia de cœlo eſſet? Et dum expreſ
ſius ille fateretur ſe panē viuum eſſe de cœlo,q̄q; daturus eſſet eum panem, qui caro eius eſſet,
etiam litigare cœperūt Iudæi,dicētes:Quomodo poteſt hic nobis dare carnē ſuam ad mandu-
candū? Multi vero diſcipuli ſimiliter murmurare cœperūt,dicētes:Durus eſt hic ſermo,quis po
teſt eū audire? & multi abierunt retro,nec iam cū illo ambulabāt, ita vt etiā vix Petrus cum vn
decim perſtiterit. Et hoc infelici ſeculo apud Germanos(proh dolor)hoc malū potiſſimū irre-
pſit,vt Ozitæ, Micholitæ, Philiſtæi, Azotij & Bethſamitæ atq; Capharnaitæ multi ſint,verba
Chriſti alioqui ſole clariora,miris modis & ſtrophis torquētes & deprauātes. Sunt eñ qui Chri
ſti verba retrogrado modo legere nō erubeſcūt, ita dicētes:Hoc eſt corpus meū.i. Meum cor-
pus eſt hoc. Interrogati quid ſibi velit,quidq; demonſtret,hoc. Ecce reſpondēt, hoc.i.ſpūale ali
quid. Sed hic tu pie Chriſtifidelis caute incedas,Nā hic latet anguis in herba. Hic lapis offenſio
Apoc.vlt. nis & petra ſcādali eſt,hæc gloſſa ſine ſcriptura eſt,& maledictionē habet eā,q̄ eſt in Apocaly-
pſi,data his qui verbo dei quiddā vel addūt vel abñciūt penitus. Et hæreſis illa redolet profecto
perditiſſimum & damnatiſſimū Manichæoꝝ errorem. Putabāt aūt Manichæi,& prędicabant

Chriſtū

Christum in vtero virginis,non verꝝ sed phantasticum assumpsisse corpus. Sed hic error tolerari nõ poterat,quũ sit in Euangelio manifestũ,quod virtute altissimi obumbrante, verbũ vere caro factũ sit. Et quod puer nobis datus,& filius datus fuerit,qui vere pannis inuolutus,positus sit in præsepio,q̃ vere delatus in Aegyptum,vere educatus in Nazareth, vere sederit in medio doctorꝝ,qui vere & corporaliter ederit in domo Simonis leprosi in Bethania,in Hierusalẽ,vere dormierit in naui. Quod si illius corpus spũale,& phantasticũ erat,qũo potuit in monte Oliueti sudor sanguinis illius eẽ,tanq̃ aquæ decurrentis? Nec ille dũtaxat simpliciter dixit, Meũ corA pus est hoc.i.spũale,sed claris & manifestis verbis sic dixit,Hoc ẽ corpus meũ,q̃d pro vobis tradetur. Non aũt fuit phantasticum & omnino spirituale corpus traditum. Verꝝ eñ & naturale corpus egressum est trans torrentem Cedron. Verꝝ corpus auulsum est à discipulis iactu vnius lapidis. Verꝝ cecidit in terram,ac orauit patrem. Verum corpus à Iuda susce pit osculum. Verꝝ corpus ligatum est ab his qui venerant cũ lucernis,facibus & gladijs. Verꝝ corpus susce pit alapam. Verꝝ corpus coronatum,flagellatum,& crucifixum extitit,cui post mortem ex latere illius effluxit sanguis & aqua. Verꝝ corpus in monumento nouo sepultũ est. Hoc quidem corpus esse dixit,quod traderetur pro multis,& vere spũale eẽ non potuit,sed vt corporale eẽt, necesse fuit,Alioquin dum arbitrarentur discipuli se spiritum videre malle confutauit eos dñs. Videte manus meas & pedes,quia ego ipse sum,palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere. Eam ob rem Paulus ad Philip.2. Hunc,formã serui acccepisse,& in habitu hominis iuuentum eẽ testatus est,qui etiam sese humiliauerit vsq̃ ad mortem, mortem autem crucis. Caue itaq̃ ab hoc fermẽto Iudæorꝝ,& nostri seculi Manichæorꝝ. Nam cum illi Capharnaitæ sine scriptura sint,authoritatẽ nõ habent, neq̃ hoc circa calicem locũ habere potest,quod illi somniant,quum retrogradæ lectioni etiã grammatica puerorꝝ reclamet. Non eñ sic legere possunt,noui testamenti calix est hic,si per hic spirituale aliquid intelligant, nã hic est sanguis qui pro multis effusus est,in remissionem peccatorꝝ. Sic itaq̃ legas,ita fateare,& prædices,quemadmodum verba Christi manifeste declarant,vt hoc sit corpus eius, quod licet vnanimiter tres Euangelistæ descripserint,attamen ille gentium doctor Paulus, quodam egressio-
B nis modo descripsisse videtur. Apud Corinthios enim græce scribens,ita Christi verba pronũtiat, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα,quod latine sic habet,hoc,meum est corpus,quasi dixerit, hoc, quod in manibus meis fero,meum,nõ alterius,meum,non aliquid aliud est corpus. Vides hic vt Phi listæi confusi arcam dñi à se reijciant. Et ecce quid fit? Azotij illi Capharnaitæ q̃q aliam sectam effingunt,Cuius author est Caroloſtadius,q plus q̃ desultoria leuitate sic adulterat verba Christi,hoc est corpus meum,ait,non quod Christus habebat in manibus,sed quod sedens suũ corpus visibiliter monstrauerit apostolis,quasi retro digitis suis monstrauerit ac dixerit,hoc ẽ corpus meum,hoc scilicet corpus,quod ibi sedere & vobiscum manducare videtis,est corpus meũ, Et hanc hæresim græcista ille barbarus ex dictione græca, τοῦτό struere nisus est. Sed tu orthodoxe vide,q̃ nequiter palpet ille cæcus parietem in meridie, ac cecutiens ad solis radios suspiciens,qui meretricia fronte nihil veretur Christũ,dei sapientiã,& verum Salomonem asserere, quasi is ita pueriliter deliret,quod post totidem annos,post tam diuturnam cũ discipulis cõuersationem,tum demum apostolos edocere voluerit,hoc esse corpus suum, cum quo mare tranC sierant,cũ quo ederant ac biberant,& quem toties loquentẽ & prædicãtem audierant. Iam cur obsecro dixisset,hoc facite in meam cõmemorationem? Cæterꝝ si ille,versis digitis & manibus non demonstrabat id q̃d ferebat in manibus,qua ratione quæso dixit,Hic est sanguis meus noui testamenti? Sed tam pudendus error est ille,vt etiã indignũ fuerit de hac re verbũ facere. Arca igitur mota semel de Sylo,loco dei,ad Getheos venit,& hic tractatur indigne. Sunt eñ nostro seculo,qui sic audent adulterare verbum Christi,& inter cætera docent more Sophistarꝝ, Est, pro significat intelligi debere,quasi dixisset Christus,hoc est corpus meum.i. significat corpus meum. Et illi perinde vt reliqui faciunt hæretici,qui suas ex Euãgelio struere nituntur hæreses. Sic eñ inquiunt,Iohan.15. Dictum est à domino,Ego sum vitis vera,& pater meus agricola ẽ, vbi putant Christum vitem veram,& naturalem non eẽ,dũtaxat significari vitem. Sed & hic cauendum est à laqueo venantium,& à verbo aspero. Siquidem Christus in eo loco patrẽ suũ dicit agricolam. Proculdubio propterea quod Paulus plantans,Apollo rigans nihil sint,sed solus is deus,qui dat incrementum,aliquid fit. Is enim operit cœlum nubibus,& parat terræ pluuiam. Ille facit germinare germen,datq̃ nobis herbam vitẽtem. Et hic est ille agricola, qui dormientibus nobis facit crescere semen in agro,& florere vitem. Per similitudinẽ hæc dicta sunt, sicuti pleraq̃ alia,quod Christus etiã ipse declarat,dicens: Sicut palmes non potest ferre fructũ à semetipso nisi manserit in vite,sic nec vos,nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Sed audi similitudinem,& quo pacto Christus declaret,qui manet in me,& ego in eo, hic fert fructum multum,quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet,At colligent eum,& in ignem mittent,& ardet. Vides hic vt arca dei nõ etiam recte sit apud Getheos? qualis fuit Zuinglius ille omnium seditiosissimus, & Helueticæ

Luc.1 Iohan.1. Esaiæ.9 Matth.8 Lucæ.2 Matth.26 Matth.8. Lucæ.22 Iohan.18 Lucæ.22. Iohan.18 Lucæ.24. Cor.11. Marci.14 1.Reg.4.5 1.Cor.3 Psal.146 Matth.13 Iohan.15

pacis turbator nocẽtiſſimus. Ducta eſt inſup arca dñi dei noſtri in Acharon, & neq; apud Acha D
ronitas locũ habet. Sunt em̃ q̃ Chriſti verba ſic torquẽt. Hoc eſt corpus meũ. i. figurat corpus
meũ. Sed & hic errat deus Acharon, Nam dñs & magiſter noſter nõ dixit figurat, ſed, hoc eſt
corpus meũ. Licet aũt Tertullianus ſemel dixerit, hoc eſt corpus meũ. i. figura corpis mei, pro-
prerea tamẽ illius nõ ſumus addicti in verbũ iurare magiſtri, quãdo ſunt q̃ Tertullianũ dicant
nõ eſſe hoĩem eccleſiæ. Sed demus illi in domo dei authoritatẽ eſſe magnã, nihilominus ſaluari
põt, vt veritas ſit, vnũ atq; idem eẽ corpus, q̃d eſt in cœlo & in ſacerdotis manibus, nõ em̃ mox
ſequit, ſi quid figura ſit, vt ſit diuerſum ab eo cuius figura eſt, q̃d manifeſte Paulus ad Hebræos
primo probat ſic dicẽs: Multifarie multisq; modis olim deus loquẽs patribus in prophetis, no-
uiſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quẽ conſtituit hæredem vniuerſoꝝ, per quẽ fecit
& ſecula, q̃ cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius, portansq; omia verbo virtutis ſuæ,
purgationẽ peccatoꝝ faciẽs, ſedet ad dexterã maieſtatis eius in excelſis. Ecce vt filius in diui-
nis ſit figura ſubſtãtiæ patris, nõ tamẽ duæ ſubſtãtiæ ſunt, ſed vna eſſentia, nõ ſtatim ergo colli-
gitur, figurã, rem oĩno diuerſam eẽ ab eo cuius figura eſt, ſi diuina ſecreta perpenderis. Sic itaq;
nec Acharonitæ p̃ualebũt, ſua indigna tractatiõe, q̃ prophanãt arcã fœderis cũ mãna q̃d in arca
incluſum. Sed deus ac dñs vltionũ pulchre hanc ſuã vindicauit iniuriã, qui ſeditioſiſſimũ Zuin-
glium, belloꝝ ac ſeditionũ authorẽ in medio belli, gladio perfodi, & tanq̃ patriæ proditorẽ, in
quatuor partes proſcindi, & veluti hæreticũ cõburi fecit, & mox poſt paucos dies Oecolampa
dium ordinis ſanctæ Brigidæ, ac fidei Chriſtianæ apoſtatã ob ſui cõplicis Zuinglij interitũ ni-
mio mœrore cõfectũ, de ſalute deſperantẽ, occidit. Hæc em̃ eſt mutatio dextræ excelſi. Quare E
vos tanq̃ boni, cõſtantesq; catholici, quũ videritis arcã fœderis, cõſurgite & debitos eidem ho-
nores impendite, ſic ſiccis pedibus Iordanẽ cum Iſraelitis tranſire poteritis. Fiat fiat.

SERMO V.

Quum videritis archam fœderis domini dei veſtri, &c. vt ſupra

ARGVMENTVM.

De veritate corporis & ſanguinis Chriſti in ſacramento altaris.

1. Reg. 4. 1. Reg. 5.



IN heſterno ſermone auditũ eſt, poſteaq̃ arca dei ſub Heli ſacerdote ſemel mota fuit à Sylo, q̃d recte nõ ſteterit apud Philiſtæos, nec apud Azotios, nõ recte apud Acharonitas, nec recte apud Bethſamitas. i. eos hæreticos, q̃ noſtris tẽporibus deprauãtes ſcripturã ſanctã, aduer ſus ſacramentũ dei multas inducũt hæreſes, Berengarij toties, & iam dudum damnatã hæreſim ab inferis reuocãtes, nõ admittẽtes ſub ſpe cie panis veꝝ eſſe corpus, & ſub ſpecie vini veꝝ eſſe ſanguinẽ. Cõtra hos in præſenti ſermone fortiſſimo ſcuto ſeu clypeo ac gladio ſpiri- tus, qui eſt verbũ dei, pugnare ſtatuimus. Nihil aũt fortius veritate ẽ. F
Sic enim Eſdræ tertio legitur, vt ſub rege Dario, quũ tres iuuenes cu-
ſtodes corporis eius cõtendiſſent coram rege, q̃d ſub ſole fortius eẽt, & aſſeruiſſet primus, for-
te vinum eſſe, quod mentẽ ſeducat, regis & orphani mentẽ vanam faciat. Secundus vero ſerio
contendebat fortiorem eſſe regem Perſaꝝ, eo potiſſimum quod dominaret omnibus, bellato-
resq; illius, muros, turresq; demoliantur, quodq; vno verbo occidat, exterminet, & alia faciat ple
raq; illuſtria facinora. Superuenit ecce tertius, multis rationibus colligens, mulieribus fortitudi-
nem aſcripſit, nimiꝝ propterea, q̃d reges generent, fortioribusq; præualeant. Sed quid fit omnium nouiſſime eam in ſententiã ab omnibus itum eſt, vt præ cæteris rebus omnibus veritatẽ ipſam, vt ſanctiſſimam, ita & fortiſſimã eẽ concluderent. Sed in Euangelio, vbi paululum vltra primũ limen progreſſus fueris, reperies nimiꝝ Chriſtum non modo veracem, ſed & veritatem
Matth. 22 ipſam dici, ac re ipſa eſſe. Quandoquidem apud Matthæum in hæc verba legitur, ſub perſonis phariſæoꝝ ac Herodianorum. Magiſter, ſcimus q̃a verax es, & viã dei in veritate doces. Quin inſuper ad Romanos tertio ſic habetur. Eſt deus verax, omnis autem homo mendax. Deinde vt id apertius fiat, videamus Iohannis Euangelium. 14. vbi ſaluator noſter ſic apoſtolis ait: Ego ſum via, veritas & vita. Et Iohan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, ple-
num gratia & veritate. Rurſus lex per Moyſen data eſt, veritas autem per Ieſum Chriſtũ facta
Iohan. 8 eſt. Iſte ſolus mendacem dicere, & facere potuit diabolum, qui homicida fuit ab initio, & in ve-
ritate non ſtetit, q̃a veritas in eo non eſt. At interea circa hoc ſacramentũ vide, quid fecerit, cer
te rem vnã, quæ neq; in veteri, neq; in nouo teſtamẽto reperitur. Siquidem Iohannis ſexto, q̃n
huius ſacramenti inſtitutionem prædicere voluit, quater, & duplicato verbo iuramenti, & per
veritatis verbum amen, iurauit dominus, quãdo ait: Amen amen dico vobis, operamini cibum

non qui

A non qui perit,ſed q permanet in vitã æternã,quem filius hominis dabit vobis. Et iterꝝ: Amen amen dico vobis,non Moyſes dedit vobis panem de cœlo,ſed pater meus dat vobis de cœlo Iohan.6.
panem verꝝ. Panis eñ verus eſt,qui de cœlo deſcendit,& dat vitã mundo. Ego ſum panis vitæ. Et cũ murmurare cœpiſſent Iudæi,denuo corroborat idem cũ iuramẽto, dicẽs: Amẽ amen
dico vobis, Ego ſum panis vitæ,patres veſtri manducauerũt mãna in deſerto, & mortui ſunt.
Hic eſt panis de cœlo deſcendẽs,vt ſi quis ex ipſo manducauerit nõ moriatur, Ego ſum panis
viuus,q de cœlo deſcendit,ſi quis mãducauerit ex hoc pane,viuet in ꝯternũ. Et panis quem ego
dabo,caro mea eſt pro mũdi vita. Attamen cũ demũ inter ſe, nõ citra cõtrouerſiam Iudæi ad-
dubitãtes,cũ admiratiõe dicerent: Qũo poteſt hic nobis dare carnem ſuã ad manducandũ? Et
quarta vice ſic ait: Amen amẽ dico vobis,niſi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis
eius ſanguinẽ,nõ habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meã carnẽ,& bibit meũ ſanguinẽ,habet
vitam æternã,& ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Caro enim mea vere eſt cibus,& ſanguis
meus vere eſt potus,q manducat meã carnẽ,& bibit meũ ſanguinem, in me manet & ego in
illo. Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrẽ, qui mãducat me,& ipſe viuet pro-
pter me. Hic eſt panis q de cœlo deſcendit. Nõ ſicut mãducauerũt patres veſtri manna,& mor
tui ſunt. Qui mãducat hunc panẽ, viuet in ꝯternũ. Ecce ſicut apex nõ decidet à lege,ita nec vnũ Matth.5.
iota ex Euangelio. i. quẽadmodum in lege dñi nihil fruſtra oñino poſitum eſt,ita etiã nihil eſt
ſuperuacaneũ in Euãgelio Chriſti. Vnde veluti ex paradiſo quatuor flumina fluunt irrigantia
B vniuerſam terrã. In eo eñ theſaurus abſcõditus eſt, vbi ſubinde quãdã pretioſam margaritam
inuenire licebit. Et ſi vniones ſacroſancti Euangelij penitius intueamur,ecce res ſeſe mirãdi my
ſterij offert,q̃d ſæpenumero in Euãgelio legitur Chriſtũ dixiſſe,Amẽ dico vobis, id q̃ fecit, qñ
rem arduã docere vel aſſeuerare voluit. Rurſus,ſi qñ maximã affirmare rem,& plenã myſterij
intẽdit,geminato iuramẽto illud idem: Amen amẽ dico vobis dicẽs,corroborauit. Id q̃d mani-
feſtum fit,cũ in cõpluribus locis,tũ vero maxime ex eo,quãdo Nicodemo renaſcentiam in ba- Iohan.3
ptiſmo pdicauit. Sic vbi Nathanaeli primo aperuit apertionẽ cœli,cũ ait: Amen amen dico vo Iohan.1.
bis, videbitis cœlũ apertũ,& angelos aſcendẽtes & deſcendẽtes ſup filiũ hominis. Sic Iohã.12.
Amẽ amen dico vobis,niſi granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit,ipſum ſolum manet. Si
autem mortuũ fuerit,multũ fructũ affert. Quæ res inquã,oñes eo ſpectãt, vt incredibilia my-
ſteria arguere videant. Quis nãq̃ nõ merito admirabitur ita diuinæ diſpoſitioni placuiſſe,vt gra
num olim vberem fructũ allaturꝝ,primũ mori,deinde viuificari oporteat. Hominẽ itẽ renaſci
q̃d neceſſe ſit,ferme extra humanũ captũ exiſtit,imo quod poſt tot millia annorꝝ cœlo aperto
angeli aſcẽdẽtes & deſcendẽtes cõſpiciãtur,id q̃d vix pro maieſtate ac adorãda diuinitate my
ſterij ſatis dilucide à nobis terrenis hominibus expẽdi põt. Ita etiã cõtra Capharnaitas omnes
incredulos,nõ citra ſingularis myſterij ſignificationẽ occinens Chriſus,Amẽ amẽ pronuntiat:
Sed forte dixeris qd ſibi vult,Amen? Reſpõdetur hoc modo,Amen in Euangelio prolatum à
Chriſti ore,nihil aliud eſt,q̃ quod in veteri teſtamento p ſemetipſum iuraſſe deũ ſcriptura do-
cet. *Sic iurauit dñs domui Heli,quod non expiaretur iniquitas eius victimis & muneribus vſq̃*
C *in æternum. 1. Regum. 3. Sic pſal. 88. Iurauit Dauid ſeruo ſuo dicens, vſq̃ in æternũ præparaui*
ſemen tuũ. Et iterꝝ: Semel iuraui in ſancto ſi Dauid mẽtiar,ſemen eius in ꝯternum manebit. Sic
iurauit patribus noſtris,& in primis Abrahæ,vnde Zacharias Lucæ primo: Iuſiurandum quod
iurauit ad Abraham patrẽ noſtrũ datuꝝ ſe nobis. Sed qũo iurauerit & per quẽ,hinc,q̃d ſequit,
patet. Nam Gene. 22. Per memetipſum iuraui,dicit dñs,qa feciſti hãc rem, & nõ peperciſti fi-
lio tuo vnigenito propter me,benedicã & multiplicabo ſemen tuũ. Et Paulus pulcre deducit.
Quod quũ deus non haberet maiorẽ ſe in quo iuraret, iurauit p ſemetipſum, & quũ veritas de Heb.6.
cœlo orta eẽt,quaſi ſol illuminãs terrã,ecce quicq̃d præſtãtius ac excellẽtius docuit & pdicauit,
per Amen firmat. Ita multa in Matthæo,Marco & Luca, ſimplici Amen firmata ſunt. In Io-
hanne vero inſtar alicuius aquilæ altius volãtis, pleraq̃ per duplicatũ Amen,prædicata legun-
tur. Proin,nõ ſine grãdi myſterio verba de hoc pane,q caro eſſet futurus, octies Amen cõme-
morat,quaſi ſpũs ſanctus,hoc inſinuare vellet,ita vere hunc panẽ eſſe carnẽ ſuam, vt neq̃ Ca
pharnaitæ,neq̃ Berengarij,aut alij pertinaces hæretici,de veritate corporis & ſanguinis iuſtam
dubitandi cauſam haberẽt. Quũ itaq̃ videritis archã fœderis,vos ò pij Chriſtiani,nolite perti-
naces eſſe,nolite ab eccleſiæ ſenſu cõmuni excidere,ſed cõſurgite illi cum honore debito,& da-
bit ille vere vobis edere de mãna vitæ æternæ,per infinita ſecula ſeculorum,Amen.

SERMO VI.

Quum videritis archam fœderis domini dei veſtri, &c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De magna virtute verborum domini ex veteri teſtamento.

Exre-



X regnoꝝ & Paralipomenõ libris intellexistis vos ô chariſſimi Chriſtifideles vt aduerſus Dagõ, Philiſtæos, Azotios, Acharonitas, & Bethſemitas prævaluerit, ac etiamnum prævaleat, ſitq; prævalitura perpetuo veritas, & archa domini. Reſtat vt in hoc ſermone præſenti, quæ circa archam contigiſſe, ſcriptura Pentatheuci teſtatur, aperiamus. Et ecce Numeri. 9. ſic legitur. Ad verbum dñi proficiſcebantur, & ad verba illius figebant tabernaculum cũctis diebus, quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculum, manebant in eodẽ loco, & ſi forte euenisſet, vt aliquandiu maneret ſuper illud, erant filij Iſrael in excubijs dñi, & non proficiſcebantur, quotquot diebus fuiſſet nubes ſuper tabernaculum, ad imperiũ domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuiſſet nubes à veſpere vſq; ad mane, & ſtatim diluculo tabernaculum reliquiſſet, proficiſcebantur, & ſi poſt diẽ & noctem receſſiſſet diſſipabant tentoria. Si vero biduo, aut vno menſe, vel longiori tẽpore fuiſſet ſuper tabernaculum, manebant filij Iſrael in eodem loco, & non proficiſcebãtur. Statim autem vt receſſiſſet mouebant caſtra, per verbũ domini figebant tentoria, & per verbũ illius proficiſcebantur, erantq; in excubijs dei iuxta imperiũ eius per manum Moyſi. Et ecce Nume. 10. ſic legitur: Profecti ſunt de monte dñi viam trium dierum, archaq; fœderis domini præcedebat eos per dies tres, prouidens caſtroꝝ locum. Nubes quoq; domini ſuper eos erat per diem cum incederent. Quumq; eleuaretur archa dicebat Moyſes: Surge domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Quum autem deponeretur, aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Iſrael. Ex quibus quidem figuris manifeſtum eſt, iuxta archam domini, verbum extitiſſe domini, quæ res certe figura ſacroſancti ſacramenti fuit. Nã tanta vis fuit & eſt verbi diuini, vt quamprimũ hoc verbũ æternum, quod Chriſtus eſt, benedixit, & dixit: Hoc eſt corpus meũ, ilico ex pane fit corpus Chriſti. Et quamprimum dixit, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, mox de vino vitis factus eſt ſanguis. Hoc nõ vnus, ſed quaſi cõcordi ſpiritu, & ore ſcripſere tres Euãgeliſtæ. Matthæus in Iudæa. Marcus in Alexandria, vel in Italia. Lucas in Achaia, Et Paulus in Epheſo, hoc verbo (dixit) vtẽtes. Nec tamẽ hoc tibi graue ſit ad credendũ, nã & in alijs ſcripturæ locis hoc manifeſtũ fit, vt quamprimũ rem vnã dixit dominus, hãc ẽ veſtigio factam ſcriptura probat & docet. Sic Geneſis primo legitur: Dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux. Dixit deus, fiat firmamentũ, & factum eſt ita. Dixit deus, congregẽtur aquę quæ ſub cœlo ſunt in locum vnũ, & appareat arida, & factum eſt ita. Dixit deus, germinet terra herbã virentẽ & facientem ſemen, & lignum pomiferũ faciens fructum iuxta genus ſuũ, cuius ſemen ſit in ſemetipſo in terra, & factũ eſt ita. Dixit deus, fiant luminaria in firmamẽto cœli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna, & tẽpora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cœli, & illuminẽt terrã, & factũ eſt ita. Dixit deus, producãt aquæ reptile animæ viuentis, & volatilia ſub firmamento cœli, & factũ eſt ita. Dixit dñs, producat terra animã viuentem in genere ſuo, iumẽta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundũ ſpecies ſuas, & factũ eſt ita. Hinc citharœdus ille regius, Verbo dñi cœli firmati ſunt, inquit, & ſpiritu oris eius omnis virtus eoꝝ. Cõgregãs quaſi in vtrem aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. Timeat dñm omis terra, ab eo aũt cõmoueantur omes inhabitantes orbem, quoniam ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt. Ecce de Pithagoreæ diſciplinæ ſectatoribus paſſim tum in latinis, tũ græcis hiſtorijs legitur, ꝙd inter ſe diſputãtes ſuper aliqua re, ac interea addubitãtibus reſponderet, αὐτὸς ἔφα ipſe dixit. Sed magnus & laudabilis ille dñs exercituũ hic eſt, q primatũ tenet. De hoc eñ ſolo Dauid affirmare auſus eſt, vt ipſe is, talis ac tantus fuerit ac ſit, q dixerit & facta ſunt. Id ꝙd alibi Pſal. 148. idem Pſaltes ille regius, hiſce verbis ſimili modo teſtatus eſt dicens. Laudate dñm oes angeli eius, laudate eũ oes exercitus eius. Laudate eũ ſol & luna, laudate eũ oes ſtellæ & lumen. Laudate eum cœli cœloꝝ & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen dñi, qm ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Statuit ea in æternũ & in ſeculũ præceptũ dedit, & non præteribit: Laudate dñm de terra, dracones & oes abyſſi. Ignis grãdo, nix glacies, ſpũs procellarum, quæ faciũt verbũ eius. Montes & oes colles, lignũ fructiferũ, & oes cedri, beſtiæ & omia iumenta, reptilia & aues volantes. Reges terræ & oes populi, principes, & oes iudices terræ, Iuuenes & virgines, ſenes cum pueris laudent nomen domini, qm ſublime nomen eius ſolius. Gloria eius in cœlo & in terra, exaltauit cornu populi ſui. Laus omnibus ſanctis eius Iſrael, populo appropinquanti ſibi. Ex his ſcripturis, tu puſille grex, recte & religioſe doceris reſpondere omnibus Dagonitis, Micolitis, Oſitis, Philiſtæis, Azotijs, Acaronitis, Bethſamitis, Capharnaitis, & huiuſce fecis & farinæ hominibus hæreticis peruerſis, q ſic quandoq; ſurſum, atq; deorſum verba Chriſti torquere, inflectere, deprauare, ac in alienum ſenſum trahere, adulterinumq; intellectum vertere, ſumma impietate moliuntur, ac tecum ſerpentis illius callidioris in modũ, ceu cum Adam & Eua in arenã diſputationis condeſcendere cupiũt. Illis inquam, cõmode hoc ex cytharœdo opponere potes ac obijcere, Ipſe dixit & facta ſunt. Ipſe quidẽ panẽ accepit dicẽs:

Pſal. 33

Hoc

A Hoc est corpus meum quo pro vobis tradetur. Quomodo dubitauero ipse, ac nodū in scirpo quæ fiero, quū planis & sole meridiano clarioribus verbis expresserit, corpus suum, non phantasticum: sanguinem suum, non vinum, quod pro multis effunderet in remissionem peccatorum? Quantum ad me ac meam salutem attinet, satis superq; mihi fuerit, hoc illum dixisse, hoc illum affirmasse, hoc ita tradidisse Apostolis, ac vt ipsi itidē hoc facerent præcepisse, & quia illud ipse mandauit Apostolis patribus, pro quibus nati sunt filij episcopi & sacerdotes, dicens: Hoc facite in meam cōmemorationē. Vnde hoc recte per totam obseruatur ecclesiam, quod in missarū solennijs celebratur quotidie. Si itaq; ipse dixit, si ipse mandauit: quæ dementia, obsecro te, erit? quæ vanitas, quæ execrabilis impietas obstrepere nō modo vero, verū & huic, qui veritas ipsa est? quin potius ita factū esse, & quotidie fieri posse recte profitebimur. Nostri vero tam belli ac glorioſi Thrasones, quū sese Euangelistas deprædicare apud imperitam vulgi multitudinē impudenti ore audeant, atq; adeo quibus nihil perinde receptū frequensq; in ore est ac verbū domini, hoc modo confitentes se nosse deum, factis vero negantes. Quæ ratio est, quo minus advertāt idipsum, quod dicitur ex scripturis, Apud deū non est impossibile omne verbū. Apparet quidem sensui humano impossibile quodammodo esse vt virgo concipiat & pariat filium, cui nomen Emanuel, quæ virū non cognouerat, sed accedit verbū, & verbum factum est caro, eo pertinet, quod psal. 106. legitur: Misit verbū suum & sanauit eos. Sed & hoc proprium est verbi diuini, vt id quod naturæ impossibile est, hoc verbo dei possibile fiat, id quod in sermone sequenti manifestius aperietur. In præsentia sat vobis fuerit, quod Esaiæ. 40. hisce verbis comple

B xum exstitit: Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatū est fœnū, & cecidit flos, quia spūs domini sufflauit in eo. Vere fœnū est populus, Exiccatum est fœnū & cecidit flos, Verbum aūt domini manet in æternū. Et Matth. 24. Cœlum & terra transibunt, verba aūt mea non præteribunt, sunt eīm verba vitæ æternæ, spūs & vita, Iohan. 6. Verba quidem fidelissima, nā ipse est fidelis dñs in omnibus verbis suis, Psal. 144. Huius visionem in Apocalypsi sic Iohannes descripsisse legitur: Vidi cœlū apertū, & ecce equus albus, & qui sedebat super eū vocabatur fidelis & verax, & cum iustitia iudicat & pugnat, & vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbū dei, & de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus, vt in ipso percutiat gentes, habet in testamēto & in fœmore suo scriptū: Rex regū & dominus dominantium, Apoca. 19. Ecce q̄ aperte & conuenienter hic veritas & verbū domini iuncta sunt, ita vt vtrūq; in æternū permaneat, Psal. 16. & psal. 118. Et vtrūq; firmat de sacrosancto Eucharistiæ sacramēto, q̄d religiose ac deuotissime sancta & catholica tenet ecclesia. Verbo itaq; dñi manet, proficiscitur ac quiescit archa dñi dei exercituū. Huic verbo si innixus fueris simplici modo ac simplici intelligētia tua, ædificabis domū tuā supra petrā, qui Christus est, & mētiri non potest. Faxit deus vt hanc hæreseos labem, ex corde Capharnaitarum abluat is, qui lauit nos sanguine suo. Amen.

Ad Tit. 1.
Lucæ. 1.
1. Pet. 1.
Apoca. 19

SERMO VII.

C Quum videritis archam fœderis domini dei vestri, &c̄, vt supra.

ARGVMENTVM.

De vi verborum domini circa Eucharistiam atque alia multa.



IN hesterno sermone tractatū est, q̄ validū & potēs sit verbum dei, ita vt ex re alioqui à natura impossibili, aliquid possibile faciat. Ad hanc rem verbi diuini se nobis obuiam ꝓbet Esaias ca. 55. sic dicēs: Et qūo descēdit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertit, sed inebriat terrā & infundit eā, & germinare eā faciet, & dat semē serenti, & panē comedēti? Sic erit verbū meū, quod egredietur de ore meo, nō reuertet ad me vacuū, sed faciet quæcūq; volui & prosperabit in his ad q̄ misi illud. Qua quidē sententia recte planeq; docemur, vt sicut imber de cœlo, & nix instar lanæ descendēs, plerūq; aliquid boni producūt, ita verbū dñi nunquā vacuū reuertit ad dñm, sed vere est q̄d psal. 113. legitur: Oīa quæcūq; voluit fecit in cœlo & in terra, & verissimū est in Christo, vt q̄primū dixit, quæcūq; voluit fecit. Sic verbo vētis marinis imperat, & fit in mari trāquillitas magna. Sic lepro-

Matth. 8

so ait, volo, mūdare, & cōfestim mūdata est lepra eius. Sic cēturioni dicit: Vade & sicut credidisti, fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora. Sic paralytico dixit: Surge tolle lectū tuū & vade in do-

Matth. 9

mū tuā, & surrexit & abijt in domū suā. Sic mulieri patiēti fluxū sang. ait: Cōfide filia, fides tua

Matth. 6

te saluā fecit, & salua facta ē mulier ex illa hora. Sic defunctę filiæ ait: Puella surge, & surrexit pu-

Lucæ. 8

ella. Sic duobus cæcis ait: Secūdū fidē vestrā fiat vobis, & aperti sunt oculi eorū. Sic homini manū

Matth. 9

aridam habenti ait, Extende manū tuam, & extendit, & restituta est sanitati, sicut manus altera.

Matth. 12

Ita Pe-

Matth.14. Ita Petro verbum vnum dicit, Veni, & ambulat supra mare. Sic ait mulieri Chananeæ, O mu- D
Matth.15 lier, magna est fides tua, fiat tibi sicuti vis, & sanata est filia eius ex illa hora. Sic paucis verbis
Matth.17 increpauit Iesus dæmonium lunatici, & curatus est ex illa hora. Sic Iudæis impetuose irruenti-
bus loquitur, Ego sum, & mox illi cecidere retrorsum. Sic mortuo Lazaro ait, Veni foras, & il
Iohan.11. lo momento Lazarus quatriduanus fœtens in monumento surrexit, sic paucis verbis eiicitur
dæmonium, cui nomẽ Legio Marci.5. Sic eñ testaꝫ Euangeliũ, q̃d verbo spũs eiiceret immun
dos. Cæco & surdo ait, effeta, & continuo apertæ sunt aures eius, & soluta est itez lingua eius
Marci.7 & loquebatur recte. Quis in his omnibus historijs non credet tantam Christi potestatem ex-
titisse in terris, vt mox post verbum illius sequuta sint ea, quæ prorsus humano sensui videban-
tur impossibilia? Et ecce, quid ait, Luc.3. Dico vobis, quia potens est deus de lapidibus istis sus-
citare filios Abrahæ. Quòd si hæc tãta i leprosis, cęcis, surdis, mutis, lunaticis, dęmoniacis & mor
tuis potuit & fecit Christus, quis iuste negabit, vt quum ipse dixerit: Hoc est corpus meũ, non
esse corpus eius? Et hoc similiter aduertendũ est, quod non solum simpliciter dixit, Hoc est cor-
pus meum, sed vti Euangeliũ tradit, gratias egit, & benedixit, sic panem benedixisse, & super ca
Matth. 26 licem gratias egisse, scribit Matthæus. Similiter & Marcus, super panem benedictionẽ, & super
Marci.14 calicem gratiaꝝ actionem describit. Lucas aũt ait: Accepto pane, gratias egit, & fregit, deditq;
Luc.22. eis, dicens: Hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur. Similiter & Paulus gratiaꝝ actionem
factam esse scribit. 1. Corinth. 11. Sed quẽ latere potest virtute verboꝝ dei maledictiones, & be-
nedictiones magnũ robur, multasq; vires habuisse. De maledictionibus hoc certum est. Male-
dixit olim dñs serpenti, qui seduxit Euam, & interim super pectus suũ graditur, comeditq; ter-
ram cunctis diebus vitæ suæ, suntq; inimicitiæ inter ipsum & mulierẽ irreconciliabiles. Maledi E
Gene.3 xit Euæ mulieri primæ, & ecce multiplicantur illius ærumnæ, parit in dolore filios suos, & sub
viri potestate manet. Maledixit Adæ, & ecce fit maledicta terra in opere, spinas & tribulos ger
minat, & interea vescitur ille pane suo in sudore vultus sui, & quotidie reuertitur in puluerem.
Sed & dñs deus benedixit Abrahæ quidẽ, & semini eius, Gene.12. Et ecce de semine, nõ ex se-
minibus nascitur Chrũs filius Abrahæ patris multaꝝ gẽtium. Et non mõ benedictus est Abra
ham, sed & benedicti fuere, quotquot benedixerunt Abrahæ. Sic eñ ait: Benedicam benedi-
centibus tibi. Quando vero Euangelij sacrariũ aggredimur, è quo depromere licebit maledi-
ctiones, & benedictiones non sane paucas, quid? Maledixit dñs ficui, vt ex ea nunq̃ fructus nas
Marci.11. ceretur, & non modo posthac nõ nascitur fructus ex ea, sed & cõtinuo aruit. Ediuerso benedi
xit dñs quinq; panes, & duos pisces, q̃ ita multipliciter accumulati sunt, vt ex illis manducaue-
Matth.14 rint, & saturati sint, quinq; millia viroꝝ, exceptis mulieribus & paruulis. Ad hæc omnia reliqui
manserũt duodecim cophini pleni fragmentoꝝ. Matth.14. Sic super septẽ panes & pauculos
pisciculos gratias egit, & quatuor millia hominũ extra paruulos & mulieres mirabili modo re-
fecti sunt. Quare ad sacrosanctũ hoc Eucharistiæ sacramentũ nostrũ sermonem conuertamus.
In quo benedictio Christi, nunq̃ effabili mysterio locũ habet, nimirum cum ex creatura panis,
corpus, & ex creatura vini, sanguis Christi fiat. Ipse enim non modo dixit, sed & benedixit. Be
nedictus sit ergo ille dñs deus excelsus, qui sedet super Cherubin, quem quum videritis, consur- F
gite iuxta verba nostri thematis, & deus erit vobiscum, Amen.

SERMO VIII.

Quum videritis archam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra

ARGVMENTVM.

De vi & efficacia benedictionum ex vtroq; testamento.



Irca archam fœderis hoc contigisse approbatur Iosue sexto. Nempe
quando populus Israeliticus ad ciuitatẽ Hiericho: quæ tũc clausa fuit
& egregie munita: venisset, Iosue tum ad sacerdotes dixerit, vt tolleret
archam fœderis, armatiq; in populo p̃cederent archã, vulgus aũt se-
queretur illã, Mandauitq; Iosue populo, vt clamantes vociferarentur,
hoc facto, cum populus septies ciuitatem circumiuisset vociferãs, atq;
clangentibus tubis, q̃ altissime fieri poterat intonans, accidit vt simul
atq; vox sonitusq; aures multitudinis percrebuisset, muri ilico corrue
rent, ita vt ascenderet quisq; locum q contra se erat, hac ratione ca-
pientes vrbẽ. Istud equidẽ miraculũ grãde, circa archã figura fuit, vt
ad vocẽ sacerdotis, ex institutiõe Christi sacramẽtũ fiat. Id q̃d Augustinus hisce verbis expres-
sit. Accedit verbũ ad elementũ, & fit sacramẽtũ, neq; mirari oportet vt fieri queat. Posteaq̃ se-
mel Chrũs in suo testamẽto reliquit, mãdauit ac p̃cepit: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Ita

enim

A eñ os domini loquutum est. Sed Chr̃ifideli homini, non debet esse alienum in fide, quod etiam sermo hominis vim aliquam, & magnam habeat, id quod in maledictionibus & benedictionibus notissimum fit. Sic eñ de Noe legitur. Posteaquàm Cham pater Chanaan verenda patris sui denudata non cooperuit, Noe euigilans minori filio ait: Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitq; benedictus dñs deus Sem, sit Chanaan seruus eius, Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitq; Chanaan seruus eius. Et ex hac maledictione seruoꝝ in terra seruitus ortum habet. Et tanta vis benedictionis est, vt Isaac putans adesse Esau dixit Iacob: Det tibi deus de rore cœli, & de pinguetudine terrę abundantiam frumenti vini & olei, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuoꝝ, & incuruẽtur ante te filij matris tuæ: Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixit tibi, benedictionibus repleatur. Huius benedictionis tanta vis erat, vt veniente Esau, & petenti benedictionẽ Isaac responderit: Benedixi Iacob, & erit benedictus, & is accepit benedictionem tuam, Gene. 27. Sed & moriturus Iacob, vocauit ad se filios Ioseph, & benedixit eis. Post hæc vocauit ad se filios suos, & vnicuiq; propriam benedictionem dedit. Vnde Gene. 49. sic legitur: Benedixit singulis benedictionibus proprijs. Sed & Aaron filijq; eius vim magnam benedictionis habebãt, cuius rei & si multæ sint historiæ, tñ vnã recensere placet, qua præceptum est Nume. 5. vbi sic legitur: Vir, cuius vxor errauerit, maritumq; contemnens dormiuerit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro. Si spiritus zelotypię concitauerit virum cõtra vxorem suam, quę vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro il

B la, decimam partem satis farinæ ordeaceæ, nõ fundat super eam oleum, neq; imponat thus, quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram dño, assumetq; aquam sanctã in vase fictili, & pauxillum terrę de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; steterit mulier in conspectu dñi, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificiũ recordationis & oblationẽ zelotypiæ. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratiõe maledicta congessit, adiurabitq; eam, & dicet. Si nõ dormierit vir alienus tecum, & si nõ polluta es deserto mariti thoro, nõ te nocebunt aquæ istæ amarissimæ in quas maledicta congessi. Si autem declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & cõcubuisti cum altero, his maledictiõibus subiacebis. Det te dñs in maledictionem, exemplumq; cunctoꝝ in populo suo. Putrescere faciat fœmur tuum, & tumens vterus dirumpatur. Ingrediant aquæ maledictæ in vterum tuum. Et respondebit mulier: Amen amen, scribetq; sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere, quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypię, & eleuabit illud coram dño, imponetq; illud super altare, ita dumtaxat vt prius pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare, & sic potum det mulieri aquas amarissimas, quas cum biberit, si polluta est, & cõtempto viro adulterij rea est, perträsibunt eam aquę maledictiõis, & inflato vẽtre computrescet fœmur, eritq; mulier in maledictionem, & in exemplum oñi populo. Quod si polluta nõ fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ, si spũ cõcitatus adduxerit eam in cõspectu dñi, & fecerit ei sacerdos iuxta oña, quæ scripta sunt, maritus absq; culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam. Quis non videt hic magnam, imò efficacissimam subesse verC borum vim? vt etiam ad abrasa verba maledictionis debeat inflari venter, & putrefieri fœmur. Non ergo admirabere, si potestas euangelio maior data fuerit. Sic quoq; Apostoli, nomine. i. verbo Christi poterant ejcere dæmonia. Sic manifeste Matthæi .10. mandatur Apostolis. In quamcũq; ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogetis qs in ea dignus sit & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domũ salutate eam, dicentes: Pax huic domui, & si qdem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam. Si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Propterea toties, pax vobis, in euãgelio legit. Imò inter catholicos Chr̃ianos hoc habet in vsu, vt optetur bonus dies, bonus annus, & bonum vesper, & pax vobis. Suis quoq; messoribus Obeth de generatiõe Elimelech, ait: Dñs vobiscum, & responderũt illi: Benedicat tibi dñs. Ruth. 2. Hac vi verboꝝ vsus est Petrus, erga Ananiam, & Zaphyram vxorem eius. Sic eñ Petrus Ananiæ ait: Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto & fraudare de pretio agri? Nõne manens tibi manebat, & vẽundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in cor de tuo hanc rem? Non es mentitus hoibus, sed deo. Audiens autem Ananias, cecidit & expirauit, & factus est timor magnus super omnes, q audierunt. Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horaꝝ trium spacium, & vxor ipsius nesciẽs quod factum fuerat, introiuit. Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidisti is? At illa dixit, etiam, tanti. Petrus autem ad eam: Quid vtiq; conuenit vobis tentare spm̃ dñi. Ecce pedes eoꝝ, q sepelierunt virum tuum ad ostium, & efferent te. Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam, & extulerunt & sepelierunt ad virum suum. Sic Dauid. 2. Regum. 1. dicit: Montes Gelboe, nec ros, nec

Gene. 9

Gene. 27.

1. Regũ. 25 Dauid nũtiabat Nabal, sit frib⁹ meis & tibi pax, domui tuæ pax &c. Acto. 5.

pluuia veniant ſuper vos, vbi ceciderunt fortes Iſrael. Et Helias vir dei .3. Regũ. 17. ſic audenter D
ait: Viuit dñs deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei
verba, & ad hæc verba poſt dies paucos ſiccatus eſt torrens Carith iuxta lordanem, non enim
4. Regũ. 2 pluerat ſuper terrã. De Heliſæo legitur, quod illo aſcendente in Bethel, pueris illudentibus ma-
ledixerit. Et ecce duo vrſi de ſaltu egreſſi ſunt, & lacerauerũt ex eis quadraginta & duos pueros.
Vide, vt nõ ſolum ſcriptura habeat ſanctos hoſce dei hoies iuſſu dei protuliſſe efficaciſſima ver
Ioſue. 10 ba, ſed & de ſtrenuo milite dei Ioſue, cuius proclama libenter pro arca fœderis vtimur. Loquu
tus eſt Ioſue dño in die qua tradidit Amorrhæum in conſpectu filiorũ Iſrael, dixitq; coram eis.
Sol contra Gabaon ne mouearis. Et luna contra vallem Haylon. Steteruntq; ſol & luna, donec
vlciſceret ſe gens de inimicis ſuis. Nonne ſcriptũ eſt hoc in libro iuſtorũ? Stetit itaq; ſol in me-
dio, & nõ feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei, non fuit antea & poſtea tam longa dies obe-
diente dño voci hoĩs, & pugnante pro Iſrael. Audi quid ſcriptura dicat, contra rapaciſſimũ mo
tum ſolis, tam ab oriente in occidentem, q̃ etiã contra curſum per duodecim ſigna zodiaca, q̃
ſteterit ſol. Et quod mirabilius eſt, hoĩs voci obediuit dñs. Nil mirum ergo ſi in hoc admirabili
Lucæ. 7 ſacro noſtro creatura voci diuinę obediat. Quare poſthac noli eſſe incredulus, q̃ſq; auditor es
noſter, ſed fidelis, & olim audies ad te dicentem dñm, fides tua te ſaluum fecit. Fiat fiat.

SERMO .IX.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri &c. vt ſupra. E

ARGVMENTVM.

De tranſſubſtantiatione in Euchariſtia contra Capernaitas hæreticos.



Egitur. 1. Regum. 5. id quod obiter antea tetigimus. Vt tulerunt Phi
liſtijm arcam dei, & intulerunt eam in templũ Dagon, & ſtatuerũt eã
iuxta Dagon. Quumq; ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, Ecce
Dagon iacebat pronus in terra ante arcam dñi, & tulerunt Dagon,
& reſtituerunt eum in locum ſuum. Rurſumq; mane die altera con-
ſurgentes, inuenerunt Dagon, iacentẽ ſuper faciem ſuam in terra co
ram arca dñi. Caput aũt Dagon & duæ palmæ manuum eius abſciſ-
ſæ erant ſuper limẽ. Porro Dagon ſolus truncus, remanſerat in loco
ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacerdotes Dagon, & oĩes q̃
ingrediunt templum eius ſuper limen Dagon in Azoto vſq; in ho-
diernum diem. Aggrauata eſt aũt manus dñi ſuper Azotios, & demolitus eſt eos, & percuſſit in
ſecretiori parte natium Azotum & fines eius, & ebullierunt villæ & agri in medio regionis illi-
us, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in ciuitate. Hæc hiſtoria figura fuit,
vt aliquando futuri eſſent ſub teſtamẽto nouo Azotij, id eſt, incendiarij nouæ hæreſium. In-
cendunt eĩm templa ſancta, euertunt altaria, demoliunt monaſteria, ſtatuentes arcam dñi iuxta
Iohan. 6 Dagon piſcem inutilem ac Leuiathan iniquum, præſumentes laicum & prophanum panẽ pi- F
ſtoris eſſe, vbi per totam eccleſiam, manna ſupercœleſte creditur, ac vere præſens eſt Chriſtus.
Et quo ſuas hæreſes bene muniant ac ſtruant, quaſi alteri Capharnaitæ contentioſe proponũt
ac argumentantur in hunc modum: Vocat hunc panem qui in altari conſecratur Paulus ante
& poſt conſecrationem, iterum atq; iterum panem, panis ergo piſtorius & materialis eſt. Vo-
1. Cor. 11. cat & calicem, & vbiq; calix in ſcriptura pro vino accipitur. Vinum itaq; (inquiunt) manet &
eſt. Ex his oĩbus tandem colligunt, errare, & tot ſeculis idololatrijs erraſſe, atq; ſeductam eſſe
eccleſiam vniuerſam, quæ verum corpus, verumq; ſanguinem Chriſti in ſacramento credide-
rit, & prædicarit. Sed fortitudo arcæ domini dei noſtri talis ac tanta eſt, vt è ſolio ſuo, & ſtatua
1. Reg. 5 cito reĩciatur ille Dagon, cum Dagonitis omnibus. Nam & ſi Paulus hoc ſacramentum, pa-
nem poſt conſecrationem vocet, hoc ex conſuetudine ſcripturę facit. Sic enim obſeruatum eſt,
vt cum res aliqua mutetur in aliam ſubſtantiam, frequenter hoc nomen retineat quod habebat
antea. Sic Exodi. 7. legitur: Virgam Aaron, virgas deuoraſſe ſapientum incantatorum, & ma-
leficorum, quum tamen eſſet virga nunc in ſerpentem verſa. Virgæ quoq; Magorum, & ſi in
dracones tranſformatæ fuerint, nihilominus virgæ nomen retinuerunt, etiamſi iam virgæ non
fuerint, ſed in dracones verſæ & immutatæ, ſic eſt de pane hoc admirabili in ſacramento. Vt
iam iuxta verbum Hyrenæi Lugdunenſis epiſcopi, ex creatura panis, factum eſt corpus, adhuc
panis nomen retinetur. Quemadmodum de Simone leproſo legitur, quòd in domo eius decu
buerit dominus, non quidem quòd eo tempore leproſus eſſet, ſed q̃ olim fuerit, & ſic renuntiat
Iohanni, cæcos videre, ſurdos audire, non quod iam cæci eſſent, aut ſurdi, ſed quòd olim fuerint.

Adijci

A Adijcimus ad hæc q̄ Paulus non simpliciter panem vocat, sed hūc panem dñi vocat, & in subsequenti declarat, hunc panem esse corpus dñi, sic eñ Christum dixisse scribit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradet, & postea subinfert, quod qui hunc panem indigne manducet, reus sit, & corporis & sanguinis dñi, & iudicium sibi manducet & bibat, propterea quod non dijudicet corpus dñi. Et.1. Cor̄.10. plane declarat, quid hoc sit, dicens: Panem, quem frangimus nonne participatio corporis dñi est? Sicut ergo Paulus vocat mensam dñi, cœnam dñi, sic etiā panem dñi, nouit eñ & sic à dño didicit ac accepit, qm̄ sacramentarius ille panis dñi est. Ipse enim, etiam ante passionem in Capharnaum Christus, se panem de cœlo verum appellat: Panis itaq; non elemētaris ac terrenus, imò vere supcœlestis, & supersubstantialis est itaq; eo modo, nec alio Paulus hoc sacramentū panem appellat, non quod ibi remaneat substantia panis, verum quod ibi creatura creatori, tanq̄ honoratiori locum cędit, neq; mirum cum in Chana Galilææ substantia aquę vertit in vinum, & ipse architriclinus gustauit aquā vinum factā, quod tamen amplius aqua non fuit, sed tale vinum, quod primo appposito vino, longe præstantius, ac excellentius visum est, q̄ si hoc in Chana possibile fuit, quomodo non ex verbo dei hoc fit, vt ex creatura fiat Christus, cecidit itaq; hoc loco Babylon, & Dagon. Sed illi Azotij & Dagonitæ, respondent de calice dicentes, in scriptura calicem pro vino accipi. Tu respondere potes, quisquis es pius Christifidelis, hoc in scholis Epicuri & Epicureoꝝ, qui sunt nitida & bene curata pelle, inter sacra bacchanalia verum esse, sed nō schola Chr̄i. Nam vbi Dauid psalmista, sic ait: Calix dñi præclarus est. Et iterꝝ: Calicem salutaris accipiā. Nemo vere doctus hunc salutis nostræ calicem, pro vino accipere vel intelligere potest. Sed de Chr̄o, quis (quæso) præsumat,
B vbi ad fratres duos, Zebedæi filios, Matth.10. dixit: Potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sum, & illi respondérunt, possumus. Ipse vero sic dixit: Calicem quidē meum bibetis, quod hęc dicta sint de calice vini? Cæterꝝ eo loci pertinet, quod in monte olijeti ter orat dñs, vt transeat à se calix si fit vllo modo possibile, vbi procul dubio non calix vini, sed calix effundendi sanguinis intelligi potest ac debet. Et Christus sese declarat, quis ac qualis sit calix, vbi iuxta Paulum .1. Cor̄.11. sic dixisse legit: Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. Et in Matthęo, cum accepisset calicem, ait: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundet in remissionem peccatoꝝ. Non dixit vinum meū, alioqui vinum nouū testamentum esset, & vinū pro multis in remissionē peccatoꝝ effusum esset. Quid quod in Luca ait: Non bibā amodo de generatione vitis. Et post hæc accepit calicem, & ait: Hic est calix nouum testamentū, in sanguine meo, qui pro vobis effundet, Luc.22. Vides ergo, vt contra arcā dñi non possit prævalere Dagon, neq; superbus Philistæus Golias, ac oñes superbientiū Philistæoꝝ duces, & quemadmodum cecidit Dagon corā arca, perdiditq; caput, manus, & pedes. Ita Zuinglius ille Dagonita in prælio, cum contra catholicos Heluetios ligæ veteris gladium educeret, quasi trucidaturus omnes arcæ ministros, perdidit non modo manus, caput, & pedes, imò nec truncus remansit, qppe sicut ille sanctoꝝ Felicis, & regulæ Thigurinæ vrbis patronos, ac multas diuoꝝ reliqas in amplissima Constātiensi diocœsi, sub ea ecclesia quæ à diuo Carolo magno olim extructa est igni comburi fecit, ita ipse in cinerem ac fauillam, ab igne deuorāte, quasi alter Nadab, aut Abiu iusto iudicio dei, versus est. Sic eñ arbor, quæ pessimos fructus profert & seditiones concitat, foras proijcitur, & tanquàm sal infatuatum pedibus conculcat, tandemq; in ignem proijcitur.
C Redeamus ad priora vñ digressi sumus. Vltrà primos Azotios, sunt & alij Azotij q iuxtā Dagō arcā dñi, sic & eo modo ponunt, non esse verum corpus, non esse verū sanguinē, sed memoriale corporis & memoriale sanguinis. Sed & hic sternet Dagon in terrā, nam ex verbis Pauli: Quotiescunq; māducamus panem hunc diuinum, superbenedictum, supercœlestem, & supersubstā tialem, & bibimus calicem dñi, mortem dñi annuntiare nos conuenit. Et nunquā deuotius aut plenius hoc fit, quàm si non in signo, sed in ipsa veritate rei, tātum peragitur mysterium. Et qd multis opus est verbis. Exodi.11. Sāguis agni paschalis ad postes linitur, celebrat & peza vel pascha. Et vere agnus est, vere sanguis est, vere victima est. Nihilominus memoriale vocauit hūc agnum paschalem, & hoc pascha atq; oblationem dominus, ita ab hac figura, Pascha nostrum immolatus est Christus, & suæ passionis, aut immolationis memoriale, seipsum nobis in hoc sacramento reliquit. Cecidit itaq; & hic Dagon ante arcam domini sanctam, & plane mirabilem quādo contra scripturā non est, aliquid esse & memoriale & verā victimam. Ceciderunt & ibi omnes Capharnaitæ, qui operati sunt iniquitatem expulsi sunt, nec potuerunt stare. Siquidem sacramentum hoc, & si in memoriam, & pro memoriali passionis accipitur, nihilominus tame verē oblatio est, & vere sacramentum manet, estq; ipse Christus & præstans memoriale omnium mirabilium, quæ fecit misericors & miserator dominus, dans escam omnibus timentibus se. Postremo, sunt & reliqui Azotij arcā domini dei nostri iuxta Dagon hoc pacto statuentes, quod scriptū sit Matth.24. & Marc.13. Multi venient dicit dominus, qui dicent: Ego sum Christus, & seducent multos, & sequitur, & quum dixerint, ecce hic, ecce illic est Christus, nolite credere. Propterea colligunt & inferūt, quum in hoc, & in illo altari dicatur & monstret esse

Iohan.6 Iohan.2. Psal.20. Psal.114 Matth.26 Leuiti.10. 3.Paral.24 Lucæ.14 Marc.9 1.Cor̄.5. Psalm.35. Psal.110.

Christus, non esse credendum aiunt. Sed hi primogeniti diaboli Dagon piscis inutilis, ad inte- D
rius Gazophilacium euãgeliũ, & intra sancta sanctorũ intrare debuerant. Nam vbi Christus ea
de re verbum fecit, nihil contra sacramẽtum dixit. Quãdoquidem de nouissimis diebus & con-
Matth. 24 summatione seculi verbũ faciẽs, sic prophetauit. Multi venient in noĩe meo, dicentes: Ego sum
Christus, & seducent multos, & multi pseudoprophetæ surgent, & seducẽt multos. Tunc si qs
vobis dixerit: Ecce hic ẽ Chr̃s, aut illic, nolite credere, surgẽt eñ pseudochr̃i, & pseudoprophe
tæ, & dabũt signa magna & ꝓdigia, ita vt in errorẽ ducant, si fieri ꝑt, etiam electi. Ecce ꝓdixi vo
bis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto ẽ, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Ec
ce hic à pseudochristis & pseudoprophetis nos prȩmonuit dñs & saluator noster, vt si quispiã
sub Antichristi prætextu, pseudopropheta & pseudochristus se Messiam, & Christum faciens
venerit, illi nullã fidẽ habeamus. Hac falsa transfiguratione surrexere pseudoprophetæ, Simon
Magus, Menãder Harpocrates, Hebion Cherinthus, Martion, Manichæus, Sabellius, Apolli-
naris, Paulus Samosatenus, Heluidius, Berengarius, sub titulo vero Chr̃i, prȩstigiosus ille Theo
das, ac illi Bemozebe, quorũ vnus perĩt sub Adriano in Bethura. Nos vero qui sacramentum
Christi defendimus, nõ alium Christũ agnoscimus, q̃ hunc, quem Iohannes digito monstrauit
Matth. 16. dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Non alium deniq; Christum prȩdicamus,
quàm eum, quem Simon ille Petrus, non ex carne & sanguine, sed reuelatiõe paterna confessus
1. Cor. 2. est, esse filiũ dei, non alium Christum, q̃ hunc, quem prædicauit crucifixum Paulus. Non ergo
cum Iudæis in Hierusalem Iudææ Messiã expectamus, nõ cũ Turcis Mahometanis in Mȩcha
Mahometum adoramus, sed in hoc sacramento eundem ipsum & vnum Christũ veneramur, E
colimus, & adoramus, qui sedet in cœlo, cuius omnipotentia sit, vt ipse vnus & idem Christus
sit in cœlo, sit & in sacerdotis manibus. Vides itaq; iterum q̃ graui & ꝓcipiti casu ceciderit Da
gon in terram ante arcam dñi dei nostri, cui laus, honor & gloria in secula seculorũ, Amen.

SERMO .X.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

Confutatio Azotiorum pro veritate Eucharistiæ.



Ractauimus in hesterno sermone triplex Azotiorũ genus, quod arcã domini iuxta Dagon ponere nõ veret. In hoc igit̃ præsenti sermone restat, vt pariter & reliquũ triplex Azotiorũ genus discutiamus. Sunt eñ quidã incendiarij̃ calumniatores & hostes Eucharistiæ, qui sic ar gumentari audent, adducentes, Iohã. 6. vbi fic ait dñs: Spiritus est qui viuificat, caro nõ prodest qcq̃. Quòd si caro nõ prodest qcq̃ inquiũt ergo fruſtra asserit in hoc sacramento corpus esse Chr̃i. Ad hoc qsqs es pie Chr̃ifidelis animi tui intẽtionẽ in hoc adijcias (obsecro) Chr̃m hic nõ dixisse: Caro mea nõ ꝓdest quicq̃, sed caro nõ ꝓdest quicq̃. Et F
si Capharnaitæ hoc pronomen mea, multis millibus aureis adijcien-
dum soluerẽt. Sed (quæso) quomodo hoc dicere potuisset Christus, qui propterea ipse verbum æternum factum est caro, vt pateretur in cruce. Vnde. 1. Petri. 4. Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. Et Panlus ad Romanos. 8. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundũ carnem ambulamus, sed secundum spiritum, ꝙ si caro Christi non profuit, nec etiam sanguis eius, quomodo ergo Paulus ad Ephesios sic ait: Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, in re-
missionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia. Et iterum idem Paulus ad Colosſ. Omnia in ipsum pacificans per sangui nem crucis eius, siue quæ in cœlis sunt, siue quæ in terris sunt. Ad Hebræos autem nono, sic ait: Christus non per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit in sancta sanctorum, æterna redemptione inuenta. Sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mor-
tuis, ad seruiendum deo viuẽti. Et Actorum. 20. idem ad Episcopos ait: Attendite vobis & vni-
uerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit, Episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit
1. Petri. 1 sanguine suo. Sed & Petrus ille Cæphas in prima Canonica, sic ait: Non corruptibilibus auro

vel argẽ

A vel argento redempti estis, de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incõtaminati. 1. Iohã. 1. In hoc cognouimus charitatẽ dei, qm̃ ille animã suam dedit pro nobis. Sed & antea in eodem Iohãne sic legit: Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni pcto̅. Et ille idem cõstitutus in insula Pathmo, Apo. 1. ait: Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes cum patre suo. Et hoc est, quod Paulus ad Titum. 2. scribit: Apparuit em̃ gratia dei, & saluatoris nostri, om̃ibus hominibus, erudiens nos, vt abnegãtes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste, pieq; viuamus in hoc seculo, expectãtes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Chri, q dedit semetip̃m pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate & mundaret sibi populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorꝝ operꝝ. Quis ergo non videt carnẽ & sanguinẽ Chri pro fuisse nobis plurimũ. Corpus em̃ pro nobis traditũ est in salutem. Sãguis vero effusus in remissionem pcto̅rum. Sed & verba Chri sese ipsa declarãt. Antea em̃ sic Chr̃us ait: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Si ergo caro vere cibus est, & sanguis eius vere ẽ potus, quomodo ergo vtrunq; non prodest? Et itꝝ ibi ait: Panis quem ego dabo, caro mea est, dabo pro mũdi vita, vbi græce, bis δώσω legitur. Ex quibus q dem verbis (quia verba promissiõis sunt) necesse est assẽuerare, eum atq; talem panẽ esse datũ, qui fuerit, & fit caro eius, q̃d promisit ipse Chr̃us sese datum eum panem, qui caro esset, proculdubio seruauit. Et si Dagonita dixerit, non legi hãc promissionem seruatã esse, cui cum Balaam obijcimus. Sta Balach, & ausculta, audi fili Sephor: Non est deus quasi homo, vt mentiat, nec vt filius hoĩs, vt mutet. Dixit ergo, & Nume. 22
B non faciet, loquutus est, & nõ implebit, quid quod nunq̃ in scriptura dixit deus, dabo, quod nõ plena manu, & cumulatissime præstiterit. Sic Gene. 12. Terram promissionis, lacte & melle manantem, exhibuit Abrahæ hisce verbis promittẽs. Terrã hãc tibi dabo, & semini tuo, & dedit. Sic postulãti Salomoni sapiam. 3. Regum. 3. eam tãta vbertate dedit atq; largitus est, vt ad illum dñs quoq; dixerit: Ecce dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tãtum vt nullus ante te similis tibi fuerit, nec post te surrecturus sit. Sic Ezechielis. 36. inquit: Dabo vobis cor nouũ, & dedit. Sic Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorꝝ, & dedit. Iohãnis vltimo: Quum itaq; (sicut promissum est) ingenue promiserit se datum panem, q esset caro eius, nõ est ergo necesse vt dubitemus qm̃ ipse dixit & facta sunt. Neq; etiã dixit: Caro mea, sed caro non prodest quicq̃. Caro autem in scriptura frequenter pro intelligentia carnali accipit. Sic Chr̃us ad Petrum, ait: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. i. carnalis intelligentia, sed pater meus, q in cœlis est. Et ad Romanos. 8. Sapia carnis inimica est deo. Sic. 2. Corꝝ. 1. Nunq̃ leuitate sum vsus, aut quæ cogito. i. cum carnẽ cogito, vt fit apud me, est, & nõ. Hæc itaq; caro. i. carnalis cogitatio non prodest quicquã, imò obest plurimũ, quum tñ toti terrarꝝ orbi profuerit, & vtilissima sit caro Christi. Non itaq; cõuerti debet hoc dictum ad eam carnem, quæ in sacramẽto est, sed potius ad carnem, & Capharnaitarꝝ carnalẽ intelligentiã, nihil aliud credentem, nisi quod cum Thoma Didymo incredulo, non modo manibus, sed & digitis palpauerit ac viderit, parum cogitantes eos esse beatos, qui non viderunt ac crediderunt. Vides itaque vt arca fœderis domini dei nostri etiam hunc Dagon prostrauerit, vt is pronus iaceat super terram?

Cæterꝝ sunt Azotij Philistiim, contuso ore, qui dicere audent: Chr̃us est, & sedet ad dexterã patris, ergo non est, neq; potest esse in manu sacerdotis. Azotijs illis stupidis Capharnaitis breC ui interrogatione respondeas, quisq; mensam dñi tueris, verũ esse, sedere Chr̃m ad dexterã maiestatis dei, sed ita sedere, vt etiã stare non prohibeatur. Nam Actorꝝ. 7. Stephanus vidit cœlos apertos, & Iesum, stãtem à dextris virtutis dei. Sic etiam sedet à detris maiestatis dei. Ad Hebræos. 1. Ad Ephesios. 1. Atq; ad Colos. 3. sed & etiã à dextris dei. Sic Psalmo. 90. quod etiã in Euangelio repetit dñs: Dixit dñs (inquit) dño meo, sede à dextris meis. In Actis autem Apostolorꝝ, Apostoli viderũt eum euntẽ in cœlum, vnde de ea re scribit Apostolus ad Colossen. 4. Dominum in cœlo habetis. 1. Petri. 3. Profectus in cœlum subiectis sibi angelis, potestatibus, & virtutibus. Attamen Stephanus vidit cœlos apertos, & ibi Iesum stantem. Iam dicit Propheta, Psal. 67
quod ascẽderit super cœlum cœli ad orientem. Et extat articulus fidei nostræ. Ascẽdit ad cœlos, sedet ad dexterã patris om̃ipotẽtis. Liquet igitur alias cœlum, alias cœlos sedẽ dei esse. Sic Esaiæ. 66. Cœlum mihi sedes, & nos precãtes dicimus: Pater noster, qui es in cœlis. Et Matthęi. 16. Potestas datur Petro in cœlis, quando dñs ait: Tibi dabo claues regni cœlorꝝ, & quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis. Sic itaq; manifestum est aliquando scripturam dicere, quomodo Christus sedeat, atque stet, sedeat ad dexteram, sedeatq; à dextris, sedeat & sit in cœlo, sedeat atque sit in cœlis. Nihil est ergo, quod contra omnipotentiam Christi fingunt hæretici, quasi Christus in cœlo sic sedeat, vt clauo affixus se mouere non possit.

Tertium Azotiorum genus est eorum, qui post Tutistam obtusi ingenij Carolostadium ac post Husschinum Oecolampadium figuristam. Est, pro significat more sophistico habere volunt, inter quos olim Zuinglius, Leoq; Iudæus præcipui erant. De quibus satis mirari non potui, quod plenis buccis tota die se Euãgelistas iactitãt, sophistas vero damnãt, & cum in cõfesso

sit,nõ esse maiorẽ,&sordidiorẽ sophistriã,quã eã,quæ, est, p significat accipi docet in scholis D
miror'q; etiãnum quid nã in mentem illo; venerit,vt veritatis verba tam clara,strophis diale,
cticis & plane sophisticis euertere tentarent? Siquidem quo fallacijs, nugis & nenijs, vsq; ad vo
mitum satisfaciant,ecce post clarissima Christi verba sic insaniunt, quando Christus dixit, hoc
est corpus meum,ibi est aiunt,valet,vt significat,quasi dixisset,hoc significat corpus meum. Et
quum interrogantur,quasi arte hoc faciant,respondent,in paruis logicalibus inueniri,quod ali
quando,est,pro significat accipiatur. Cæterum ita eis videri, proin satis sit pro ratione voiun-
tas,si quis eorum dixerit,hoc volo,hoc iubeo. Sed si panis est materialis in hoc sacramento,&
significat corpus,lubens audire velim,qua ratione adiecerit Christus,quod pro vobis tradetur
Nam si referas ad panẽ,nihil aliud sequetur,quàm quod panis pistorius pro nobis in cruce cru
cifixus sit. Sed quid cum glorioſis Trasonibus diu pugnabimus. Ipsi fine scriptura docent,quod
temere tentãt. Et quia Christi verba sunt sole clariora,vnde nihil esse potest quod obscuret sen-
tentiam ecclesiæ. Quum itaq; videritis arcam fœderis, cõsurgite, quia ibi vere non tutistice,nõ
sophistice,nõ figuratiue,non significatiue est dñs. Sed est vere sicuti est,vnde & nos sumus,eri-
musq; cum eo perpetuo,si vere ac recte crediderimus, Amen.

SERMO XI.

Quum videritis arcã fœderis domini dei vestri &c. vt supra, sermone. I.

ARGVMENTVM. E

De omnipotentia Christi pro sacramento altaris aduersus Gethæos.



1. Reg. 5. NTellexistis charissimi,vt Philistijm,id est,ore cõtusi ac Azotij,id est incendiarij, ac illorum sectatores actæ seditionis rusticanæ primi au-
ctores,non rectè posuerint arcam iuxta Dagon. Ecce ad hæc sa-
cra tradit historia,q; quum viderent illi Philistæi duram manum sup
eos,& super Dagon deum eo;. Congregauerunt omnes satrapas
Philistino;,& dixerunt: Quid faciemus de arca dei Israel,respondẽ
runt Gethei,de ciuitate Geth. Circumducatur arca dei Israel. Illis au-
tem circumducentibus fiebat manus dñi dei per singulas ciuitates in-
terfectionis magnæ nimis, & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis, à
paruo vsq; ad maiorem, & computrescebant prominentes extales
eorum. Inieruntq; Gethæi consilium,& fecerunt sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo arcam dñi,
in Acharon. 1. Regum. 5. Videtis ne hic apud Gethæos non esse locum arcæ dñi? Gethæi vero
sunt oppressores,qui potentiã & oĩpotẽtiã Chri opprimere non verent,ita ratiocinãtes: Chs
ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram patris, inde venturus est iudicare viuos & mortuos.
Qđ si(inquiũt) Chs in cœlo est,& inde vẽturus ẽ,nõ ergo poterit esse,vel in sacrario,vel in ma
nu sacerdotis. Et vt suas fimbrias extẽdãt amplius,dicũt,propterea mortẽ dñi annũtiãdã in hoc
sacramento docuit Paulus,docet veniat. Et id angeli de cœlo,sic ad Apostolos respondisse le- F
1. Cor. 11. Acto. 1. ganturt Viri Galilæi, quid aspicitis in cœlum, hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum,sic
Lucæ, 21 veniet,quemadmodũ vidistis eum euntẽ in cœlum. Quæ si vera sunt(inquiũt)non ergo veniet
aut redit Christus,nisi quãdo iudicaturus est viuos & mortuos,veniẽs in nubibus cœli. Aduer-
sus hos Gethæos hoc responso breui dimicandũ erit,verum esse, vt in forma visibili,ita frequẽ-
ter apud nos non esse velit. Sed sub inuisibili forma ac sacramento sæpius sit nos inuisurus vi-
setq; perpetuo. Nempe hoc est,q; in vltimo suo vale dixit Apostolis: Ecce ego vobiscum sum
oĩbus diebus vsq; ad consummationẽ seculi, Matthæi vltimo. Hoc aũt non aliter intelligi po-
test,q̃ vt sit nobiscũ ille per grãm suã & sacramentũ. Sed & Paulus. 1. Cor. 15. & Actorum. 9. ac
22. manifeste declarat,etiã post ascensionem Chri, apparuisse Chm in terris. Quũ eñ Paulus
spirans minarum & cædis in discipulos accepisset literas, vt si quos inueniisset viros ac mulieres
huius vitæ,vinctos perduceret in Hierlm. Et quum iter faceret,cõtigit vt appropinquaret Da-
masco,& subito circumfulsit eum lux de cœlo,& cadens in terrã,audiuit vocem dicentem sibi:
Saule,Saule,quid me persequeris? Qui dixit,q̃s es tu dñe? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu perse
queris. Du; est tibi cõtra stimulũ calcitrare,& tremẽs ac stupens dixit: Dñe quid me vis facere?
& dñs ad eum: Surge & ingredere ciuitatẽ,& ibi dicet tibi,q̃d te oporteat facere. Quis hic non
videt fuisse cum Paulo dñm? Nam interroganti Paulo: Dñe,q̃s es? Ego sum Iesus(ait)quem tu
Acto. 22. persequeris. Et hoc idẽ Apl'us recitãdo,melius declarat,ca. 22. vbi se interrogasse recensẽt, quis
es dñe? & ille dixit: Ego sum Iesus Nazarenus,quẽ tu persequeris. Et q̃ mecũ erãt,lumen equi-
dem viderunt,vocem autem nõ audierunt eius,qui loquebatur mecum. Quid faciam domine?

Dixit au

A Dixit autem dñs ad me: Surgens vade in Damascum, & ibi tibi dicetur de oñibus quæ te oporteat facere. Et quum non viderē præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus veni Damascum, & sequitur: Factū est reuertenti mihi in Hierl'm & oranti in templo, fieri me in stupore mentis & videre illum dicentē mihi, festina, & exi velociter de Hierl'm, qm̄ non recipient testimoniū tuum de me. Et ego dixi: Dñe, ipsi sciunt, quia ego eram concludens in carcerē, & cedens per synagogas eos qui credebāt in te, & cum funderet sanguis Stephani testis tui, ego astabā & consentiebā, & custodiebā vestimenta interficientiū illum. Et dixit ad me: Vade, qm̄ ego in nationes longe mittā te. Quis erit tam ferrei pectoris, qui non credat vere hic ad Paulū fuisse loquutū dñm? Quin ipse Ananias Paulum conueniēs, sic ait: Saule frater? Dñs Iesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas. En (ait) qui apparuit tibi. Sed & Barnabas apprehensum illum, duxit ad Apostolos, & narrauit illis, qūo in via vidisset dñm, & quia loquutus est ei. Itez hic habes testimonio Barnabæ, quod Paulus in via viderit dñm. Et. 1. Corꝛ. 15. Sic Paulus ait: Tradidi em̄ vobis in primis, quod & accepi, qm̄ Chr̄us mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas, & quia sepultus est, & resurrexit tertia die. Deinde visus est Cæphæ ac postea vndecim. Postremo, visus est plus q̄ quingentis fratribus simul, ex quibus multi manēt vsq; adhuc. Quidam aūt dormierunt. Deinceps visus est Iacobo, tandē Apostolis. Nouissime aūt oīm tanq̄ abortiuo visus est & mihi. Ego em̄ minimus sum Apostolorꝛ, qui nō sum dignus vocari Apostolus, qm̄ persequutus sum ecclesiam dei. Hæc aūt eo tempore facta fuerunt, quo iam legitur ascendisse Chr̄m in cœlum, ac sedere ad dexterā patris. Nam illa post ascensionē, imo lapidationē Stephani facta fuisse scriptura probat. Non ergo contra scripturā est, vno eodemq; tē
B pore Chr̄m sedere ad dexteram patris, & esse in terris. Probant hoc & confirmant illius aliquot miracula, quæ & ab ipso facta fuere cum esset in terris. Nam ex cœtu Iudæorꝛ, hunc apprehendere volentiū, Lucæ. 4. Per medium illorꝛ ibat. Sic em̄ legitur: Surrexerūt & eiecerunt illū extra ciuitatem, & duxerunt illum vsq; ad supercilium montis, super quem ciuitas illorꝛ erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorꝛ ibat. Sic tulerunt lapides, Iohan. 8
vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo Iudæorum. Atq; illud ipsum
repetendum est, quod vno eodemq; resurrectionis die in varijs locis fuerit dñs. Matthæus nar Matth. 28.
rat mulieribus digressis à monumento, vt renuntiarent discipulis, quod vidissent Chr̄m occur
risse. Scribit, & dixisse: Auete, Illas præterea accessisse pedesq; tenuisse & adorasse eum. Marcus Marc. 16
Dñm Iesum, quum mane resurrexisset, apparuisse primū scribit Mariæ Magdalenæ, de qua eie
cerit septem dæmonia. Quod item aliquanto clarius Iohānes depingit his verbis: Maria stabat Iohan. 20
ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit sese in monumentum, & vidit duos angelos amictos albis, sedentes, vnum ad caput, alterum ad pedes, illic vbi posuerunt corpus Iesu. Dicunt illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Sustulerunt dominum meum, nec scio vbi posuerunt eum. Hæc quum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, nec sciebat, quod Iesus esset. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans, quod hortulanus (aduerte tu hic aliam formam) dominus esset. *Dicit ei: Domine, si tu asportasti eum, dicito mihi vbi posueris eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria*, Conuersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, &c. Eodem isto die, vt idem Iohannes testatur, quum vespera esset, venit Iesus clausis ianuis, & stetit in medio eorum, ac osten
C dit manus & latus suum. Vnde discipuli gauisi sunt, viso domino. Lucas illo ipso die scribit Lucæ. 24
Christum, vt peregrinum apparuisse duobus discipulis euntibus in Emaus, quod aberat spatio stadiorꝛ sexaginta ab Hierosolymis, pulchre commemorans, vt eis panem fregerit, & eorum Iohan. 20.
oculis apertis ipsi cognouerint dominum, vt denique ipse euanuerit à conspectu eorum. Iam Lucæ. 24.
vero nemo (vt opinor) non videt dominum eodem die, quum vespera esset illis in Emaus profectis panem fregisse. Et, vt ex Iohannis Euangelio comprobauimus: Hierosolymis suis apparuisse discipulis, quibus manus & latus suum ostendit, quin & flauit in eos, tribuens eis potestatem ligandi, & soluendi, remittendi, & retinendi peccata. Hisce omnibus non obstantibus, mulieres (teste Luca) ab angelis responsum accipiunt. Quem quæritis viuentem cum mortuis? Hic considera viuentem cum mortuis. Insuper eodem die dominus apparuit Petro. Mox em̄ reuersis illis duobus Hierosolymam, discipuli annuntiant dominum vere surrexisse, & apparuisse Symoni. Porro, quomodo hæc omnia facta, & quomodo possibilia sint, quod vno tempore, eodemq; die Christus tot in locis apparuerit, & vere fuerit, non aliter inquiremus, nec certificabimur, quàm per fidem. Quapropter ne hoc quidem mirum, si omnipotens ille filius dei, è sua omnipotentia hoc potest ac facit, vt si vno eodemqúe tempore in cœlo & in terra, etiam in diuersis locis. Quum itaque videritis arcam fœderis domini dei vestri, non vos retardent Azotij, cultores Dagon, sed consurgite, & ipse in vltima resurrectione recipiet vos in æterna tabernacula, Amen.

IOHAN. FABRI EPISCOPI VIENNEN.

SERMO XII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri &c̄. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De indigne tractantibus arcam atque Euchariſtiam.



Bunde(ni fallor)ſatis iam expoſitū eſt dilectiſſimi, vt Philiſtæi, Azotij, Gethæi, & hoc genus alij complures arcā domini indigne tractauerint. Nam ſcriptura tradit, qua, & quàm multiplici plaga ꝓcuſſi fuerint, qui talia perpetrarūt. Et ecce. 1. Reg. 5. ſic legitur: Aggrauata eſt manus dñi ſuper Azotios, & demolitus eſt eos, & percuſſit in ſecretiori parte natium Azotum, & fines eius, & ebullierūt villæ & agri in medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magna in ciuitate. Quum vero circumduceret arca in ciuitates alias, fiebat manus dñi dei, per ſingulas ciuitates interfectionis magnæ nimis, & percutiebat viros vniuſcuiuſq; vrbis, à paruo vſq; ad maiorē & computreſcebāt prominētes extales eoꝝ, fiebat itaq; pauor mortis in ſingulis vrbibus & grauiſſima valde manus dñi dei. Viri quoq; qui mortui non fuerāt, percutiebant in ſecretiori parte natium, & aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſq; ciuitatis in cœlum. Percuſſit etiā, vt eſt. 1. Regū. 6. dñs de viris, eo ꝙ vidiſſent arcam dñi, & percuſſit de populo ſeptuaginta viros & quinquaginta millia plebis. Luxit q; populus, eo quod dñs percuſſiſſet plebem plaga magna. Hęc aūt in figura contingebāt illis, dicit Apoſtolus. Et circa hoc ſacramētum cōtinuo ſe offert figura idonea. Nā hac de re ſcribens D. Apl's Paulus, tria dicit: Quicunq; ederit panē hūc, aut biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis & ſanguinis dñi. Et iterꝝ: Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui em̄ manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, nō diiudicās, aut ſecundm Ambroſium, nō diſcernens corpus dñi. Poſtremo, ideo multi in vobis imbecilles & infirmi, & dormiūt multi. Quis hic nō videt, niſi cæcus ſit, vt ex omni parte ſigna rñdeat, vt Philiſtæi indigni tractatores arcæ, in qua manna fuit, ęgrotatiōe & morte ꝓcuſſi ſunt. Ita etiā indigne Euchariſtiā ſumētes percutimur, & pœnā luunt à dño. Aegrotāt in ſcriptura nonnulli, quia tentant à dño. Sic de Iob, manifeſte ſcriptura docet, poſteaq; perdiderat oues, camelos, boues, aſinas, filios & filias, Iob. 1. Nec dixiſſet aliud, q̄ dñs dedit, dñs abſtulit, ſicut dño plcuit, ita factum eſt, ſit nomen dñi benedictum. Ecce ſic tentatur à domino, vt etiā ꝓcūteret vlcere peſſimo, à planta pedis vſque ad verticem eius, Iob. 2. Tobias autem ex tribu Nephthalim, ex nido hirundinum cadente calido ſtercore ſuper oculos eius, quando dormierat, excęcatus eſt, Tobiæ. 2. Quouſq; mirabili vnctione de felle piſcis obliniti ſunt oculi, ita vt viſum reciperet. Sic tentatus Ezechias rex, Eſaiæ. 38. Aegrotauit vſq; ad mortem, quouſq; fletu, oꝛone q; promeruiſſet auctarium vitę quindecim annos. Aegrotāt etiam nonnulli ex intemperātia vitæ id quod etiam bonis accidere poteſt. Sic. 1. Timoth. 5. ægrotanti Timotheo Paulus ita ſcripſit: Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum & frequentes tuas infirmitates. Aegrotant etiā alij ex eo, quod exacta ætate iam periodū vitæ præ foribus adeſſe ſentiūt. Sic ægrotat Iacob, Geñ. 48. Collegit q; pedes ſuos, ſuper lectulum & obijt, appoſitus q; eſt ad populū ſuū. Sic Ioſeph expletis centū, & decē annis ęgrotare cœpit, & mortuus eſt, condi tus q; aromatibus, repoſitus in loculo, quod factum legit in Aegypto. Sic ægrotant multi pleni dierum, quin ægrotāt ac dormiūt multi propter pctā. Sic ægrotat Aſa rex, quod pepigiſſet fœdus cum Benadab rege Syrię, qui habitabat in Damaſco. Idcirco ægrotauit anno triceſimono no regni ſui dolore pedū vehemētiſſimo, & nec in infirmitate ſua quæſiuit dñm, ſed magis quū arti medicorum confiſus eſſet, moritur. Sic morit Achab rex. 3. Reg. 22. quod Nabuth Ieſrahelitam propter vineam palatio ſuo proximam occidi fecerat. Et hic circa hoc ſacramētum Euchariſtiæ nihil potuiſſet à Paulo dici expreſſius, q̄ quod hi, qui indigne ſumunt, hanc pœnam ſubituri ſunt, vt multi ſint infirmi dormiant q; .i. moriantur multi. Nam ſcriptura eos q mortui ſunt frequenter dormire dicit. Sic aliquando de regibus Iuda & Hieruſalem ſcriptura dicit, ꝙ dormierint cū patribus. 3. Reg. 2. Quēadmodum Dauid & Hieroboam. 3. Reg. 14. Roboam. 3. Reg. 15. Abia. 4. Regū. 24. Ioachim &c. Sic ad Epheſios. 5. Surge qui dormis, exurge à mortuis. Sic ad Theſſalonicēſes Paulus iterꝝ ſcribit: Nolo vos ignorare frēs de dormientibus, vt nō contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus, quod Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, non præuenimus eos, qui dormierunt, quoniam ipſe dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tu-

1. Corꝝ. 10
1. Corꝝ. 11
Gene. 49
3. Regū. 15.
2. Paral. 14.
1. Corꝝ. 11.
1. Theſſ. 4.

A & in tuba dei descendet de cœlo,& mortui,qui in Christo sunt,resurgent primi. Et propterea Christus dicit,primitiæ dormiẽtium.1.Corꝝ.15.Sic diues cũ dormierit,non sumet oĩa secũ,nec descẽdet,cũ eo gloria eius,Rursus Danie.12.Qui dormierint in puluere,euigilabũt.Et qui cum pietate dormitionẽ recipiunt,optimã habent repositã grãm.2.Machabæo.12. Hic ergo dormiunt, qui cum Philistæis & Bethsamitis infinibus Israel indigne Eucharistiæ sacramẽtum vident,tractãt,& accipiũt.Hoc eñ modo habeẽ de Osa,quod indigne & temere tãgebat,& apprehẽderat arcẽ dñi,propterea repente à dño percussus,mortuus est. 2.Regũ.6. Tu ergo posthac define mirari,quid in causa sit,ꝙ inter Germanos gladius ac pestis tot adolescentes,fortissimosꝙ viros absumpserint.Nam in promptu causa est, quod indigne tractamus Eucharistiæ sacramentum.Berẽgariꝰ damnatã hæresim renouãtes.Idcirco mors venit, quẽadmodum Bethsamitibus euenisse,sacra regum,vel Samuelis docet historia.Nec vltra mirabere,si famem patiaris.Nã & 1.Reg.6 hoc Azotijs euenit indigne tractãtibus arcam domini, quòd mures,villas & agros eorꝝ inaudito & inexpectato modo deuastarũt.Et hæ(inquàm)sunt plagæ,quę propter peccata veniũt, & dicuntur quatuor iudicia pessima,fames,gladius,bestiæ malæ,& pestilentia,Ezech.14.Quæ quidem oñia propterea mittunt,quòd indignè tractatur arca domini.Vides itaque vt sese duo Cherubin,id est, duo testamẽta sese versis vultibus mutuo intueãtur, vt plaga, quę de arca dei per figurã gesta fuit,nunc etiã in Eucharistia locum habeat.Peccauimus itaqꝫ,proin clamemus ad dñm,quis scit,si conuertat,& ignoscat deus,& relinquat post se benedictionem,cuius virtute & gratia regnum adipiscamur æternum,Amen.

SERMO XIII.

B Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De sacerdotio, & ritu sacerdotali.



Ostea quàm multa de arca domini,hoc est de sacrosancto eucharistię sacramẽto docuimus,& ipse Iosue commemoret vt sacerdotes stirpis Leuiticæ portẽt arcã,visum est nobis conuenire accommodatissimẽ vt nõnihil de sacerdotio doceamus.Inuenio itaqꝫ ad triplicem ætatẽ seu triplicem legem,triplex eẽ sacerdotium. Est eñ lex quæ dã naturæ,quę locum habuit anteq̃ veniret Moyses,& Aaron sacerdos magnus frater ille Moysi.Sub hac lege naturę,& si digito dei tabulę nõdum scriptæ essent,attamẽ hæc lex,non sine sacerdotio fuit.Sic enim Genesis.14.legitur, Melchisedech rex Salem proferens panem & vinum.Erat eñ sacerdos dei altissimi,benedixitꝙ ei, & ait:Benedictus Abrahã deo excelso,qui creauit cœlum & terrã.Meminit huius Melchisedech scriptura,Psalmo.109.Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech.Et ad Hebræ.7.Melchisedech rex Salẽ sacerdos dei summi &c.Sub hoc sacerdotio,etiã erat cultus diuinus.Nã Ge.4. C Abel pastor ouiũ obtulit de primogenitis gregis sui,& adipibus eorꝝ,& respexit dñs ad Abel, & ad munera eius.Sic Enos dignus erat,ꝙ cœpit inuocare nomẽ dñi.Sic Enoch Gene.5.Ambulauit cum deo & nõ apparuit,ꝙa tulit eum dñs.Sic post diluuium,Noe ædificauit altare dño, Gene.8 & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis,obtulit holocausta sup altare,odoratusꝙ est dñs odorẽ suauitatis.Sic Abrahã in Bethel.i.domo dei ædificauit altare dño,& inuocauit nomen eius.Sic idem Abrahã decimas dedit Melchisedech ex oñibus, Genesis.14.Eadem religione circumcidit oñe masculinũ Abrahã. Ex hac religiõe Geñ.22.sic iubẽte dño,idem Abra Gene.17 hã ædificauit altare,& desup ligna cõposuit,alligauitꝙ Isaac filiũ suũ,& sup struem lignorꝝ posuit sup altare volens immolare filiũ suũ primogenitũ. Hac item religione motus Abrahã,sepulturam emit vxori mortuæ Sarę in spelunca, quæ respiciebat Mambre. Ge.33.Et hoc est quod Gene.36.dñs ad Isaac sic ait:Dabo posteris tuis vniuersas regiones has,& benedicẽtur in semine tuo oñes gentes terræ,eo quod obedierit Abrahã voci meæ,& custodierit præcepta,& mãdata mea,& cęrimonias legesꝙ seruauerit.Ecce qd hic scriptura dicat,nẽpè Abraham seruasse præcepta,quę Hebræi Hok dicunt,& mãdata, alioqui Hacog,& leges quas ipsi Thora dicunt, seruauerit.Hæc tamen oñia facta fuerunt, antequàm scripta fuit lex.Hoc religionis cultu sub lege naturæ,Isaac in Bersabee ædificauit altare domino. Et ille idem Isaac benedictionem dedit Gene.38 Iacob.Is quoqꝫ Iacob,vt vidit scalam in somnis stãtem sup terrã,& cacumẽ illius tãgens cęlum angelos quoqꝫ dei ascendentes,& descẽdentes per eam,ait:Vere est dñs in loco isto,& ego nesciebam, addens: Quàm terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus dei,& porta cœli.

Surgens

Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleũ deſuper, appellauitq; nomẽ vrbis Bethel, quę prius vocabat Luza, & votum vouit domino. Vides itaq; vt ſacerdotiũ, vt altare, vt oblatio, ac reliquiæ religiõis partes multæ fuerint. etiã ante legem datã Moyſi: & nõ ſolum ſub Abrahã, imò & apud Aegyptios in magna veneratione ſacerdotium erat. Nam tpe Ioſeph, cum in Aegypto fames magna eſſet, venderetur q; regi Aegyptioꝝ terra Aegypti tota, à nouiſſimis terminis Aegypti vſq; ad extremos fines eius, ſola terra ſacerdotũ fuit libera, q; à rege his tradita fuit, quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis eiſdem prebebãtur. Et idcirco nõ ſunt compulſi vẽdere poſſeſſiones ſuas. Sacerdotalis eñ terra à vẽditõe libera fuit. Geñ. 47. Nõ ergo noua res ẽ ſacerdotiũ, ſed ẽ antiqſſima ſacra religio. Eſt pręterea ſacerdotium aliud in ſcripturis, quod datum eſt à deo ſub Moyſe. Hoc vero mãdatum eſt Aaron, & filijs eius, de quo Exo. 28. Applica ad te Aaron (inquit dñs) frẽm tuũ, cũ filijs ſuis de medio filioꝝ Iſrael, vt ſacerdotio fungat mihi Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar, facies q; veſtem ſanctã Aaron fratri tuo, in gloriã & decorem & loqueris cunctis ſapiẽtibus corde, quos repleui ſpũ prudentiæ, vt faciãt veſtes Aaron fratri in gloriã & decorem, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. Hæc aũt erunt veſtimenta, quę facient. Rationale & ſuperhumerale, tunicã & lineam ſtrictã, Cidarim & Baltheum, faciẽt fratri tuo Aaron, & filijs eius veſtimenta ſancta, vt ſacerdotio fungant mihi. Accipiẽtq; aurum, & Hyacinthum, & purpuram. Coccum q; bis tinctum, & byſſum. Ecce vt ſacro amictu veteris legis ſacerdos magnus condecoratus fuerit. Quid q; ille in fronte portauit laminã ſacrã de auro puriſſimo, Exo. 39. Extende re q; ſolebat ille manum ad populum, & benedixit. Leuitic. 9. Licebat illi ſanctuarium ingredi, ſed non omni tpe. Leuit. 16. Præcipuum q; illius miniſterium erat circa tabernaculum, arcã, propitiatorium, & ſancta ſanctoꝝ. Circa hoc ſacerdotium illud legit: Quãdo Nadab & Abiu, filij Aaron, impoſuerũt ignẽ alienũ, ecce egreſſus eſt ignis à dño, q; deuorauit eos, & mortui ſunt coram dño. Chore vero, Dathan, & Abyron cũ aduerſus hoc ſacerdotiũ inſurgerẽt, miracula magna facta fuerũt. Nempe terra dehiſcẽs, eos viuos abſorbuit, & ſepulti ſunt in infernum. Voluit eñ dñs vt coram arca, ſup qua ſedit dñs, optimo ordine ac ſanctimonia, religioſiſſime fierẽt & agerent oĩa, nec vnquã paſſus eſt vt turbaret aut confunderet ordo tabernaculi. Procul dubio vt ab vmbra & figura diſceret ipſa veritas, quãta veneratione debeat tractari Euchariſtia, quæ in nulla re alia melius figurã accepit, q; in manna, quod erat in vrna aurea. Vos ergo videntes ſacerdotes viaticũ & ſacrariũ, in quo panis eſt vitæ portãtes, cõſurgite & ſequimini, nec retrocedite, neq; litigate, cũ obmurmurãtibus Capharnaitis, & dñs cibabit vos pane angeloꝝ, cuius faciem videre ac conſpicere cum angelis deſiderare debetis. Hæc eſt eñ vita æterna (ait ſaluator noſter) vt cognoſcãt te ſolum deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chſm. Hanc vitam & hanc requiem æternam donet nobis is, qui panis eſt vitæ, Amen.

Iohan. 17

SERMO XIIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri &c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De ſacerdotio nouæ legis ſacratiſſimo ac perpetuo.



Atis ſuperq; declaratũ eſt hodierno antemeridiano ſermone duplex eſſe & legi in ſcriptura ſacerdotium, ſecũdum ordinẽ quippe Melchiſedech, & iuxta ritum Aaron. Impræſentiaꝝ vero operæ pretium nobis viſum eſt, vt in hoc ſermone videamus, num & in euãgelij lege, nouum ſacerdotium aliquod ſit, & habeat. Deinde num ſacerdotibus ex euãgelij ſcripturis aliqua poteſtas data ſit. Tertio vero loco diſcutiamus, quę & quãta circa arcã dñi ſacerdotibus cõceſſa ſint. Vt itaq; primam partem plene poſſimus abſoluere. Primo loco nobis occurrit, Apoſtolorum & diſcipulorum in certo numero, certa vocatio. Pulchra res, & mirũ in modum delectabilis vocatio eſt, ſi ad Apoſtolorum in euangelio, vocationem diligenter ac intenta mente intenderis. Nimirum, vt Petrus, vt Andreas, vt Iohannes, vt Iacobus, vt alij vocati fuerint, & Apoſtoli dici meruerint, & quòd nõ niſi duodecim extiterint in modum duodecim filiorum Iſrael. Hi ſunt duodecim fontes aquaꝝ in Helim, Exo. 15. & Nume. 35. fontes quidem ſaluatoris, de quibus Eſaiæ. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Hi ſunt illi ſeniores ſuper duodecim ſedes ſedentes, qui iudicabunt duodecim tribus Iſrahel. Hi ſunt duodecim leunculi, de quibus tertij Regum decimo capitulo: Quomodo ſteterint ſuper ſex gradus hinc atque inde ſuper thronum Salomonis.

Matth. 4
Marc. 1.
Iohan. 1.
Lucæ. 6
Matth. 10
Gene. 35.
Matth. 19.

Hi ſunt

A Hi sunt illi duodecim boues, super quos mare æneum impositum fuerat .2. Paral.4. Hi sunt illi duodecim lapides positi in medium Iordanis, Iosue.4. Quæ qdem figurę omnes, duodecim repræsentant Apostolos, quoꝝ euãgelista Matthæus, noĩa, decimo capite describit, dicẽs: Duodecim Apostoloꝝ nomina sunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus & Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius. Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simon Chananæus, & Iudas Ischariotes, q & tradidit eum. Hi sunt illi Apostoli, ad duodecim signa Zodiaca, ad duodecim menses anni, ad duodecim horas diei, Iohan.12. illos misit, in oẽm terrã dñs, & dedit illis virtutẽ, Lucæ.9. Et postestatem super oĩa dæmonia, vt languores curarent, dæmonia eijcerent, & sanarent infirmos. Misit autem illos, Marc.6. Propterea nominauit illos Aplos, quasi missos, & hos spiritali sensu inuenies vsqueadeo abundantes extitisse, vt etiã duodecim cophinos fragmentoꝝ leuauerint. Isti quidem Apostoli inter sacerdotes dei primatum tenẽt in ecclesia. Sic eñ ad Ephe.4. Paulus ait: Ipse dedit quosdam quidem Aplos, quosdã aũt prophetas, alios vero euangelistas, alios autẽ pastores & doctores. Et .1. Coꝝ.12. quosdam posuit deus in ecclesia, primo Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. Vides itaq; hic, vt primũ locum in ecclesia dei Apostoli habeãt. Vocantur enim plerunq; discipuli Christi. Sed & post hæc signauit dominus alios septuaginta duos, & misit illos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo ipse erat venturus, Lucæ.12. & his sic ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Quis hic nõ animaduertit Apostolos in ecclesia dei primatũ habere? Ita enim ascendenti in altum & captiuam secum ducenti captiuitatem, placuit vt dona daret ho-

B minibus. Quæ dona verẽ primo loco data sunt Apostolis, & primitiuæ ecclesiæ Apostolicis viris, vt essent illi ministri Christi, & dispensatores ministerioꝝ Chri, quòd sicut in choris angelorũ certi sunt ordines, vbi alter altero superior est, ita & in ecclesia, quæ corpus est Christi, cuius membra multa sunt, & licet non habeãt eundem actum. 1. Coꝝ.12. tamen ita ordinatum est, vt alteꝝ altero membro nobilius existat, Ita. 1. Timo.5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. His obedire mãdauit Paulus, dicens: Obedite præpositis vestris, ad Hebræos vltimo. Et propterea Paulus post se reliquit, dicens Tito: Propterea reliqui te Cretæ vt constitueres per singulas ciuitates presbyteros. Et Acto.14. sic legit: Quum constituissent per singulas ecclesias presbyteros, & orassent &c. Et temporibus Pauli, etiam inter Ethnicos, quando vixerunt Apostoli, tãta excellentia eminebat ordo presbyterij, vt noluerit Paulus passim ab oĩbus, & coram quouis tribunali iudicari presbyterũ. Sic eñ Timotheo præcepit: Aduersus presbyterum accusationem ne accipias, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Vt autem in euãgelio sint episcopi, manifestum est ex ijs, quæ de eõ scribit ad Timotheum & Titum Paulus. Et Actoꝝ vicesimo: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spũs sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. Habes itaq; per apostolatum institutum esse sacerdotium. Quanta vero fuerit sacerdotij in lege Moysi authoritas, plus semel, & in multis locis veteris testamenti scriptura probat. Inter cætera nempe sic legitur: Si difficile apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudi-

C cem intra portas tuas videris verba variare, surge & ascende in locum, quem elegerit dominus deus tuus. Veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præsunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neq; ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusq; populus quum audierit, timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Hæc potestas & authoritas sacerdotalis figura fuit, vt sicut filij Aaron iudicare poterant inter lepram & non lepram, causam & non causam, ita & in nouo testamento sacerdos potestatem accepit, ligandi soluendiq;, cum Petro & discipulis eius, Matth.16. & .18. etiam dimittendi & retinendi peccata. Propterea honorabile sacerdotium est, quod nullo pacto temere violare vel spernere licet. Id quod probant historiæ multæ. Nam vbi Samuel sperneretur à Iudæis, audire meruit, non te spreuerunt, sed me. Et dominus in euangelio: Qui audit (inquit) vos, me audit, & eum qui me misit. Et qui reijcit vos, me reijcit. Qui me reijcit, reijcit eum q me misit. Et cum leprosum mũdasset, vade (inquit) & demonstra te sacerdoti. Et quũ postea tempore passionis alapã accepisset à seruo sacerdotis, eiq; per calumniã obijceret, sic respondes Pontifici? Aduersus pontificẽ dñs cõtumeliose nihil dixit, nec quicquã de sacerdotis honore detraxit, sed innocentiam suam magis asserens, & ostendens: Si male (inquit) loquutus sum, exprobra de malo, si autem bene, quid me cędis? Item, in Actibus Apostolorum, beato Paulo quum dictum esset: Sic insimulas in sacerdotem dei maledicendo? Quàmuis domino iam crucifixo, sacrilegi, & impij cruentiq; illi non pepercissent, nec iam quicq; de sacerdotali honore, & authoritate retinerent, iam eñ ex morte Christi per translationem legis, erat etiam translatum sacerdotium.

Tamen

Lucæ.6 Lucæ.9 Iohan.6

Lucæ.10

Psalm.147

1. Coꝝ.4. Romañ.13

Titum.1

1. Timot.5

Deuter.17.

1. Regũ.2. Lucæ.10

Matth.8.

Iohan.18

Acto.23

Tamen ipsum sacerdotem, quàmuis inane nomen, & vmbram quãdam sacerdotis dũtaxat haberet hoc reuerẽtissimo verbo defendit. Nesciebam (inquit) fratres, qa pontifex est. Scriptũ est enim: Principi plebis tuæ ne maledicas. Quũ hæc tãta ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotis authoritas & potestas, diuina dignatione firmat, quales putas esse eos, q̃ sacerdotũ acerrimi, implacabiles ac perpetui osores ac exitiosissimi hostes, etiam cõtra ecclesiã catholicam rebelles, nec præmonẽtis qdem dñi commination e, nec futuri iudicij vltione terrentur? Et hoc odium quot monstra malorum pepererit semper, nõ ignorãt hi, q̃ vel vnam vel alteram præteritorũ tempor̃ legerunt historiam, quãdo ex Cypriano Carthaginensi epõ ac martyre, verissimũ est, q̃ neq; aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata quàm inde, ꝺd sacerdoti dei, nõ obtemperat. Et reuera quàmdiu apud inclytam Germaniã, sacerdotes dei suos honores habuerũt, ex desertis locis facta sunt habitacula hoĩm, auctiq; sumus omnes honoribus, possessionibus pulchris, victorijs, ac rebus omnibus. Nunc vero vbi hæreses Capharnaitarum Anabaptistarum ac aliorum insanq; multorum (prohdolor) contra episcopor̃ & sacerdotum catholicorum mandata, per apostatas monachos præualuerũt, ecce per oĩa loca turbatio sequuta est. Quid quod in vna seditiõe rusticorum ferè centum millia viror̃ ceciderũt, & inde dissentientibus Germanis, Turcarum tyrãnus Germanos inuadere ausus est, id quod alioqui cogitare non audebat. Vos itaq; sacerdotibus & arcæ dei, suos honores impendite, ac illos audite, & dabit vobis dominus mercedem suam, Amen. D

SERMO XV. E

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De altari, holocausto, incenso, tabernaculo, thymiamate, thuribulo, &c̃. iuxta arcam.



Marc. 1

Matth. 11 Lucæ. 16 Iohan. 1.

Matth. 3 Marc. 1.

Matth. 3, Iohan. 1 Lucę 1

Ractantibus nobis dilectissimi fratres functionem sacerdotalem, quę iuxta arcam fœderis erat in ipso tempore nobis occurrit Iohãnis Baptistæ præcursoris dñi festiuitas. Quantus ille fuerit, os Chri te statur, q̃ inter natos mulierum maior eo non surrexit. Non erat arundo vento agitata, plus erat q̃ propheta. Nam plerũq; prophetæ post aliquot secula prędixere futurum Chr̃m. Sed is Baptista erat angelus ante faciem eius, Malachię. 3. Alij ventur̃ prædixere Christum, Hic vero digito iuxta Iordanem hunc venisse monstrauit. Erat ille Heliam sanctimonia vitę excellens, qui de pilis camelorum vestitus erat. Zonã pelliceã habuit circa lumbos, Locustas dumtaxat, & mel syluestre edebat, vinum vero & siceram non bibit. Primus ille sub euangelio prædicauit pœnitẽtiam, vox eñ erat in deserto clamantis. Non erat ille missus ab homine, sed ab ipso deo, Iohãnis primo. Is est qui digito monstrauit Christum, & manibus palpauit, quando illum baptizauerat in Iordane. Hic primus fuisse legitur, qui nondum natus exultauit in vtero quàm primũ audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, Lucæ primo: Hic talis ac tantus est, vt mirabili modo nomen inditum acceperit, Iohannes est enim nomen eius, ab Io & hanna, id est, gratia dei, quod vocaretur propheta altissimi præcedens añ faciẽ dei parare vias eius. Intellexistis itaq;, qs, qualis ac quãtus fuerit & sit is, cui⁹ festũ hodie p totũ terrar̃ orbẽ celebrat. Sed audite nũc ex qbus parẽtibus, quo ordine suę natiuitatis ortũ acceperit. Fuit in diebus Herodis regis Iudæ (inqt Lucas) sacerdos qdam noĩe Zacharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomẽ eius Elisabeth. Erãt aũt iusti ambo ante deũ, incedẽtes in oĩbus mãdatis & iustificatiõibus dñi sine quęrela. Et nõ erat illis filius, eo q̃ esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factũ est aũt cũ sacerdotio fungeret Zacharias in ordine vicis suę ante deũ, scdm cõsuetudinẽ sacerdotij, sorte exijt, vt incensum poneret, ingressus in templũ dñi, & oĩs multitudo populi, erat orãs foris, hora incẽsi. Apparuit ei aũt angelus dñi, stãs à dextris altaris incẽsi, & Zacharias turbatus est vidẽs, & timor irruit super eũ. Ait aũt ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, qm̃ exaudita est depcatio tua & vxor tua. Elisabeth pariet tibi filiũ, & vocabis nomẽ eius Iohannẽ, & erit gaudiũ tibi & exultatio & multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enim magnus corã dño, & vinũ atq; siceram nõ bibet, & spũ scto replebit adhuc ex vtero mris suæ, & multos filior̃ Israel cõuertet ad dñm deũ ipsor̃, & ipe precedet añ illũ in spũ & virtute Heliæ, vt conuertat corda pr̃m in filios & incredulos ad prudẽtiã iustor̃ parare dño plebẽ perfectã. Et dixit Zacharias ad angelũ. vnde hoc sciã? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis, & rñdẽs angelus dixit ei F

Ego

A Ego sum Gabriel qui asto ante deum, & missus sum loqui ad te hæc tibi euangelizare, & ec
ce eris tacens, & non poteris loqui vsq; in diem quo hæc fiant, pro eo q; non credidisti ÿbis
meis, quæ implebunt in tẽpore suo: & erat plebs expectans Zachariam, & mirabãtur quod
tardaret ipse in tẽplo. Egressus aũt non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quod visionẽ
vidisset in templo. Ex hoc Euangelij loco manifestũ est Zachariam sacerdotẽ fuisse de stir-
pe Aaron, sed quod fuerit de vice Abia, sic accipiendũ est. Quod quũ Aaron q̃tuor haberet
filios, Nadab, Abiu, Eleazar, & Ithamar, mortuiq; essent Nadab & Abiu ante patrẽ suũ absq; Exo. 26.
liberis, sacerdotioq; functus esset Eleazar & Ithamar, Dauid diuisit de filijs Eleazari & Itha- 1. Parali.
mar, sic vt quũ multo plures essent filij Eleazar q̃ Ithamar, tunc filijs Eleazar diuisit princi- 24.
pes per familias sedecim. Filijs autem Ithamar, per familias & domus suas octo, & fortibus
deputati fuerũt, vt essent principes sanctuarij, & principes domus dei. Erantq; viginti qua-
tuor ordines aut vices, & in octaua sorte erat Abia, in nona vero Iesus nõ sine mysterio. Za-
charias autẽ erat de vice Abia, hunc ordo tetigerat, vt iuxta legem & consuetudinẽ poneret
incẽsum. Nam tabernaculũ fœderis duplicẽ ædem habuisse manifestũ est. Prima fuit in qua Origines
altare holocaustoꝝ est, q̃d perpetuis ignibus excitatur, in qua æde solis licet assistere sacer- sup Leui-
dotibus, & sacrificiorũ ritus, ac ministeria celebrare, imo neq; Leuitis, neq; alicui vnq̃ præte- ticũ Ho-
rea patet accessus. Secũda vero ædes interior est, solo ab hac discreta velamine. Intra q̃d ve- melia no
lamen archa testamẽti & propiciatoriũ. Sup quod Cherubin duo statuta sunt, & altare incẽ- na.
B si collocatũ est. In hanc ædem semel in anno primus quicunq; erat Põtifex oblatis prius ho- Leuit. 16.
stijs ꝓpiciatorijs, ingrediebatur, habẽs vtramq; manũ repletam, vnã batillo carbonum, & Exo. 26.
aliã cõpositionis incẽso, vt quum fuisset ingressus, stati suppositio incẽso carbonibus, fumus
ascenderet, totamq; ædem impleret, vt a spectũ sanctorũ, quẽ ingressus Põtifex reuelauerat,
nubes velaret incẽsi. Iuxta hunc ritũ Zacharias ille sacerdos incẽsum posuit, & apparuit illi
Gabriel angelus, q astat ante deũ. Fuerũt & sunt hæc omnia futuroꝝ figura, vt ad altare sum
mi dei, qui Christus est, in Eucharistiæ sacramẽto, & nos incẽsum ponere studeamus. Spiri-
tale vero incẽsum huic recte ponemus, quãdo primo loco didicerimus, quid incẽso turibu-
lo primũ imponere oporteat, Turibulo itaq; primo carbones ardẽtes de altari debẽt impo-
ni. De hoc altari sic scriptũ est Leui. sexto: Ignis in altari semp ardebit, quẽ nutriet sacerdos, Leuit. 6.
& Exo. tricesimo, Pones altare cõtra velũ testimonij, q̃d ante archã pendet testimonij, coram Exo. 30.
ꝓpiciatorio quo tegitur testimoniũ, vbi loquar tibi, & adolebit incẽsum sup Aarõ suaue fra
grans. Mane quãdo cõponet lucernas incendet illud, & quãdo collocat eas ad vesperũ vret
Thimiama sempiternũ corã domino in generationes vestras, non offeretis sup eo thimia-
ma cõpositionis alterius, nec oblationẽ & victimã, nec libabitis, & depræcabit Aaron sup cor
nua eius semel per annũ in sanguine, q̃d oblatũ est pro pctõ, & placabit sup eo in generatio-
nibus vestris, sanctũ sanctoꝝ erit dño. Ad hoc autẽ incensum, q̃d thimiama septuaginta vo-
C carũt, non oĩa pertinebãt aromata, sed ita p̃cepit dominus: Sume tibi aromata, stacten, & Exo. 30.
onychã, galbanũ boni odoris, & thus lucidissimũ, æqualis põderis erunt oĩa, faciesq; thi-
miama cõpositũ opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissi-
mum. Cum in tenuissimũ puluerẽ vniuersa cõtuderis, pones ex eo corã tabernaculo testimo
nij, in q̃ loco apparebo tibi, sanctũ sctõrum erit thimiama. Talẽ compositionẽ non facietis
in vsus vestros, q̃a sanctum est dño. Homo quicũq; fecerit simile vt odore illius pfruat, peri-
bit de populis suis. Intelligenda sunt hæc sensu spiritus, ita vt quisq; ad archã dñi, hoc est sa-
crosanctũ Eucharistiæ mysteriũ accedere velit, necesse habeat ad altare cordis ignẽ fouere di
uinum. Templum dñi esse hominẽ plus semel Paulus Corinthios docuit. In hoc tẽplo cor 1. Cor. 3.
hominis altare est, inde exeunt cogitatiões, Matthæi decimoquinto. Et sup hoc altare semp & 6.
ignis ardere debet: ignis quidẽ diuinæ charitatis, iste est ignis de quo dñs ait: Ignẽ veni mitte- 2. Cor. 6.
re in terrã, & q̃d volo nisi vt ardeat? ignẽ. s. charitatis erga deũ & proximũ. Iste est ignis ardẽ Matt. 15.
tis rubi, nec cõsumẽtis ad montẽ dei Oreb. De hoc Exodi vigesimoquarto, erat species glorię Lucæ. 12.
dei, q̃si ignis ardens, de hoc Deut. q̃rto: Deus tuus ignis cõsumens est, Et iste est ignis, quo ra- Exo. 24.
ptus est Helias. Ad illius similitudinẽ Act. secũdo, apparuerũt dispititę linguę tanq̃ ignis. Iste Deute. 4.
ignis in altari cordis ppetuo nutriri debet, vt nunq̃ extinguat. Ad id duo discipuli pficiscẽtes 4. Reg. 2.
in Emaus inter se dixisse leguntˇ, Nonne cor nostrũ erat ardẽs, quũ aperiret nobis scripturas? Lucę. 24
nempe carbones illi fiunt igniti eloqo diuino, de q̃ Dauid: Ignitũ eloquiũ tuũ. Et iterũ, Con Psal. 118.
caluit cor meũ intra me, & in meditatiõe mea exardescet ignis. Is aũt ignis sup vno altari ec- Psal. 38.
clesiæ cum catholicis, nõ super diuersis altaribus hæreticoꝝ debet incendi, nec alienus quasi
à Nadab & Abiu, sed à sacerdote nutritus esse debet. Quanq̃ non satis fuerit ignẽ accendisse Leui. 10.

charitatis, necesse est, vt thymiama fiat, ex aromatibus optimis, comminutis & contritis. Nisi enim cõtritio cordis in te incẽsum suauissimi odoris existat, nũq̃ poterit recte offerri. De hoc incẽso Dauid ita ait: Cor contritũ & humiliatũ deus non despicies. Et alibi: Ad quẽ respiciam, nisi ad corde cõtritum? Balsamũ equidẽ quærit dñs, non qualecũq̃, sed lucidũ, vt opera nostra lucẽ non fugiãt. Stacten vero reqrit bene colatã & defecatã, vt munda sint ẏba nostra. Galbanũ itidẽ poscit à nobis, cuius natura est, vti vehementia odoris sui serpẽtes noxios fugat, ita vt nihil nobis cũ serpente illo callido, diabolo inq̃, cõmune sit. Exigit onichen, q̃ veluti scuto obtegat̃ anima, scuto q̃dem fidei, quo oñia iacula maligni ignita restinguantur. Hijs oñibus thura cõmisceri debent, vt sit odor suauissimus dño sacerdotalis. Si thuribulo imposita fuerint ad altare. i. mensam dñi. (Nam Malachiæ primo, mẽsa pro altari accipitur) Tunc tuto poteris accedere, orabisq̃ & dices: Dirigat̃ ad te dñe oratio mea, sicut incẽsum in cõspectu tuo. Tale thimiama odoris optimi, obtulit in cruce latro, dicẽs: Memẽto mei, dum veneris in regnũ tuum. Publicanus q̃q̃ orans in tẽplo, qui non audebat leuare oculos suos, sed manu pectus tundẽs, ait: Deus ꝓpicius esto mihi pc̃ori. Mulier quoq̃ in ciuitate peccatrix, tale thimiama obtulit in domo leprosi. Centurio etiã tale quid fecisse legit, ingenue agnoscens se nõ esse dignũ, vt illius domũ subintraret dñs. Ipse deniq̃ Zachẽus princeps publicanoꝝ ita fecisse legitur, & nos q̃ iuxta ritum catholicũ ad mensam dñi quãdoq̃ accedim⁹, humiliter cũ Centurione dicimus: Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectũ meum. Et nihilominus cũ Zachẽo dñm in domum nostram venientẽ, & subintrare dignantẽ cum gaudio suscipere debem⁹. Habetis itaq̃ quo ordine sit prẽciosum hoc thimiama, & deo acceptissimũ cum Zacharia sacerdote dñi parandũ, & q̃d ad solos sacerdotes legis ve teris ptinuerit intra sancta sc̃ōrum ad archã fœderis incensum ponere, ex cuius cõdignæ administrationis merito vitam meremur æternam, Amen.

Exo.37. Pſal. 50. Eſai. 66. Epheſi.6 Pſal.140. Lucæ.23. Lucæ.18. Lucæ.7. Matth.8. Lucę. 19 Exod.25. Exo. 39. 3.Reg.7. 1.Cor.10. 1.Cor.11. Sapien.3. Prou.17. 1.Petri.1.

¶SERMO DECIMVSSEXTVS.

Quum uideritis Archam fœderis Domini Dei uestri, &c, ut supra.

¶ARGVMENTVM.

De uasis Oraculi & Cerẽmonijs iuxta archam & Eucharistiam.

AVditum est hodie dilectissimi fratres, prætiosum hoc thimiama quod offertur dño, quo pacto possit ac debeat parari, vt sit acceptũ & gratum domino. Nũc vero restat vt audiuimus, q̃le debeat esse thuribulũ, intra q̃d sanctum hoc thimiama ponendũ sit. Manifestũ est thuribula tabernaculi & tẽpli fuisse ex auro purissimo intus & foris, sicut pleraq̃ oñia de auro fuerũt quęcunq̃ in tẽplo erãt. Sic archa vestita fuit auro purissimo intus & foris, sic ꝓpitiatorium de auro, sic Cherubin de auro purissimo, sic mẽsa circũdat̃ auro mũdissimo, sic candelabrũ ductile de auro mundissimo, sic sperulę, cyphi & lilia de auro, similit̃ & emunctoria, & vasa, in quæ reponebant̃ emũcta, de auro mundissimo. Et Exod. vigesimoqnto, & si archa de lignis sethim & quę septuaginta ξύλα ἄλυπτα. i. ligna incorrupta verterũt, facta sit, erat tamẽ deaurata auro mundissimo intus & foris. Sic vestes & circuli, & alia quæq̃ vt tintinabula Exodi tricesimonono, & cætera fuere de auro purissimo. Quin & sub Salomone, qui domũ ędificauit dño, candelabrũ, mortariola, thuribula, & oñia vasa tẽpli de auro fuere mũdissimo. Oraculum in medio domus auro purissimo fuit opertum. Domus similit̃ ante oraculũ operta fuit auro purissimo. Affixitq̃ laminas clauis aureis, & nihil erat in tẽplo quod nõ auro tegeretur. Hæc aũt omnia cõtigisse videnť illis in figurat, este apostolo Paulo, vt qui sancta sanctoꝝ ad archã domini accedere cogitauerũt, in stat̃ auri mundi & puri esse debeãt. Id quod Paulus ipse manifeste docet & dicit: Probet seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Probatur aũt aurum igne Prou. decimoseptimo. Sic & homo aduersitatibus ꝓbatur, vnde Sapiẽ. tertio. Tanq̃ aurũ in fornace probauit electos dñs. Sed & prim. Petri primo: Probatio vestrę fidei multo preciosior sit auro, quod per ignem ꝓbatur. Aurum inter metalla oñia preciosissimũ & nobilissimũ est. Sic & fides primum locũ habet, sine qua impossibile est placere deo. Quod extra illam est, peccatum est. Et accedentẽ ad archam fœderis ac deum, oportet credere. Sed nõ oportet credere cum hæreticis, imo cum ipsis catholicis. Habẽt hæretici nõ vnum sed multa altaria. Habent & hæretici nõ vnum, sed multa thuribula, cum Chore Dathan & Abyron, sed nõ ex auro, quin potius ex cupro. Habẽt & hæretici nõ vnum sed plurimos & alienos ignes cum Nadab & Abiu. Danturq̃ in sensum reprobũ, ac cum Iosia rege audent contra ordinẽ sacerdotalẽ & contrariũ tabernaculi thuribilũ illis minime cõueniens in manũ sumere ac thurificare incẽsum. Sed

A sum. Sed pius Christifidelis vnam mensam domini, hoc est vnum altare, vnum & eundem ignē, atq; vnum & idē thuribulū aureū, in vnitate fidei, & in vna ecclesia catholica agnoscit, & nō accipit alienū, nempe Berengarij, Lutheri, Caroloſtadij, Zuinglij, Oecolampadij, & aliorum hæreticorꝫ carbones extinctos ignēq; mortuū, sed de altari dñi, ignē sumptū imponit. Thuribulū itaq; aureū de auro purissimo seruiēs ad archā fœderis, aliaq; vasa oīa de auro purissimo testimonio sunt, vt qsquis mensam dñi accedere, & sup ea cœnā dominicā agere p̄sumpserit ac petat, mūdus esse debet à pctis, ac exacte ꝓbatus in camino ignis pinde vt aurum. Huius puritatis & mūditię multę sunt in veteri testamēto figuræ. Nā sacerdotū veteris legis nullus ad sctā ausus est introire, nisi qui sese mūdasset aq̄ de vase aut labro ęneo, q̄d erat intra altare holocausti & sctā sanctorꝫ. Illi em̄ ante ingressum lauabāt manus & pedes, deniq; sacerdos qui vel leꝓsum aut mortuū tetigit, sctā sanctorꝫ subintrare nō audebat. Hinc toties in lege scriptū est, & in ꝓphetis: Mundi & sancti estote, qm̄ & ego sctūs sum. Et quum essent in mensa ꝓpositiōis panes duodecim, vnde & nomē acceperūt vt etiā in sequentibus audituri estis, nec essent laici sed sacerdotales, ideo nō licuit illis vti, nisi his qui mundi fuerūt. Exodi etiā decimonono, Præcipiebat populo vt ad descēsum dñi sup montē sese sanctificarēt, lauarentq; vestimēta, & essent parati in diē tertium, id q̄ mysterio non caruit, nempe vt quum recte & syncere credāt catholici, ad ꝟba diuina descēdere Christum, ꝓpterea mundi & bene loti esse debēt, hij qui se participes mensæ dñi facere velint. Et hoc est q̄ proculdubio

B nō sine grandi mysterio Iohānis decimotertio innuit, Quādo Christus à cœna surrexit, & posuit vestimēta sua, misitq; aquā in peluim, & lauit pedes discipulorꝫ, hoc toto desiderio anhelans, vt essent mundi oīes. Ea propt̄ ait: vos mūdi estis, sed non oīes. Sciebat em̄ quisnā esset, qui traderet eum, ꝓpterea dixit, nō estis mundi oīes. In hunc quidē immūdum Iudam Iscariothē illico post buccellā panis acceptā introiuit Sathanas. Nā ille etsi lotus à Christo fuerit, nō tamē sese mundauit. Porro nemo negare potest, Deum esse, qui mundū faciat aurū, & qui mundet à peccatis hominē, sed & necesse est vt etiā aliqs emundare studeat semetipsum. Sic em̄ secun. Timo. secundo, dicit apostolus. In domo magna nō solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea ac fictilia, & quædā quidem in honorē, quædam aūt in cōtumeliā. Si qs ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorē sanctificatū & vtile, ad omne opus bonum paratum, ex qua authoritate id quod lōga disputatione ex eodē Paulo ad Rom. nono, valde dubium & obscurū erat, certissimū & limpidissimū fit. Quippe interrogauerat em̄ apostolus, Nunqd figmētum dicere poterit ei: qui se finxit, q̄d me fecisti sic? An nō habet potestatē figulus luti, ex eadem massa facere aliud vas in honorē, aliud vero in cōtumeliā. Qua scriptura nōnulli sunt ausi affirmare oīa ex absoluta euenire necessitate. Sed iam illis deesse nihil poterit, si prædestinatiōis gratiā & liberum arbitriū recte conferre voluerint. Est em̄

C deus ille sanctus, qui cor mundū creat. Vnde Psal. quinq̄gesimo: Cor mundū crea in me deus & spiritū rectū innouā in visceribus meis. Et Psal. decimoctauo: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. Et ab alienis parce seruo tuo. Si mei nō fuerint dñati, tunc immaculatus ero, & mundabor à delicto maximo. Sed & sicut manus manum fricat, ac altera alterā lauat, ambæq; lauant faciē, Ita adiutorio & gratia dei lauat̄ & mundatur hō, sese tamen accepta gratia lauare & mundare iubetur. Sic Iohānis nono cæco dicit̄: Laua in natatoria Siloē. Sic Esaiæ primo, Lauamini & mundi estote. Sic quarto Reg. q̄nto, lauare septies in Iordane dicebat̄ Naaman Syro. Lauat itaq; nos Christus à pctis nostris, Apoca. primo. Postea nihilominus ad hæc Apoc. septimo, de his qui amicti stolis albis erāt, & de tribulatiōe magna euaserāt legitur, quod lauerint stolas, & dealbauerint illas in sanguine agni. Et hij vere beati sunt, Apoc. vigesimosecundo, qui lauāt stolas suas in sanguine agni, vt sit potestas eorꝫ in ligno vitę, & ꝑ portas intrent in ciuitatē. Vides ergo hic q̄ verum sit, quod prim. Iohānis primo, scriptum extitit: Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab oī peccato, & vt necesse sit, ꝓbare nosmetipsos num mundi aut immundi simus? Nā sic spiritus ꝓpheticus interrogat atq; respōdet, Psal. vigesimotertio: Quis ascendet in montē domini, aut qs stabit in loco sctō eius? Innocēs manibus & mundo corde, Qui nō accepit in vano animā suā, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à dño, & misericordiā à deo salutari suo. Hæc est gēneratio q̄rentium eum, q̄rentium faciē dei Iacob. Et antea ꝓpheta regius spiritu dei agitatus interrogat: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut qs requiescet in mōte sancto tuo? Qui ingredit̄ sine macula & operatur iusticiā. Qui loquitur veritatē in corde suo, qui nō egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium nō accepit aduersus proximos suos, ad nihilum deductus est in cōspectu eius malignī. Timētes au-

Iohā. 13.

Rom. 9.

2. Tim. 2.

Psal. 50.

Iohā. 9. Esaiæ. 1. 4. Reg. 5.

Apoc. 1.

Apo. 22.

1. Iohā. 1.

Psal. 23.

Psal. 14.

tem dominum glorificat. Qui iurat proximo suo & non decipit. Qui pecuniam suam non D
dedit ad vsurã, & munera sup innocẽtes nõ accepit. Qui facit hęc, nõ cõmouebit inęternum.
1.Tim.2. Et hoc est q̃d Paulus eos laudat, qui leuãt puros manus ad dñm, prim. Tim. ij. Et qui inuo-
2Tim.2. cãt deum de corde puro, ij. Tim. ij. Hi habẽt Zidarim mundã sup caput Zach. iij. Et incen-
Zahc. 3. dũt oleum de oliuis. Leu. xxiiij. De oliuis aũt puriſſimis Zach. xxiiij. Et sunt lõge dissimiles
Leuit.24 ab hypocritis, q̃ foris dealbare cõsueuerũt sepulchra, intus vero plena sunt serpẽtib⁹. Sed qui
Zach.24. thuribulũ de auro puriſſimo recte sumũt in manus, & ad altare dei cordę quidẽ mũdo purũ
Matth.5. incẽsum offerũt, hñ pculdubio beati erũt. Sic em̃ Christus, qui vita nr̃a, ac æterna erit, Matt.
quinto, ad montẽ p̃dicans, ingenue promisit: Beati mũdo corde, q̃m ipsi deum videbũt. Ad
quam beatitudinẽ nos perducere dignetur is per quem, & in quo sunt omnia, ipsi honor &
gloria in secula seculorum, Amen.

¶SERMO DECIMVSSEPTIMVS.

Quum uideritis Archam fœderis Domini Dei uestri, &c. ut supra.

¶ARGVMENTVM.

De propiciatorio legis & propitiatione Domini nostri Iesu Christi.

DIximus nonnulla superiori sermone, quæ circa archam fieri consueuerunt, re-
stat vt reliqua declarem⁹ mysteria inter quę hoc primũ occurrit, q̃ dñs Moy-
si prȩcepit, vt ꝓpiciatoriũ faceret, q̃d septuaginta ἱλαστήριον, Hebręi vero Caphres
Exo.25. vocãt. Exod. xxv. de mũdissimo auro, habẽs duos cubitos, & dimidiũ in lõgi E
Exo.26. tudine, & cubitũ semissem in latitudine. Iussitq; Exo. xxvi. hoc ꝓpiciatoriũ po-
Exo. 37 ni sup archã dñi in sctã sctõr. Et ita factũ est hoc ꝓpiciatorium iuxta id quod
Exo. 25. scriptum est Exod. xxxvij. Supra hoc ꝓpiciatorium sedit dñs. Sic em̃ Exo. xxv, ait dñs: Inde
prȩcipiã & loquar ad te supra ꝓpitiatorium, ac de medio duor̃ Cherubin, q̃ erunt sup archã
Hebr. 9. testimonij, cũcta quę mãdabo p̃ te filijs Israeli. De hoc ꝓpiciatorio, Paulus ad Hebręos. ix, sic
scribit: Post velamẽtum erat secundum tabernaculum, q̃d dicit sctã sctõr, aureum habens
thuribulum & archã testamenti circumtectã oñi ex parte auro, in q̃ vrna aurea erat habẽs
mãna & ῥ̃gã Aaron, quę frõduerat, & tabulas testamẽti sup quę erãt Cherubin glorię obum
brantia ꝓpiciatorium. Habet autẽ ꝓpiciatorij nomẽ, q̃d ad iracundiã ꝓuocato dño, qui ora-
bãt, ꝓpiciationẽ obtinere meruerunt. Sic posteaq̃ peccauit ppls in vitulo aureo, tabernacu-
Exo. 37. lum ingressus est Moyses, & maximã dei misericordiã obtinuit. Est hęc res magnæ cõsolati-
onis mysterium, Nã hoc figurabat, q̃d in testamẽto nouo Chr̃s futur⁹ eẽt ꝓpiciatio nr̃a. De
Iohã.1.ca hac re lões in prima sua Canonica ca. ij. sic scribit: Filioli mei, hęc scribo vobis vt nõ peccetis,
no. ca.2. Sed si qs peccauerit, aduocatum habem⁹ apud patrẽ Iesum Christum iustum, & ipse est ꝓpitia-
1.Ioh.4. atio pro pctis nr̃is, nõ pro nr̃is autẽ tm̃, sed p̃ totius mũdi. prim. Iohã. iiij: In hoc est charitas,
nõ q̃si nos dilexerim⁹ deum, sed q̃m ipse prior dilexit nos, & misit filium suum ꝓpiciationẽ p̃
Rom .3. pctis nr̃is. De hac re Paul⁹ ad Rom. iij. sic ait: Oñes peccauerũt, & egẽt gl̃ia dei iustificati gra- F
tis, p̃ gratiã ipsius p̃ redẽptionẽ, quę est in Christo Iesu, quẽ ꝓposuit deus ꝓpiciatorẽ p̃ fidẽ in
sanguĩe ipsius, ad ostẽsionẽ iustitię suę ꝓpr̃ remissionẽ p̃cedẽtium delictor̃, in sustẽtationẽ dei
ad ostensionẽ iustitię eius in hoc tẽpore, vt sit ipse iust⁹ & iustificãs eum, q̃ ex fide &c̃. Propi-
Matt 26. ciationẽ itaq; pctõr ex Chr̃i sanguĩe cõsequuti sum⁹. Nã ipse ingenue circa calicẽ ait: q̃ hic
sit calix q̃ effundet in remissionẽ pctõr. Sed hęc ꝓpiciatio nõ ea parte accipiẽda est, qua nr̃or̃
tẽpor̃ hęretici sic colligere solẽt. Si Christus aduocat⁹ est nr̃, si redẽptio nr̃a,
1.Co.15. q̃d ergo quęrim⁹ & exigimus opera bona? Ipse em̃ mortuus est pro pctis nr̃is. Seipsum dedit
Galat. 1. pro pctis nr̃is. Humiliauit se vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Vn⁹ deus, vn⁹ mediator dei ac
Philip.1. hoĩm, hõ Christ⁹ Iesus, q̃ dedit redẽptionẽ semetipsum p̃ nobis. Ergo subinferunt, Nõ est ne-
1.Tim.2. cesse aliq̃d aliud à nobis fieri: sed nõ sic impij nõ sic. Cæci sunt ac duces cæcor̃, nesciẽtes q̃d,
& de q̃ dicãt. Suntq; reuera maledictiõis filij, derelinquẽtes viã rectã, errantesq; sequunt viã
2.Petr.2. Balã ex Bosar. Nã & si Christ⁹ pro nobis passus sit, docuit tñ Petrus, Chr̃o in carne passo, &
1Petri.2. vos eadẽ cogitatiõe armamini. prim. Petri ij. Atq; ille itex sic docuit: Christus passus est pro
Titũ .2. nobis, vobis relinquẽs exẽplum, vt seq̃mini vestigia eius. Paul⁹ autẽ ad Titum, ij. De ea re sic
scribit: Apparuit em̃ gratia dei & saluatoris nr̃i oñibus hõibus erudiẽs nos, vt abnegantes
impietatem, & secularia desideria, sobrie, iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectãtes beatã
spem & aduentum glorię magni dei, & saluatoris nr̃i Iesu Chr̃i, q̃ dedit semetipsum p̃ nobis,
vt nos redimeret ab oñi iniqtate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bo-
2Tim.3. nor̃ operũ. Hęc loquere & exhortare, & argue cum oñi imperio. Et ij. ad Tim. iij: Si mortui
sumus, cõuiuemus, si sustinemus, & cõregnabimus. Et sequit, si qs se emundauerit, erit vas in

honorem

A honorem, sanctificatum domino. ad Coll. primo: Adimpleo ea quæ desunt &c̃. Ad Ephesi. v. Christus dil exit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mũdans eã lauacro aquę in ῥbo vitę, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã, nõ habẽtẽ maculã, aut rugã, aut aliqd huiusmõi, sed vt sit sctã & imaculata. Cæterꝝ ad Gal. v. sic ait Apostol⁹: Qui sunt Chri, carnẽ suã crucifixerũt cũ vicijs, & cõcupiscẽtijs. Et iterꝝ ad Gall. simul cũ Chro crucifixi sunt. ij. ad Cor. v. Si vnus ꝓ oĩbus mortuus est, ergo oĩes mortui sunt, & ꝓ oĩbus mortu⁹ est Christus. Et qui viuũt, iã sibi nõ viuũt, sed ei q pro ipsis mortuus est, prim. ad Cor. v. Empti estis precio magno, glorificate & portate deũ in corde & in corpore vro, ij. Cor. vi. Exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patiẽtia, ĩ tribulatiõibus, in necessitatibus, in angustijs, ĩ plagis &c̃. ad. Roma. viij. Deus filiũ suũ mittens in similitudinẽ carnis pcti. Et de pctõ damnauit pctm̃ in carne, vt iustificatio legis ꝑleret in nobis, q nõ secũdũ carnẽ ambulamus, sed secũdũ spm̃. Nã prudẽtia carnis mors est, Sapientia carnis inimica est deo, legi em̃ dei nõ est subiecta nec em̃ potest. Qui carne sunt, deo placere nõ possunt. Ergo frãtres debitores sumus nõ carnis vt secundũ carnẽ viuamus, Si em̃ secundũ carnẽ vixeritis moriemini. Et sequit, Ipse spũs testimoniũ reddit spũi nro, ꝙ sumus filij dei, Si aũt sumus filij dei & hęredes, hęredes quidẽ dei, cohęredes aũt Chri, si tamẽ cõpatimur, vt & cõglorificemur. Et ad Ro. vij. Fratres mei, mortificati estis legi ꝑ corpus Chri, vt sitis alterius, q ex mortuis resurrexit, vt fructificetis deo. Et ad Rom. vi. Quomõ Chrus resurrexit à mortuis ꝑ gloriã pris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Si em̃ cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectiõis erimus, hoc scientes, ga vetus hõ nr̃ simul crucifixus est, vt destruat corpus pcti, vt vltra nõ seruiamus pctõ. Et idẽ Paulus ad Rom. iij. ostẽdit dñm cõciliatorẽ & remissorẽ pctõrꝝ præteritorꝝ, ideoq; iij. cap. ad Rom. Etsi Paulus de Chro affirmet, vt traditus sit ꝓpt̃ delicta nostra, mox tamẽ ad bona opera exercẽda nos hortat, & à malis absterret. Habes itaq; ita Chm̃ sua passiõe recõciliationẽ ꝓmeruisse nobis, vt qa q̃tidie peccamus q̃tidie ꝓpiciatoriũ accedentes clamemus ad dñm, Dimitte nobis debita nostra. Id q̃d Dauid sese fecisse testat, Psal. cxxix. sic dicens: De ꝓfundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocẽ meã. Fiãt aures tuæ intendentes in vocẽ deprecatiõis meę. Si iniqtates obseruaueris dñe, dñe qs sustinebit, qa apud ꝓpiciatio est. Et nos iuxta ritũ catholicũ q̃tidie cõmunib⁹ votis clamamus ad dñm, ad id q̃d Psal. lxxviij. legit, Ne memineris iniqtatũ nrarꝝ antiquarꝝ, cito anticipẽt nos misericordię tuę, qa pauperes factisumus nimis. Adiuua nos deus salutaris nr̃, & ꝓpt̃ gloriã no minis tui dñe libera nos & ꝓpicius esto pctis nris, ꝓpt̃ nomẽ sanctũ tuũ. Propterea post se reliqt semetipm̃ in hoc sacro sctõ Eucharistię mysterio, vt veniã delictorꝝ nrorꝝ cõseqũmur, si ꝓbati cũ deuotiõe Eucharistię nomẽ habet, q̃d ppetuo pro hoc & tanto bñficio cœnę dñicę gras agẽda esse intelligamus, q̃d & bona sit gra. Non em̃ potuisset maiorẽ post se relinquere gratiã, misericors & miserator dñs, q̃ cũ se humiliet ꝓ nobis oĩbus in cibũ spiritualẽ dederit. Vide quanta fit ꝓpiciationis in hoc sacramẽto gra. Est illic panis qdẽ nõ simplex, sed q de cœlo decendit. Est ille panis vitæ. Nam viuus & qsquis digne mãducauerit aut ederit, ille nõ morietur, quẽadmodum patres mãna in deserto mãducãtes, olim mortui sunt, Sed habet is vitã in semetipso, Resuscitabit in nouissimo die, manet in Chro, & Chrus in illo, viuit ꝓpt̃ Christũ, & tandẽ q manducat hũc panẽ viuet inæternũ. Hæc oĩa Iohã. vi. ex ore Christi audita sunt. Quis ergo post hac dubitabit iuxta hãc archã in q̃ mãna est illud supcœleste, Eucharistiæ .s. sacramentũ non esse ꝓpiciatoriũ perpetuũ in multas generatiõess? Iste est vere dies ꝓpiciatiõis de quo Leuit. xxiij. Dies q̃dẽ expiationũ celeberrimus & sanctissimus. Dies ꝓpiciationis, q̃ propiciat nobis dñs deus nr̃. Ista est illa hostia, quæ sacrificantibus nobis sacerdotibus offert, aliquando ꝓ se sacerdote qñ peccauerit, aliqñ pro tota ecclesia, aliqñ pro principe, & sæpe pro vna peccãte aia. Cessent oĩes hostiæ veteris testamenti, sola remaneat hostia Chri. Erat in oĩbus hostijs aliq̃ Chri forma ac imago, hoc notissimũ est, q̃d ad ꝓpiciationẽ vel si malis expiationẽ, oĩes hostiarꝝ ritus & ceremoniæ dirigebant. Sic de sanguine hostiæ septies añ dñm respergere sacerdos cõmemorat, vbi euidẽt sctĩ spũs virtus septẽplicis gręmyste rio designat. Et Cornua altaris sanguine liniunt, id q̃d ad Chri passionẽ q̃tuor Euãgelijs descriptam manifeste refert. Quicqd ergo iuxta archã est & agitur, ꝓpiciationis formã habet. Accedamus itaq; ad oraculum seu propiciatoriũ ad thronum & sedem gratiæ leta & erecta mente orantes, Quis scit si conuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionem: Id quod etiam hodiernum Euangelium de oue perdita, simulq; de drachma manifeste testatur, quod Christus tanq̃ propicius intercessor ac aduocatus velit oĩes saluos fieri. Rogemus deũ vt is qui propiciatio nosta est sit nobis clemens atq; propicius, Amen.

B

C

Collo. 1.
Ephe. 5.
Galat. 5.
2. Cor. 5.
1. Cor. 6.
Rom. 8.
Rom. 7.
Rom. 6.
Rom. 3.
Rom. 4.
Psal. 129
Psal. 78.
Iohãn. 6.
Lucę. 23
Lucę. 16
Iohel. 2.

¶SERMO DECIMVSOCTAVVS. D

Quum uideritis Archam fœderis Domini Dei uestri,&c,ut supra.

¶ARGVMENTVM.

Sacrāmentū altaris ueram esse oblationem, contra multos insensatos ac proteruos hæreticos.

TRactatum est hodierno antemeridiano nostro sermone de ꝓpiciatorio, quod archā dñi dei nostri operuit, in q̄ quidē archa mana fuit inclusum. Et supra q̄d ꝓpiciatoriū dñi erat, qui inde de ꝓpiciatorio locutus est & pręcepta Moysi dedit. Propiciatorij vero nomē eo accepit, q̄d ex oblatiōe sacerdotis ꝓpiciatio secuta est. Sic em̄ scriptū legit: Depcabat Aaron sup cornua eius semel ꝑ annū in sanguine ꝙ oblatū est pro pctō,& placabit sup eo in gnationibus vestris. Leuit. vero. xvi. sic legit: Tollet de sanguine vituli & aspget in die septies cōtra ꝓpciatoriū in orientē. Ad illud idem Leuit. iiij. infert sanguis in tabernaculū testimonij. Et de sacerdote adijcit, q̄d quū intinxerit digitū in sanguinē, aspget eū septies dño cōtra velū sanctuarij, ponetq; de eodē sanguine sup cornua altaris thimiamatis gratissimi dño, q̄d est in tabernaculo testimonij, rogetq; sacerdos pro pctō. Et dimittet peccāti pctm̄, ꝙ vel sciens vel ignorās ꝓpetrauit. Ex hisce scripturarū locis, manifestū est, primo sanguinē veteris testamēti extitisse oblationē, & oblato ac aspso sanguie ỹsus orientē, ad q̄tuor cornua altaris emūdationē esse secutā. Ad hęc attē E
dit apostolus,& doctor gentiū Paulus ad Hebrę. ix, sic dicēs: Lecto em̄ oī mādato legis à Moyse vniuerso populo, accipiēs sanguinē vitulorū & hircorū cū aq̄ & coccynea & hysopo, ipsum q̄q; librū & omnē populū aspsit, dicēs: Hic sanguis testamēti q̄d mādauit ad vos deus. Etiam tabernaculū & oīa vasa mysterij sanguine similit̄ asperſit. Et oīa penē in sanguine secūdū legē mūdant̄,& sine sanguinis effusiōe nō fit remissio. Id q̄d hicse ỹbis Exo. xxiij. descriptū est. Tulit Moyses dimidiā partē sanguinis,& misit in crateras, partē aūt reliquā fudit sup altare, assumēsq; volumē fœderis, legit audiēte populo, q dixerūt: Oīa quę loquut⁹ est deus faciemus,& erimus obediētes. Ille vero sumptū sanguinē respersit in populū & ait: Hic est sanguis fœderis, q̄d pepigit dñs vobiscū cūctis sermonibus his. Fuere hęc oīa noui testamēti lex atq; ritus & ceremonię tandē figura futuri. Sicut em̄ sanguis aspergit̄ hisce ỹbis: Hic est sanguis fœderis. Ita in testamēto nouo etiā ad cōsecrationē calicis ỹba dicūt̄ de sanguine noui ac æterni testamēti. Testamentū ergo sanguine cōstitutū est, q̄a beneficij diuini sanguinis est, in cuius typum nos calicem mysticū sanguinis ad tuitionē corporis & animę nr̄ę, qui sanguis dñi, sanguinē nr̄m redemit, .i. totū hominē saluū fecit. Caro em̄ saluatoris ꝓ salute corporis, Sanguis vero ꝓ aīa nr̄a effusus est, sicuti prius pręfiguratū fuerat à Moyse, sic em̄ ait: Caro pro corpore vr̄o offert. Sanguis vero ꝓ aīa, id eoq; nō māducandū sanguinē. Si igit̄ apud veteres imago fuit veritatis, quę nūc apparuit, & manifestata est in saluatoris aduentu. F
Quomō hæreticis cōtrariū videt̄ vetus nouo cū ipsa sibi inuicē testimonio sint? Caro itaq; pro salute corporis, sanguis vero pro aīa solebat offerri. Hoc in Leuit. hisce ỹbis declaratū est: Anima carnis in sanguine est, & ego dedi illū vobis, vt sup altare meū expietis pro aīabus vr̄is, & sanguis ꝓ animæ piaculo fit. Iccirco dixi filijs Israel, Oīs aīa ex vobis nō comedet sanguinē, nec ex aduenis q peregrinant̄ apud vos. Hocq; p̄ceptū tale ac tm̄ est, vt etiā anteq̄ loqueret Moyses, dictū sit Noë Geñ. ix: Carnē cū sanguie nō comedetis. Et Deu. vij. Offeres oblatiōes tuas carnē & sanguinē, sup altare dñi dei tui. Sanguinē hostiarū fundes in altari, carnibus aūt ipse vesceris. Sed antea in eodē loco sic dixerat: Caue ne saguinē comedas, sanguis enim eorū pro anima est. Et idcirco nō debes animā comedere cum carnibus, sed super terrā fundes q̄si aquā, vt bene sit tibi & filijs tuis, quū feceris q̄d placuerit dño. Sanguine itaq; testamēti facta fuit oblatio,& ꝓpiciatio ꝓ pctīs. Quæres sacrificij & oblatiōis in missa, testamēti noui figura est. Quod aūt sacramentū altaris in testamēto nouo sacrificiū esse ꝓbet, hoc in reliq̄ p̄sentis sermonis parte, ex his quę Paulus doctor gentiū scripsisse legit̄ ꝓbare volumꝰ, omissuri multa quę alioq in pręsentiarū recitare possemus. Et primo loco vobis occurrit apostol⁹ scribēs à Roma de carcere ꝓ Tichicū: Asianis, q fuerūt in Epheso, sic dicēs: Oīes dilexit nos,& tradidit semetipm̄ ꝓ nobis & hostiā deo in odorē suauitatis. Audi q̄d hic dicat Paulus, de oblatiōe & hostia vt græce vocet προσφορὰν καὶ θυσίαν, q̄ docemur Chr̄m semel vt victimā oblatū eē in cruce, ad quā oblatione diuino q̄li mysterio Esaię liij. ꝓpheta scribit: oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionem ducetur,& quasi agnus corā tōdente se obtumescet,& non aperiet os suū. Hiere. vero testimonio deductus est

quasi agnus

Exo. 30. Leu. 16. Nuit. 4. Hebr. 9. Exod. 24 Exo. 24. Ambrosius. 1. Cor. 11. Leuit. 19. Gene. 9. Deut. 12. Epheſi. 5. Esai. 53.

A q̃ agn⁹ ad victimã. Ea propt Ioh. primo, Vox clamãtis in deserto testata est, eum esse agnũ dei, q hac oblatione in ara crucis peccata mũdi sit ablatur⁹, & hac oblatione semel oblat⁹ est. Sed nõ modo θυσία, vez & προσφορα scribit a Paulo. Nã in institutione sacramẽti prosphera fit, hoc est oblatio. Quæ qdẽ oblatio p̃cedit, quãtũ ad institutionẽ ptinet hostiã, quæ visibili modo in mõte Hebrõ. i. mõte Caluariæ, tum in Hierusalẽ & medio terræ facta est. Hãc duplicem oblationẽ in carne quidẽ visibilẽ, & in sacramẽto sub inuisibili modo, iuxta Pauli sententiã, semetipsum dedit oblationẽ & hostiã, oblationẽ quidẽ iugẽ & ppetuã iuxta Dauidẽ, atq; mundã. De q̃ Malac. primo. Sic magn⁹ ille & pphetaz vltimus Malachias ita prædixit: Hec dicit dñs exercituũ. Ab ortu solis vsq; ad occasum magnũ est nomẽ meũ in gẽtib⁹, & in omni loco sacrificat & offert nomini meo oblatio mũda, qa magnũ est nomẽ meũ in gẽtib⁹ dicit dñs exercituũ. Quis hic ergo nõ videt, nisi oculis captus cũ Zodomitis Geñ. xix. nõ fine mysterio Paulũ scripsisse Ephesios, vt Christ⁹ semetipsum tradiderit, p nobis oblationẽ & hostiam, oblationẽ qdẽ in sacramẽto altaris, & hostiã, hoc est victimã in ara crucis: alioq; suffecisset si non duplici modo semetipsum oblationẽ tradidisset, semel dixisse oblationem. Et hæc προσφορα, hoc est oblatio, recte cõuenit cũ figura Melchisedech. θυσία vero. i. hostia cũ agno paschali, de q̃ Exodi. xij. Ite tollẽtes animal. i. agnũ p familias vestras, & mũdate, qd Hebræi schahatu, & septuaginta θύσατε descripserũt. Nã paulo post septuagita dixere θυσίαν. i. victimã esse. Ad qd alludit, id qd Paul⁹ in supradicto loco ad Ephesios de θυσία, hoc est victima scripsit Ephesios. Et hac oblatiõe. i. visibili hostia semel dũtaxat oblatus est Christ⁹. Et ppterea dixit Petr⁹, Chr̃s semel p peccatis nostris mortu⁹ est. Et ad Rom. Paulus. Mortu⁹ est semel. Ad Hebr. ix. Chr̃s semel oblat⁹ est. Quę qdẽ scripturę dũtaxat eo tẽdunt, vt oblatione visibili, Christ⁹ semel oblatus fuerit. Et ad hoc tẽdit, quicqd etiã in aduersum moliãtur Capharnaitę ex tota ad Hebreos epistola. Neq; repugnat ea oblatio, q̃ qtidie fit, visibili primæ oblationi. Nã p̃dicata fuit p Malachiã ab ortu solis vsq; ad occasum oblatio munda, quæ tamẽ alibi, nisi in solo Chr̃o inueniri nõ potest. Ipse enĩ sol⁹ est speculũ & agnus sine macula. De q̃ solo vere scriptũ legit. primę. Pe. ij. qd Chr̃s peccatũ nõ fecerit, nec inuẽtus sit dolus in ore ei⁹. Qui quũ malediceret, nõ maledicebat, quũ pateret nõ minibatur, Nã alias inuenire nõ est, q dicere possit. Mũdũ est cor meũ Prouer. xx. Nã & ante illũ, & in cõspectu eius cœli non sunt mũdi. Iob. xv. nec stellę mũdę sunt. Iob. xxv. Quin ad aliud Pauli fundamẽtũ trãseam⁹. Et ecce nobis opportune occurrit, qd. primo. Cor. ix. legit. Vt posteaq̃ interrogasset Paulus, Nõne Chr̃m Iesum dñm nostrũ vidi? Inter cętera sic ait: Nescitis q̃niã q in sacrario operãt, quę de sacrario sunt, edũt? Et q altari deseruiũt cum altari participãt. Ecce hic altare habes, q̃ & nullo pacto reiecit dñs, q manifestis ỹbis docuit & dixit. Mat. v. Si offers mun⁹ tuũ ad altare, & ibi recordat⁹ fueris, qa frat tuus habet aliqd aduersum te, relinq̃ ibi mun⁹ tuũ. Qd si hic Chr̃s in euãgelio nullũ altare voluit. Dic tu quęso, Berẽgari, & Capharnaita, q̃re de altari p̃ceptũ dederit? Quod si oñia, quę hoc Chr̃i p̃ceptũ p̃cedũt et sequunt, firmit obseruãdã sunt, qd ergo in causa esse potest, qd sol⁹ ille locus a catholicis negligi debeat? Altare itaq; firmatum est doctrina Chr̃i, id autẽ a θυσία, qd est sacrificiũ apd Græcos nomẽ habet: θυσιαστηριον enĩ apud Græcos, Latinis sonat altare. Nulla autẽ est oblatio deo gratior & acceptior, ad qd in euangelio deseruite possim⁹, q̃ hoc altare, q̃ missa celebrat. Nã missa apud Hebræos oblatio vocat, sicut oñes norũt, q in Hebręis literis vel mediocrit docti sunt. Et de hac re text⁹ est. Deu. xvi. Vbi quũ de oblatione spõtanea ỹbũ fit i Hebræo de missah legit. Et eo venit, q̃ & apud nos etiã Germanice ideomate de missa ỹbũ facim⁹, q̃si cõmemorãtes oblationẽ quæ p totã catholicoz ecclesiã, deuotissime celebrat. Iã vero ad p̃conẽ & tubã euãgelij, diuũ nẽpe Paulu. iij. loco redeam⁹. Et inueniem⁹ primo Cor. x. eũ in hęc scripsisse ỹba. Calix benedictionis cui benedicim⁹, nõne cõmunicatio sanguinis Chr̃i est? Et panis quẽ frãgim⁹, nõne participatio corporis dñi est, q̃niã vn⁹ panis, & vnũ corp⁹, multi sum⁹, oñes q de vno pane, & de vno calice participam⁹. Videte Israel secũdũ carnẽ. Nõne qui edũt hostiã participes sunt altaris? Quid ergo: dico qd idolis ĩmolatũ sit aliqd? aut qd idolũ sit aliqd? Sed quę ĩmolãt gẽtes, dæmonijs ĩmolãt & nõ deo. Nolo aũt vos socios fieri dæmonioz. Nõ potestis calicẽ dñi bibere, & calicẽ dæmonioz. Nõ potestis mẽsæ dñi participes esse, & mẽsę dæmonioz. Ecce hic Paulus de veritate & cõmuniõe corporis & sanguinis Chr̃i religiosissime tractat. Et qa oblationẽ gẽtiliũ & idolatraz & Christianoz tractat & cõfert. Nemo ergo nõ poterit inde colligere, vt hac collatione non posuerit oblationem, quæ quotidie fit in mensa domini. Sed audi mysteriũ qd dicã: Hic Paulus de mẽsa dñi, dæmonioz q̃ mensa fortissime disputat. Sed per hãc mẽsam recte altare oblatiõis intelliges, nec absurdũ est in scriptura mẽsam pro altari intelligi, qd tũc intelliges, q̃squis hæc audieris, si ỹba p Malachiã dicta tibi ppoſuero. Sic autẽ

Malac.1 Malach. primo legit: Si pat̃ ego ſum, vbi eſt honor meꝰ? Et ſi dñs ego ſum, vbi eſt timor me D
us? dicit dñs exercituũ ad vos, o ſacerdotes q deſpicitis nomẽ meũ, & dixiſtis: In q̃ deſpeximꝰ
nomẽ tuũ? Offertis ſup altare panẽ pollutum, & dicitis, in q̃ polluimus te? in eo q̃d dicitis mẽ
ſa dñi deſpecta eſt. Si offeratis cęcum ad immolãdũ, nõne malũ eſt? Et ſi offeratis claudũ &
lãguidum, nõne malum eſt? Offer illud duci tuo ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciẽ tuã dicit
dñs exercituũ. Et nunc deꝑcamini vultum dei, vt miſereat veſtri. De manu enim veſtra fa-
ctum eſt hoc ſi q̃ modo ſuſcipiet facies veſtras dicit dñs exercituum. Quis in vobis q claudit
oſtia, & incẽdit altare meũ gratuito? Nõ eſt enim volũtas in vobis dicit dñs exercituũ, & mu
nus nõ ſuſcipiam de manu veſtra, ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum magnũ eſt nomẽ meũ
in gentibus, & in oñi loco ſacrificat̃, & offertur nomini meo oblatio mũda, qa magnum eſt
nomẽ meũ in gentibus, dicit dñs exercituũ, & vos polluiſtis illud in eo q̃d dicitis, menſa dñi
cõtaminata eſt, & q̃d ſup imponit̃ contẽptibile eſt cum igne, qui illud deuorat. Nõ autẽ ap-
ponebat̃ ad mẽſam ꝓpoſitionis deuorãs ignis. Reſtat itaq; vt altare intelligat̃, q̃d ꝓpheta mẽ
ſam vocat. Sufficeret certe hoc triplex ex Paulo teſtimoniũ, ſed & hoc adn̄ciẽdum eſſe puta-
mus, q̃d poſt inſtitutionẽ ſacramẽti, Paulus dixiſſe dñm ait: Hoc facite in meã cõmemoratio
1.Cor.11 nem. Facere autẽ plerunq; in ſcriptura ſacra, ꝓſanctificare et offerre dicit̃. Sic enim in tertio li
Leuiti.23 bro Moyſi legit̃. Et facietis hircum ꝓ peccato. Ezech.xlv. Faciet prĩceps in die illa ꝓ ſe & vni
Ezech.4 uerſo populo t̃ræ vitulũ ꝓ peccato. Et ſeq̃t̃, faciet. vij. vitulos &. vij. arietes &c̃. Et iteꝝ Eze
Ezec.46 ch.xlvi. Agnũ eiuſdẽ ãni immaculatũ faciet holocauſtũ quotidie duo, ſemp mane faciet il-
lud. Et iteꝝ, Faciet agnũ &c̃. Sunt ꝑterea plura exẽpla in libris Regũ, & potiſſime in libro Iu E
Iudic.13 dicũ de angelo qui loq̃bat̃ et apparuit Manue, ca.xiij. Vbi Manue ad angelũ ait: Faciamus ti
bi hœdum de capris, cui reſpõdit angelus: Si me cogis nõ comedã panes tuos, ſi autẽ vis holo
cauſtũ facere, offer illud dño. Taceo q̃d Plautꝰ facere ꝓ ſacrificare ponit. Et Virgilij ẏba hęc
ſunt, Quũ faciã vitulã ꝓ frugibꝰ ipſe venito. Theocritꝰ vero ita ſcribit: Quum facies agnũ,
nymphas veneratus agreſtes. Hæc aũt ita accipi non poſſunt, atq; ſi principi aut ſacerdoti fa-
ciendꝰ ſit aut ꝓcreãdus hircꝰ aliquis, aut vitulꝰ, veꝝ facere ꝓ ſacrificare ita vſurpari Hebreis,
Gręcis & Latinis manifeſtũ eſt. Ideoq; ſaluator nr̃ Ieſus Chriſtus, quũ inſtitueret venerabile
ſacramẽtũ, eodẽ ẏbo vti voluit, q̃d nõ modo ſignificatione referret apoſtolos eoꝝq; ſucceſ-
ſores, diuina vi ẏboꝝ Ieſu Chriſti eiuſmodi facere, veꝝ etiã ſacrificari ſolere. Et id qd Paulꝰ
de ſacrificio docuit, etiã hunc feciſſe comptũ eſt. Nã idem Paulus cũ Barnaba, Lucio Cyrenẽ
ſi, & Manae, dño ſacrificare legunt, Act.xiij. Quod Lucas Græce ſcribens λἰτουργίαν vocat.
Actu.13 Liturgiã aũt Græci id vocãt, q̃d nos miſſam, i. oblationẽ appellare ſolemꝰ. Paulꝰ aũt ac Bar
nabas nullo pacto credunt̃ ſacrificaſſe lunoni, Veneri, Cereri, vel Bacho, ſed dño. Nec recte
poteſt aliud intelligi ſacrificiũ q̃ hoc, ꝙ iuxta archã & ꝓpiciatoriũ ꝓ mortuis & viuis figura-
tũ extitit. Quẽ intellectũ habuere oñes ſancti dei homẽs, qui vineã Chriſti dñi ſabaoth, ſana
doctrina ac ſępe ſuo ſanguine plãtarunt & irrigarũt. Quũ itaq; videritis hãc archã, cõſurgite F
& ſeq̃mini, inde ꝓmerẽtes regnum cœleſte, Amen.

¶SERMO DECIMVSNONVS

Quum uideritis Archam fœderis Domini dei ueſtri. &c.

¶ARGVMENTVM.

De duobus Cherubiñ & urna aurea in qua mãna fuit, aduerſus Neſtorianos & Capharnaitas hæreticos.

Exod.25 POlliciti ſumus ſupiori quodã ſermone nos nõnulla dicturos, de duobus Che-
rubin, q ſupra ꝓpiciatoriũ archę ordinati fuere. De qbus Exo.xxv. ſic ad Moy
ſen loquutus eſt dñs, Facies ꝓpiciatoriũ de auro mũdiſſimo. Duos q̃q; Cheru-
bin aureos & ꝓductiles facies, & ex vtraq; parte oraculi Cherub vnꝰ ſit, in late-
re vno & alt̃ in altero, vtrũq; latus ꝓpiciatorij tegãt, expãdẽtes & operiẽtes oraculũ, reſpici-
antq; ſe mutuo ẏſis vultibꝰ, in ꝓpiciatoriũ q̃ operiẽda eſt archa, ĩ q̃ pones teſtimoniũ q̃d da-
bo tibi. Fecit itaq; Beſeleel hoſce duos cherubĩ de auro ductili, q̃s poſuit ex vtraq; parte ꝓpi-
ciatorij extẽdẽtes alas, & tegẽtes ꝓpiciatoriũ, ſeq; mutuo & illud reſpiciẽtes. Cogitãtibus no
bis hæc duo mirabilia cherubin. Ecce in hoc ſanctorum Petri & Pauli feſtiuitatis die quã
apte duo apoſtoli, Petrus inq̃ & Paulus nobis occurrunt, hi verſis vultibus ſe mutuo ſem
Galata.2 per reſpexerũt. Quippe ſicuti Petro creditum eſt Euãgeliũ circũciſiõis, ſic creditum eſt Paulo
1.Tim.2 Euãgeliũ ꝑputij, ad Ga. ſecũdo. Et ſicut ille Iudęis, ita iſte gẽtibus ꝑdicauit, vñ Paulus doctor
& magiſter gẽtiũ habitus eſt. Sed qa cherubĩ ſciẽtię multitudinẽ ſignificãt, vide vt & illi duo

cherubin

A cherubin sciẽtia dei mirabiliť illustrati fuerit. De Petro enī Mat. decimo sexto, sacra Euãge Matt. 16
lij hystoria ꝓbat, ꝙd ille cognouerit nõ ex carne, neq; ex sanguine, sed reuelãte patre, q in cœ
lis est, Iesum Christũ esse filiũ dei viui. Proinde de hoc hominũ piscatore, hunc in modũ Actor. 2
gimus, ꝙd primo, quẽ ad populũ fecit sermone, circiť tria millia hoim ad fidẽ Christi cõuer
terit. Et itez repletus spiritu sancto alio sermone, tot animas cõuertit ad Christũ, vt iã quiq; Galata. 1
millia cõuersos cõstet. De Paulo vero illud legiť, ꝙd in iudaismo, paťnisq; traditiõibus ꝓfe
cerit supra coẽtaneos suos, cũ esset auditor sub pedib9 Gamalielis. Deinde in cœlũ vsq; terti
um raptus audiuit archana dei, q̃ nõ licet homini loq. secũdę Cor. xij. Is ipse est magnus ille 2. Cor. 12
doctor gẽtium, vas electiõis, q Christi nomẽ portauit in gẽtib9, q Hierarchicũ Areopagitã, 4. Tim. 2
Dionysium Atheniẽsem, multitudine sciẽtię cõuertit ad fidẽ. De ꝙ & ipse Petrus hisce ỹbis te Acto. 17
stimoniũ dedit, chariſſimus frať noſter Paulus, secundũ datã sibi sapiẽtiã scripsit vobis, sicut 2. petri. 3
& in oĩbus epistolis loquẽs in eis, de ijs in qbus sunt quędã difficilia intellectu, q̃ indocti &
instabiles deprauãt, sicut & cęteras scripturas, ad suã ipsoz pditionẽ. De ijs duob9 apostolis,
hoc vere dicere possumus, ꝙ nõ solum ꝑ duo cherubi, sed & ꝑ duas colũnas, quæ fuerunt in 3. Reg. 7
porticu Salomonis, figurati sunt. De qbus colũnis etiã Paulus ad Gal. primo, partim ỹbum Galata. 1
fecit. Isti sunt duæ oliuę, duo quidẽ filij pinguedinis, q assistunt vniuersę ťræ dño. De quibus
& Zacharias ꝓphetauit: Isti duo sunt illa cãdelabra, quę vidit ī visione Iohãnes Apo. xi. Lu Zacha. 4
cet enī eoz lux et pdicatio apud Iudæos et gẽtes. Sed ad cherubin nostros redeam9. Sunt qui Apoc. 11
B ꝑ cherubin duo testaműta intelligãt, ꝙ sese mutuo respiciãt, eo ꝙd semp figura figuratę rei, & Galata. 4
ꝓphetiæ hystorijs, vmbra veritati, ac tenebrę veteris testamẽti luci Euãgelicę respõdeãt. Ob Gene. 29
ꝙd iuxta allegoriã apostoli Agar & Sara, Sina & Syon, duo testamẽta significãt. Lya & lippiẽ Verba
tibus oculis & Rachel, quã Iacob amabat plurimũ, synagogã ecclesiamq; testãť. Vnde & An diui Hie
na pri9 sterilis, vbertate fœcundior est. Hæc duo testamẽta, ꝑ matutinã & serotinã pluuiam, ronymi
qbus irrigať terra. Iohe. ij. figurata sunt. Itẽ ꝑ duo animalia, de qb9 iuxta septuaginta Aba. iij. ad Gerõ
Sed quis nõ videt, vt duo illi cherubī, hoc est vetus & nouum testamẽtum sese cõtinuo respi tiam de
ciãť? Nã si in Euãgelio legeris Mat. primo, ỹginẽ cõcepisse, peperisseq; filiũ, ecce hoc ꝓpheta mono
tum habes Esa. vij. & figuratũ in rubo ardẽti, Quod Messias natus sit in Bethlehẽ. Ecce hoc gamia.
pdicebat ꝓpheta ille Micheas cap. v. Quod fugerit in Aegyptũ, hoc est Oseę. xi. Quod vene Ioheli. 2
rint magi, ac munera obtulerint, hoc a Dauide pdictum erat. Qd' si legas ab Herode occisos Abac. 3
pueros, ecce hoc Hiere. iij. & xxxi. ꝓphetatũ erat. Quod Iohãnes esset vox clamãtis in deser Matth. 5
to, hoc Esaias ca. xl. testať. Et ꝙ idẽ iuxta viã maris trans Iordanẽ Galileæ gẽtium pdicatur9 Esaiæ. 7
esset. Hoc vidit Esaias ꝓpheta ca. nono. Quod esset curaturus morbos, ac varias hoim infir Exodi. 3
mitates, hoc idẽ Esai. liij. pdictum erat. Sed qd dicã? Nõ frustra euãgelistæ & potissimũ ipse Michę. 5
C Matthęus, toties ꝓphetias inducunt, sed & ipse Petrus, ipse etiã Stephan9 plenus fortitudine Osee. 11
& sapiẽtia in suis pdicationibus, qd aliud faciũt q̃ vt Iohelẽ, Psalmistã, Moysen, Amos, Esaiã Psal. 67
& cęteros ꝓphetas, tum ipse Stephanus q̃si p cõpẽdium primos duos libros Moysi, breui ser Hie. 3 &
mone cõprehẽderint? Ita vt p vetus testamẽtum euãgelium Christi corroborarint. Quin ip 31
se Christus Esaiã in manus sumẽs, apto testimonio docuit, sese eum ac talẽ esse, quẽ spũs dñi Esaæ. 40
vnxerit. Prænũciare autẽ volens institutionẽ huius sacramẽti, de q̃ nobis sub typo archę fœ Esaiæ. 9
deris sermo est, ecce vt mãna de cœlo admirabile Iohã. sexto. Capharnaitis se indicaueriť? Esaiæ. 53
Hoc innuẽs, vt ficut in mãna mirabilia fuerint multa, sic & in hoc sacramẽto, ꝙd Christus in Act. 2. &
vltima cœna instituit, vtcũq; desperauerit olim Iudæi dicẽtes. Nũqd poterit deus parare mẽ 3.
sam in deserto? Sed ecce qd fecit deus, q facit mirabilia sol9? Quum in deserto nõ haberẽt fi Luce. 4
lij Israel ꝙd manducarent, murmurarẽtq; dicentes: Vtinã mortui essem9 ꝑ manũ dñi in terra Iohan. 6
Aegypti, quãdo sedebamus sup ollas carniũ, & comedebamus panẽ in saturitate. Ecce pluit
dñs panẽ de cœlo hoc pacto, vt mane ros iaceret p circuitum castroz. Quumq; operuisset su Psal. 77
pficiem ťrę apparuit in solitudine minutũ & q̃si pilo tusum, in similitudinẽ pruinę sup terrã. Psal. 71
Id ꝙd vsq; adeo mirabile fuit, vt quũ vidissent filij Israel dixerunt: Mãhu, ꝙd significat, qd Exo. 16
est hoc? Ignorabãt enim qd esset, qbus ait Moyses: Iste est panis quẽ dedit vobis dñs ad ves Exo. 16
cendum. Sed & alia quoq; huius mãnæ mirabilia nõ negligenda sunt. Collegerunt Israeli
tę ad mensuram Gomor, alius plus, alius minus. Sed ita euenit, vt qui plus iusto collegerat,
non maiorem cumulum, eo qui minus & ad legittimæ mensuræ modum parauerat,
reperiret. Et quis hoc nõ miraret obsecro, ꝙ mãna istud seruatũ vltra diei vnius spaciũ stati
altero die ỹmib9 scatere cœperiť? Solo sabbatho dẽpto: Nam hoc die mãna nõ cecidit. Qua
propť in die sexto colligẽtes cibos duplices, nẽpe ad biduũ sufficientes, ꝑ singulos homines
binos Gomor cõportarũt, id ꝙd ab õni putredine ac ỹmibus integrũ incorruptũq; mansit.

Istud etiã

Iſtud etiã miraculi loco ducẽdũ eſt,excepto ſabbatho reliquis ſex diebꝰ indies cecidiſſe,ita vt D
de populo egrediẽtes vt colligerẽt ſeptimo die, nihil plane reperirẽt:Dederũt Iſraelitę huic
in ſolitudine nomẽ man. Sed hoc mirabile fuit,q̃d vltra biduũ man ſeruari nequit. Ordina-
Exod.16 tione vero & p̃cepto dei,Moyſes dixit ad Aaron ſummũ ſacerdotẽ: Sume vas vnũ & mitte
ibi man,quãtum poteſt capere Gomor,& repone corã dño,ad ſeruandũ in generationes ſe-
quẽtes. Ecce grãde miraculũ,q̃ mãna q̃d alioqui vltra biduum ſeruari nõ poterat,hic ſerua-
tur in vaſe aureo etiã in ſequẽtes generationes, ſicut pręceperat domin⁹ Moyſi, poſueratq;
illud Aarõ in tabernaculũ ad ſeruãdum. Ecce ibi Aaron ſacerdos,nõ alius, mãnæ cõſeruan-
do pręficit. Erat man,q̃ſi ſemẽ coriandri albũ,guſtuſq; eius melli ſimillimꝰ. De q̃ Sapiẽ. deci
Sapiẽ.16 mo ſexto ſic legit:Pro q̃bus angelo⁹ eſca nutriuiſti populũ tuum,& paratum panẽ de cœlo
pręſtitiſti illis,ſine labore, om̃e delectam̃tũ in ſe habentẽ,& omnis ſaporis ſuauitatẽ. Subſtan
tiam enim tuã & dulcedinẽ tuam,quã in filios habes, oſtẽdebas,& deſeruiẽs vniuſcuiuſq; vo
Pſal. 77 luntati,ad q̃d quiſq; volebat,cõuertebat. Et Pſal. ſeptuageſimo ſeptimo:Mãdauit nubib⁹ de
ſuper,& ianuas cœli aperuit,& pluit illis mãna ad mãducandũ, & panẽ cœli dedit eis,panem
angelo⁹ manducauit homo,cibaria miſit eis in abundãtia. Quis nõ dicet hæc extitiſſe ma-
gna mirabilia dei,quę dñs deꝰ ceruicoſis,cerebroſis,ac rebellibꝰ,incredulis,totieſq; remurmu
rantibꝰ Iudæis fecit? Quod ſi populo durę ceruicis etiã vitulũ aureum p̃ deo adorãtibus(q̃s
Exo.32 aliquãdo hiatu terrę,aliquãdo vero igne p̃didit)hæc fecit:nõ mirũ ſi in ſacram̃to altaris, quę
de illo mirabilia prædicant crediderimus,ne nobis illud eueniat, q̃d de Iudæis Pſal. ſeptua-
Pſal.77. geſimo ſeptimo legit:Nõ crediderunt in deo, & male loquuti ſunt de deo. Dixerunt, nunq̃d E
poterit deus parare mẽſam in deſerto? nũquid & panẽ poterit dare,aut parare mẽſam popu
lo ſuo? Ideo audiuit & diſtulit, & ignis accenſꝰ eſt in Iacob,& ira aſcẽdit in Iſrael. Quæ q̃dẽ
mirabilia,magni illius iuxta ac mirabilis, ſuperceleſtis,& diuini panis in ſacramẽto figuræ
fuere. Ita vt ſicut hoc mãna patrum in deſerto nõ per quẽuis,ſed p̃ Aaron ſacerdotẽ reſerua-
tum eſt,ita & in nouo teſtamẽto,nõ licet alteri cõtrectare ſacramentũ hoc,vel conficere, qui
non ſit de ſtirpe Aarõ,vel ſacerdos ſtirpis Leuiticæ,iuxta p̃ceptum Ioſue,aut ſacerdos ſecun
dum ordinẽ Melchiſedech. Ea p̃pter iſtuc ipſum magnũ myſterium eſt,q̃d Aaron ſacerdoti
& nequaq̃ alteri præcipit,vt hoc mãna mirabile in vas coniectũ(q̃d Paulus ad Hebræos vr-
nam aureã extitiſſe teſtat)reponat coram dño. Et ſicut pręcepit dominus, ita repoſuit illud
Aaron corã teſtamẽto in cuſtodiã. Vbi Hebraice legit li pene adonai, nẽpe intra tabernacu-
lum ſupra archã,in qua mãna fuit dei dñi noſtri,quẽ & ſupra p̃piciatoriũ & cherubin ſedi-
ſſe dñm,poſt hæc p̃prio ſermone docebimus. Ad præſens autẽ huius & tantæ rei,duo dun-
taxat ex citharedo regio adducemus teſtimonia. Sic enim Pſal. ſeptuageſimo ſeptimo,po-
Pſal.77. ſteaq̃ de hoc mãna & pane angelo⁹ ẏba feciſſet,ita ait:Repulit tabernaculũ Sylo,tabernacu
lum ſuum,vbi habitauit in hominib⁹. In Sylo enim,vt eſt primo Reg. primo, multo tẽpore
1.Reg.1 archa fuit fœderis. Vbi ſic deus habitaſſe legit,vt illic ſederit ſup cherubin,q̃d ídẽ p̃pheta re- F
Pſal. 79. gius Pſal. ſeptuageſimo nono, expreſſit dicẽs: Qui regis Iſrael intende, q deducis velut ouẽ
Ioſeph:Qui ſedes ſup cherubin,manifeſtare,corã Ephraim,Bẽiamin et Manaſſe. Habes itaq;
hic habitaſſe deũ in Sylo,& ſediſſe ſup cherubin, q̃d & poſthac paulo fuſius ẽ ſcripturis doce
bimus. Quod ſi iuxta archã, in q̃ manna mirabile fuit collectũ & repoſitum ab Aarõ,ipſe deꝰ
habitabat atq; ſedebat (Deus q̃dẽ dñs exercituum) q̃d nã tu hęſitas, quiſq; Capharnaita es,
Quid obgãnis,aut q̃d obmurmuras q̃ſi in ſacram̃to altaris deus eſſe nõ poſſit? Nã ſi pro cęci
tate ſenſus tui ſic imaginare ceperis,q̃ſi diuinæ maieſtati indignũ ſit,vt ſub ſpecie panis,& in
manibꝰ tractet ſacerdotũ,reponaturq; in ſacrariũ. Ecce et hoc pacto ſtrophis infideles etiam
hirci Mahumetani, Tartari,gẽtileſq;,ſolẽ & lunã adorãtes,argumentari & murmurare pote
runt ac ſciẽt,oblatrãtes nos q̃ſi captum ſacrario includere,& poſt hac deuorare Chriſtum.
Tẽtauit & hoc ſed infelicit Manichęus hęreticus,etiã ipſe Neſtorius,indignum exiſtimãtes,
q̃ dei filius fieret homo,& nouẽ mẽſibus includeret vtero ancillę dñi,Marię inq̃ ẏginis. Sed
tu quiſq; Chriſtianꝰ es,ad hunc & ſimilẽ animi cõceptum vires ingenij tui intẽde,atq; hoc di
ligẽtius expẽdẽs,q̃ impium ſit examina,quãdo teſtimonio ſcripturę toties inuenit Mariã eſſe
Theotocõ,q̃d & in Calcedonẽſi cõcilio decretũ ac ap̃batum eſt. Quid vero Chriſto magis
ĩdignũ excogitare poterit,nõ video,q̃ ſi huic ceu herculi clauã adẽptur,ita eiꝰ p̃priã volũta
tẽ,& eã quidẽ omnipotẽtẽ,vaniſ ac futilibꝰ tuis p̃ſuaſionibus,eſſe nihili,nullarumq; viriũ iu-
dicaueris. Non ſic impij nõ ſic, vos Capharnaitæ de deo illiuſq; inhumanatione ſentiendũ
eſt,præſertim quum in comperto ſit,deũ apud Iſraelitas, dum eſſet archa in caſtris,in Sylo
in Ramatha,in Galgalis,in domo Obededom,in Hieruſalẽ,intra tabernaculũ teſtimonij,in

traq; ſanc

A traq; sancta sanctoꝝ, supra archam, & sup cherubin sedisse. Non itaq; a sua benignitate & erga nos misericordia alienũ censeri debet, si & intra sacrarium & intra Gazophilatiũ Euangelij, etiam in hoc sacramẽto altaris esse prædicetur. Christus integer humanæ rationi propemodum altius, sublimiusq; quippiã existit, quã vt assequi possit exacte, dei filius in vtero virginis latuisse, inclusumq; nouẽ mensibus fuisse. Quamobrẽ huic errori hoc pharmaco mederi cõuenit, vt cum Gabriele archangelo fateamur, spiritum sanctũ superueniisse in virginẽ, virtutemq; altissimi obumbrasse ei. Ideo q̃d ex eo natũ, sanctũ est, vocaturq; filius dei, iuxta sancti illius Petri apostoloꝝ principis hodiernã professionem. Tu es Christus filius dei viui. Quisquis ergo cum Petro hunc filium esse dei viui in hoc sacramẽto, nõ ex carne & sanguine, sed super cœlesti patre reuelante professus fuerit, ille certe beatus erit. Ad quã beatitudinem nos perducere dignetur is, ex quo, per quẽ, & in quo sunt omnia. Ipsi honor & imperium in sæcula sæculorum, Amen. Luce. 1 Matt. 16

¶SERMO VICESIMVS.

Quum uideritis Archam fœderis Domini dei uestri. &c.

ARGVMENTVM.

De minysterio ãngelorum ad sacro sanctam Eucharistiam.

B  Dictum est in hodierno sermone, habito pro nostra consuetudine ante meridiem, vt præcepto dei super propiciatorium archæ, facti sint duo cherubin, et vt sese mutuis vultibus respexerint. In hoc sermone videndum est nobis, cur cherubin ad hanc archã ordinati legantur. Et hoc in loco consyderandum est, q̃d quã primũ perfecti sunt cœli, & kol sebaoth. i. omnis militia vel exercitus cœlorum: hoc est angeli: Mox vbi in scriptura deus esse, sedereq; ac habitare dicitur, illic & exercitus angeloꝝ præstantes esse leguntur. Sic Daniel deũ antiquum dieꝝ sedere vidit, et vestimentũ eius candidũ quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flãma ignis, rota eius ignis accẽsus, fluuius igneus rapiduſq; egrediebatur de facie eius: Mox etiã vidit istud q̃ millia millium ministrabant ei, & decies centena assistebãt ei. Esaiæ vero sexto sic legitur: In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dominũ sedẽtẽ sup solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus a maiestate eius, & quæ sub ipso erãt replebant tẽplum. Seraphin stabãt sup illud sex alę vni, & sex alę alteri, duabus velabãt faciem eius, & duabus velabãt pedes eius, & duabus volabãt. Et clamabãt alter ad alterum, & dicebãt, sanctus, sanctus, sanctus, dñs deus sabaoth exercituum, plena est omnis terra gloria eius, & cõmota sunt superliminaria cardinũ a voce clamãtis, & domus repleta est fumo. Id q̃d etiam ꝓbat Ezechiel cap. primo, in animalibus visis iuxta dñm. Sed & Euãgelij sacra docet historia, vt nato in Bethlehẽ Christo dño apud pastores in eadem regione vigilãtes, angelus dñi steterit, & claritas dei circũfulserit illos, & subito facta sit cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudãtium deum & dicẽtium, Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Matt. vero quarto. Posteaq̃ dominus in deserto supra pinnaculũ & supra mõtem excelsum, a diabolo Sathana tentatore tẽtatus, & postremo cõfusus abiret Sathan, esseteq; solus relictus, Ecce angeli accedẽtes ministrabant ei. Et in Pathmos insula, posteaq̃ Iohãnes ostium vidit apertũ in cœlo, & supra sedem sedẽtem dñm, & in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & sup choros viginti quatuor seniores. Etiam vidit & audiuit animalia dantia gloriã, honorẽ & benedictionẽ sup thronũ, & requiẽ non habebãt die ac nocte dicẽtia, sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotẽs, qui erat, & q̃ est, & qui vẽturus est. Ex his quidẽ omnib⁹, ac aliis scripturaꝝ locis manifestũ fit, hãc extitisse voluntatẽ dei semp, vt post creationẽ angeloꝝ, cœlestis quidẽ exercitus atq; militie ĩdem angeli in cõspectu dei astarẽt, ministrarẽtq;. Et q̃a sic domino deo placuit, vt in tabernaculo fœderis supra archã & ꝓpiciatoriũ sederet, eaq; propt̃ duo sunt ordinati cherubin, vt hij tãq̃ administratorij spiritus, iuxta ꝟbum ad Heb. primo, astarẽt & ministrarẽt. Hęc nimiꝝ res figura fuit & est noui testamẽti, vt sicut iuxta archã ĩ veteri testamẽto duo ministrarẽt cherubin, ita & in sacramẽto missę, eiusdẽq; minister io, q̃ties tractaret sacramẽtũ dominici corporis & sanguinis, nemini dubiũ esse debeat, quin & illic sint de cœlesti exercitu cherubin, & administratorij spiritus, hoc in ecclesia dei fit vt inter sacra missarum solemnia, ita ordinãte spiritu sancto, quod plerunq; in sacro missę officio, angelicus ille cantetur hymnus, Gloria in excelsis deo. Id quoq; temporibus apostolorum vsq; ad nos sancta obseruauit ecclesia, vt posteaq̃ in officio missæ sacerdos monuerit, vt sursum corda habeantur ad dominum, gratiæ quo- Genesi. 5 Danie. 7 Esaiæ. 6 Ezechi. 1 Lucæ. 2 Matth. 4 Apoca. 4 Hebre. 1

gratiæ quoq; agantur, illico cũ angelis, archãgelis, thronis, dominationibus, seraphin ac om
ni militia cœlestis exercitus supplici cõfessione, & socia exultatione concelebremus & dica-
mus: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Ex quo loco videre licet nouem esse
angelorũ choros & ordines. Quoꝝ aliquot magister gẽtium Diuus apostolus Paulus, hisce
Ephesi. 1 verbis descripsit: Sedere scilicet Christum ad dexterã patris in cœlestibus sup omnẽ princi-
patum & potestatẽ ac virtutem & dominationẽ, omneq; nomẽ quod nominatur nõ solum
in hoc seculo, sed etiam in futuro. Superiores q dem ordines sunt Seraphin, cherubin, thro-
ni. Mediꝰ vero, dominationes, principatus, potestates, Inferiores, virtutes, angeli, archangeli,
De singulis autem hic medius ordo subtrahitur. Dicuntur autẽ seraphin, qui præ aliꝰ ardẽt
charitate. Seraphin enim interprætatur ardẽs, vel succẽdens. Cherubin, qui præ aliꝰ in scien
tia eminẽt. Cherubin interprætatur plenitudo sciẽtię. Thronus dicitur sedes. Throni autẽ
vocantur, q tanta diuinitatis gratia replẽtur, vt in eis sedeat deus, & per eos iudicia decernat
atq; informet. Dominatiões vocãtur, qui principatus & potestates trãscendũt. Principatus
dicuntur, qui sibi subiectis, quæ sunt agẽda disponunt, eisq; ad explẽda diuina mysteria prin-
cipantur. Potestates inde fortiuntur nomẽ, q̃d hoc cæteris potẽtius in suo ordine acceperũt,
vt virtutes aduersæ eis subiectę eorum refrenẽtur potestate, ne homines tantũ attẽtare vale-
ant, quãtum desiderant, Virtutes vocãtur illi per quos signa & miracula frequenter fiunt. Ar
changeli qui maiora nuntiãt, Angeli, qui minora. Angelorũ autem nomẽ non naturæ, sed
Esaiæ. 6 officiꝰ est: Quippe ἄγγελος Latinis nuntius est. Sed quum penitius sacras intuemur literas,
Apoca. 4 ecce angeli sunt a deo ordinati, vt laudent dominũ. Sic Esaiæ & in Apoca. trinitatẽ laudãt cõ
tinuo incessabili voce clamantes. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotẽs, q erat,
qui est, & qui venturus est. Sic Dauid beatitudinẽ trium lubileorum. i. trium quinquagena-
rum, centum & quinquaginta psalmoꝝ concludere volẽs Psal. centesimo quinquagesimo,
Psa. 150. Psal. 148 fic clamat: Omnis spiritus laudet dominũ. Antea vero Psal. cẽtesimo quadragesimo octauo.
Psal. 137. Laudate eum oẽs angeli eius. Et Psal. centesimo tricesimo septimo. In conspectu angelorũ
psallam tibi. Cæterum ad defensionem & custodiã etiam deputati sunt angeli, id q̃d etiam
Sathanas tentator ille cognouit erga Christum, allegans illud Psalmi nonagesimi: Angelis
Psal. 90 suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viꝰ tuis, & manibus tollant te, ne forte of-
fendas ad lapidem pedẽ tuum. Sic Geñ. quadragesimo octauo Iacob ait: Angelus qui eruit
me de cunctis malis, benedicat pueris istis. Licet ad quorundã sententiã hic angelus pro deo
Tobi. 3. & 9. debeat intelligi. Sic angelus domini, sanctus Raphaël Tobian custodit, ob id Psal. tricesimo
Psal. 33. tertio. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius
Iudit. 13 saluauit. Immittet angelus domini in circuitu timentiũ eum, & liberabit eos. Sic Iudith mu-
lier & vidua illa sancta ait: Viuit ipse dominus, quoniã custodiuit me angelus eius. Sic vnus
2. par. 32 angelus saluare volens populũ Israheliticum, blasphemo huic Senacherib Assirio interfecit
centum octoginta quinq; milia hominũ. Sic per angelũ saluãtur tres pueri in camino ignis,
Danie. 3 Ananias scilicet, Azarias, & Misahel. Daniel. tertio. Sic & Iohannis quinto. Angelus domi-
Iohan. 5 ni pro salute ægrotantiũ venit, cõmouitq; aquam piscinæ probaticæ, quæ cognominabatur
hebraice Bethsaida. Et in epistola hodierni officiꝰ nũc recitata per nos, Angelus domini Pe-
Acto. 12 trum de herodis carcere mirabili modo saluauit, & eduxit. Actorum. duodecimo. Et quoti-
Lucc. 16 die fit vt iuxta Lazarum quisquis paupertatem patienter sustinet, vbi moritur, in sinũ Abra
hæ portetur ab angelis. Ex scriptura itaq; & potissimũ ex Daniele manifestum fit, omne re-
gnum, cunctosq; reges atq; omnes homines ꝓprios sibi addictos habere angelos. Sic enim
Dani. 10 Danielis decimo legitur. Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad
intelligendum vt te affligeres in cõspectu dei tui, exaudita sunt verba tua. Princeps autem re
gni Persarum restitit viginti & vno diebus. Et ecce Michael vnus de principibus primis ve-
nit in adiutorium mihi. Et ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Non est itaq; reiciẽda an
gelorum custodia, sicuti nec illorum intercessio abneganda erit, Siquidem angeli dei nostras
Iob. 33. præces in conspectu domini offerre solẽt, id q̃d Iob apertissime probatur tricesimo tertio,
angelũ videlicet intercedere solere. Sic enim testatur illic Heliu, Si fuerit pro homine ange-
lus loquens vnus de millibus vt annuntient hominis æquitatem, miserebitur eius & dicet:
Deus libera eum, vt non descendat in corruptionẽ, Inueni in quo ei propicier. Cõsumpta est
caro eius a supplicijs. Reuertatur ad dies adolescẽtiæ suæ. Depræcabitur deum, & placabilis
Zacha. 1 ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam: Et Zachari. primo,
angelus ait ad dominũ: Domine exercituum, vsquequo tu non misereberis Hierusalem, &
vrbium Iuda, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. Et respondit dominus an-
gelo, qui

A gelo,qui loquebatur in me verba consolatoria. Postremo loco(vt antea partim declaratum extitit)angeli sunt administratorij spiritus dei,id quod ad Hebræos.1.clare exponitur in Paulo,Et psal.103.Qui facit angelos suos spiritus,& ministros suos ignem vrentem. Videant itaq; in cõ spectu domini,vt hic Capharnaitæ cuncti obmutescant,negantes Christi corpus in diuersis locis eodem tempore ac momento esse,quũ tamen de ministris Christi,vtpote angelis,ipse Christus,Matth.18.tale testimonium dederit:Angeli eorum semper vident faciem patris,qui in cœlis est.Ecce vt angeli pusillorum custodes semper vident faciem patris. Et non sine mysterio, Lucæ.1.ad Zachariam angelus ait:Ego sum Gabriel,qui asto ante deum,& iussus sum loqui ad te,& hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens,& non poteris loqui vsq; in diem quo hęc fiant. Sed hic & ad sententiam nostram,satis fuerit Cherubin ad arcam fœderis, & supra propitiatorium propterea ordinatos fuisse,vt essent in ministerium dei sedentes super Cherubin. Quæ res manifesta figura fuit, vt ad quamuis catholicorum missam sint ministerium angeli præstantes,sub quorum patrocinio & intercessione,ab incursu & dæmonio meridiano tuti & securi esse possimus,& vt per illos eleemosynæ nostræ,nostræ deniq; orationes deferantur ad dominũ, obseruandi colendiq; sunt reuerenter, Ita vt angelus noster, quasi alter Raphael,nobis & vnicuiq; nostrum aliquãdo,imò quotidie dicat:Quando orabas cum lachrymis,& sepeliebas mortuos,& derelinquebas prandium tuum,& mortuos abscondebas per diem in domo tua,& nocte sepeliebas eos,ego obtuli orationem tuam domino. Et quia acceptus eras dño deo,necesse Tobiæ.12

B fuit vt tentatio probaret te. Et nunc misit me dominus vt curarem te,& Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphael angelus vnus è septem,qui astamus ante dominum. Reuerenter itaq; pudice & caste tractemus,quicquid vspiam ad angelicam pertinet dignitatem,vt & illi nos ac animas nostras,quemadmodum Lazarum mortuum, deferant in sinum Abrahæ. Fiat fiat.

SERMO XXI.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri,&c̃,vt supra.serm̃.1.

ARGVMENTVM.

De Maria sanctificationis arca, aduersus Mariæmastigas.



C Odiernæ festiuitatis Euangelium,exordium habet, vt superbenedicta illa virgo θεότοκος Maria montana conscenderit atq; transierit, quæ res inquam magni mysterij fuit. Plerunq; enim qui supra montes in scriptura conscendũt,alta meruerunt videre. Sic Abrahã transgreditur montem,qui erat contra orientem,ædificauitq; altare domino & inuocauit nomen eius,qui illi apparuerat. Gene.12.Sic iusto illi Loth,angeli dicunt:Noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione,sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Sic Moyses fuit iuxta montem dei Oreb, qui illic etiam & audiuit dominum illi loquentem in flamma ignis de medio rubi, Exodi.3. Et ipse Gene.19

idem Moyses,Exodi 19.in montem ascendens,à domino meruit audire præcepta salutis. Quid q; in testamento nouo ascendit etiam Christus solus in montem orare? Matth.14. Et in monte Thabor(Matth.17.Marci.9.Lucæ.9.)sese transfigurauit. Et octo beatitudinis gradus,per scalam Iacob figuratos,prædicauit in monte. Et hodie Maria illa,quæ Syro nomine,miriam.i.domina appellari meruit,in montana conscendit. Nam in ea veluti in arca,secretissimum quod fuit in orbe,latuit. Siquidem testimonio Pauli in secundo tabernaculo,quod dicitur sancta sanctorum,erat aureum thuribulum,& arca testamenti circumtecta,& ex omni parte auro obducta,in qua vrna aurea,habens manna,& virga Aaron,quæ fronduerat, & tabulæ testamenti,super quæ erant Cherubin gloriæ obumbrantes propitiatoriũ. Tenuit itaq; arca testamenti manna,virgam,& tabulas. At in vtero virginis transeuntis ad Elisabeth,manna fuit hoc diuinum & adeo supercœleste,quod etiam fruantur illo angeli dei. Virga Aaron quoq; illa mirabilis exiſtit quæ legitur Nume.17.vna eademq; nocte germinasse, & turgentibus gemmis erupisse flores, qui foliis dilatatis,in amigdalas formati sunt. Sed mirabilior fuit longe Christi ipsius seruatoris nostri conceptio. Non enim ex virili semine,sed spiritu sancto superueniente in virginem,& virtute altissimi obumbrante eam,formatus ac natus est Iesus Christus. Claudebatur in vtero virginis is,qui deus & legifer noster est. Atq; adeo hæc arca mirandum in modum hodierno die montana conscendit. Ad hæc Elisabeth etiam infantem nondum natum in arca, hoc est,vtero virginali,esse cognouit. Id quod multi negant ac negarũt acerrime hæretici, quoniam ex his in- Matth.17 Lucæ.1. Hebræ.9 Lucæ.1.

D uenti

uenti sunt audentes temere reijcere diuam virginem esse Theotocon.i.eam matrem quæ genuerit deum,indignum existimantes & impossibile quodammodo censentes nouem mensibus D
Lucæ.i. dei filium in vtero virginis clausum extitisse.Sed animaduerte quid dicat Elisabeth: Vnde hoc mihi,vt mater domini mei veniat ad me? Ecce vt Elisabeth Mariam matrem domini vocat. Insuper quoq; angelus non frustra eam salutat,dicens:Dominus tecũ.Nec temere adiecit, q̃ filius altissimi vocabitur,Lucæ.i.& ipse verus est Emanuel,hoc est nobiscum deus. Præterea an
Matth.j. gelus ad Ioseph in hæc verba loquitur: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est,& vocabis nomen eius Iesus,Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ,id quod alteri nõ ascribitur,nisi filio dei.Ad hunc tremebundus & stupefactus Thomas ille dydimus exclamat:Dominus meus & deus meus.Quando aũt à quatuordecim patriarchis,à quatuordecim regibus,à totidem sacerdotibus,& sic quadragintaduabus generationibus,Matthæus Euangelista recense re voluit generationem Christi,in fine subiungit:Iacob genuit Ioseph virum Mariæ,de qua natus est Iesus,qui vocatur Christus,Matth.i.Itaq; hic est ille deus,& dei filius, de quo iuxta Ior-
Matth.j.7 danem vox de cœlis audita,dixit:Hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacui,Matth.3.
2.Pet.i Et in monte Thabor alia vox de nube audita est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene
Iohan.i. complacui,ipsum audite,quem ita esse non modo Petrus apostolus, sed in Euangelio dæmones agnouerunt.Christum itaq; deum esse,non solum hominem,docet nostra catholica fides. Nam in Euangelio Iohannis,verbũ quod erat deus,caro factum est.Imò toties scriptura docet
Hebræ.j. deum misisse filium suum.Ad Roma.8.& eundem quidem vnigenitum, Iohan.i.& nequaquã adoptiuum, quin potius naturalem, cui ab æterno dixit,Filius meus es tu, ego hodie genui te. E
Sed q̃ ille fuerit deus,hoc apertis verbis Paulus ad Roma.9.hoc pacto docuit: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis,qui sunt cognati mei secundum carnẽ,qui sunt Israelitæ,quorum adoptio est filiorum & gloria, & testamentũ,& legislatio,& obsequium, & promissio,quorũ patres,ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, amen. De hac generatione Paulus ad Gala.4.sic ait:Vbi venit plenitudo temporis,misit deus filium suum factũ ex muliere,factum sub lege,vt eos qui sub lege erant,redimeret,vt adoptionem filiorum reciperemus.Factus quidem est ex muliere, quæ radicem suã
Matth.i. traxit ab Abraham,atq; à Dauide virga Iesse,vnde Matthæus ita exorsus est:Liber generationis Iesu Christi,filij Dauid,filij Abraham.Attende quæso,vt generatio Christi, quoad carnem ex Abraham & Dauide sumit initium. Clauditur autem his verbis,q̃ ex Maria natus sit Iesus, qui vocetur Christus,& hoc deitatẽ innuit.Maria vero non propterea mulier appellatur, quasi virum aliquando cognouerit,sed mulierem etiam virginẽ appellare possumus.Quemadmodũ apud Græcos est γυναί, nomẽ honestatis,& tale quale nos Germanorũ more nobiliores matres, mulieres,quasi dominas vocare cõsueuimus.Sic ipse Christus in Chana Galilææ:Quid mihi & tibi est mulier,Iohan.2.Vbi nõnulli nostrorũ temporũ hæretici,obiurgationis verbũ,& durius dictum esse putant à domino.Sed si mulierem,quasi per vehementem calorem & obiurgationem habitam putauerint.Ecce Iohan.19,cum legerint in cruce pendentẽ Iesum dixisse matri, Mulier ecce filius tuus, etiam asseuerare coguntur duro sermone tractatam esse matrem domini.Sed quis credet Christum tunc patri commendaturũ spiritũ, immitiori nomenclatura inter- F
pellasse matrem.Mater itaq; domini nostri vera fuit, Nec est aut stare poterit,quod Nestorius hæreticus asseuerare contendit,q̃ si mater est,ac deum & hominem genuit, Ecce vt illa montana transijt,& in vtero Christũ dominũ nostrum nouem mensibus gestarit. Quod si se sic humiliauit ac exinaniuit dominus,vt vtero virginis clauderetur tot mensibus,quare quæso tu Capharnaita,quisquis fueris,negas in sacramento Christũ,arcamq; domini subuertis.

Fuere nonnulli hæretici (atq; vtinam hodie Antidicomaritæ & Mariæmastiges non sint) qui impio & blasphemo ore deblaterare non erubescunt, diuam Mariam perinde mulierẽ extitisse,vt nostræ sint lixæ.Audi tu interim quid hac de re passim Euangelium prædicet, atq;(vt
Lucæ.i. paucis dicamus)Gabriel archangelus hanc salutat,vt sit κεχαριτωμένη,quod græcum est, atq; id quidem de nulla alia muliere biblicis in scripturis habetur. Siquidẽ secretius quippiam habet, q̃ vt nos Latini vel gratiosam,vel gratia plenã valeamus exprimere.Verũ & hic apostata aquilonis pro gratiosa vertit,holdtsalig,perinde ac si hæc saltatrix fuerit Herodias, filia Herodis,gra-
Esaiæ.7 tiosa itaq;.i.gnadreich,illa fuit.Nam eidẽ angelus ait:Inuenisti gratiam apud dominũ,sed & illi dicit,dominus tecũ.Hoc enim prophetia Esaiæ voluit,vt nasceretur is,qui dici posset Emanuel
Luc.i .i.nobiscum deus.Sed & angeleus ait illi:Benedicta tu in mulieribus.Et illud idem Elisabeth:Benedicta tu inter mulieres. Elisabeth autem hanc beatam huiuscemodi verbis prædicat: Beata quæ credidisti,quoniã perficientur ea,quæ dicta sunt tibi à domino.Ita ipsa mulier de turba clamat,extollens vocem:Beatus venter qui te portauit,& vbera quæ suxisti,Lucæ.11.id quod ipse Christus confirmat,dicens:Quinimo.Et de seipsa prophetico sermone ait: Beatam me dicent omnes generationes.Vides itaq; vt non modo testimonio angeli,Elisabeth,& mulieris de turba clamantis,ipsa benedicta ac beata sit,sed assertionẽ etiam Christi beata est,eo maxime quando

venter

A venter vberaq; illius beata esse dicantur. Meruit autem hoc humilitate sua, de qua sic habetur: Respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Tam humilis erat, vt nuntianti angelo dixerit: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundũ verbum tuum, q; si viam illius expendas, profecto virtutum omnium selectum quendam thesaurum ac gradus inuenies, ita vt hanc misericordiæ matrem esse recte colligere queas. Nato em̃ filio, vide vt illũ pannis inuoluat. Herode mactante pueros iam recens natos, en vt filium gestet in Aegyptum. Deinde filio duodecim annos nato in comitiua amisso, quid fit? Nonne dicit: Ego & pater tuus dolentes quærebamus te, fili quid fecisti nobis? In nuptijs porro Chanæ Galilææ vbi vinũ defecisset, accedens filium commonefacit vini. Filio tandem patienti in cruce astat, ita vt per vniuersæ vitæ curriculum nihil prætermiserit, quod quidem & misericors atq; pium videri possit. Eapropter etiam dei misericordiam à progenie in progenies prædicauit. Si vero ad reliquos vitæ suæ gradus respexeris, reperies nimirum hanc parcissimam sermonis fuisse. Loquitur illa bis ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Et, ecce ancilla domini. Breui quoq; salutatione alloquuta est cognatam Elisabeth. In Chana Galilææ tribus verbis absoluit petitionem, Vinum non habent. In templo breuissima verba dixit. At interea sol ammodo in laude dei profusior fuit, quando cantauit: Magnificat anima mea dominũ. Sed quis nunc dicet posthac, nisi mentis inops & cæcus, hanc arcam, hanc mulierem, alijs esse fuisse q; similem. Ista itaq; est hæ carca, de qua Dauid in spiritu cecinit. Exurge dñe tu & arca sanctificatiõis tuę. Quippe sicut olim in arca manna de cœlo fuit, ita & panis de cœlo, Christus, in hac arca virginalis vteri quieuit. Exurgat itaq; deus, & dissipentur inimici eius, diffugiant qui oderunt eum à facie eius. Fiat fiat.

Lucæ.1 Lucæ.2 Iohan.2 Lucæ.1 Psal.131 Psal.67

B

SERMO XXII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra

ARGVMENTVM.

De perpetua virginitate beatissimæ virginis Mariæ.



C

IN antemeridiano sermone hodierno intellexistis, quo pacto & quàm debito ordine correspondeat arca fœderis testamenti veteris, huic arcæ, quæ nouem mensibus gestauit in vtero dominũ & saluatorẽ nostrum. Et quemadmodum arca fœderis olim Philistæos, Azotios, Acharonitas, Ozam & alios aduersarios habuit, ita etiam arca, in qua manna supercœleste ac diuinũ aliquot mensibus clausum fuit, suos persequutores ac aduersarios habere cœpit. Ita post pauca apostolorum tempora, Heluidius, Iouinianus, ac alij Antidicomaritæ. i. Marię aduersantes ausi fuerunt intemeratam ac perpetuam Mariæ virginitatem vellicare. Huic autem sententiæ omnium peruersissimæ restitit hoc & in contrariũ pugnat, q; arca fœderis domini dei nostri constructa fuit de lignis Sethim. Fuere aũt hæc ligna (vt Hebræorum discordias euitemus, iuxta versionem Septuaginta) incorrupta vel incorruptibilia ligna, quæ quidẽ figura fuerunt, vt arca testamenti noui, Maria quidem, incorrupta fuerit, manseritq; virgo ante & post partum atq; etiam in partu. Huic autem assertioni catholicæ contradicere non erubuerunt nonnulli Capharnaitæ, perpetuam in diua virgine Maria virginitatem negantes, q; scriptura biblica non sit, quæ perpetuam illius virginitatem manifeste probet. Inter quos Heluidius ille rusticus, pro rusticana ruditate præcipuũ locum habet. Sed hic primo loco prophetiam Ezechielis. 44. aduertere conuenit: Et ecce Ezechiel conuersus ad viam portæ sanctuarij, quæ respiciebat ad orientem, vidit hanc portam esse clausam, & audiuit hæc verba à domino: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir nõ transibit per eam, quoniã dominus deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Ecce prophetiam de Mariæ virginitate sonantem. Cæterũ in Daniele cap. 2. visio manifesta fit, vt visus fuerit abscissus lapis de monte sine manibus, qua visione intelligitur passim ab omnibus in partu virginis lapidem angularem, qui Christus est, sine manibus, hoc est, virili commixtione conceptum & natum esse. Et idipsum Hieremiæ. 31. comprobatur, vbi propheta prophetauit hisce verbis: Creauit dñs nouum super terrã, fœmina circundabit virũ, sed hoc nouũ nec dici nec esse posset, si cõmuni ratione id fieret, ac nõ potius hæc prophetia de virginali partu deberet ac posset intelligi. Sed & hic aduertere oportet, id quod Euangelistæ Lucæ testimonio prolatum est, nempe vbi Gabriel archangelus, Mariæ prænuntiauerat, quomodo cõceptura pariturag; esset filium. Ista vero non parũ turbata, interrogat: Quomodo fiet istud, qm̃ virũ non cognosco? qua

Lucæ.1

Esaiæ.7 interrogatione sese virginem esse declarat. Ad hoc Esaiæ prophetia concordat. Nam debebat D
Achas à dño signum petere, & eo non petente, signũ datur hisce verbis: Ecce virgo concipiet
& pariet, quo loco Iudæi duræ ceruicis homines cõtendere cœperunt, hic virginẽ pro adules-
centula siue iuuencula accipi. Sed notissimũ est cunctis, qui primis etiam labris sermonẽ præli-
barunt Hebræum, Bethulam significare iuuenculam, & almach absconditã significari. De qua
re profusissime diuus & barbatus ille Hieronymus Esaiæ.7. cõmentaria scripsit, Quid enim re-
nuisset Achas hoc signo non tentare dñm, si iuuenculã intelligere necesse sit. De virgine itaq; in
telligendũ est, quod propheta scribit. Quare & hoc argumentũ est euidens, q̃ sub cruce stanti
Iohan.19 discipulo, quem diligebat Iesus, cõmendatur virgo virgini, non Ioseph aut marito alteri, & con
tinuo quũ audisset ille discipulus præcipientem dñm ac dicentem: Ecce mater tua. Ex illa hora
accepit eam discipulus in sua. Quod si tam impossibile ducas sine cõmixtione generare virgi-
nem. Aduerte quæ natura producere consueuit. Notissimũ em̃ est omnibus non nisi vnã in Ara
bia esse phœnicem, hæc ex cinere reuiuiscit ac renascitur. Huc pertinet q̃ apes sine cõiugio nas-
cuntur, quæ agriculturæ studentes, naturæ rebus intendunt. Vides itaq; vt hæc arca fabricata sit
de lignis Sethim, intus foris q̃ deaurata, purissima sit. Et hoc est quod Prouer.31. de muliere sa-
piens ille rex præuidit Salomon. Nam de quacunq; alia muliere locũ non habet, quod illic dici-
tur, scilicet & fortitudo & decor indumentũ eius, & ridebit in die nouissimo, os suum aperuit sa
pientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Confiderauit semitas domus suæ, & panẽ otiosa nõ co
medit. Surrexerunt filiæ eius & beatissimã prædicauerunt, etiam eius vir laudauit eam. Multæ fi
Canti.4 liæ cõgregauerũt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Habẽt aliæ filiç virgines q̃ virginitatis diui
tias & margaritas multas, sed hæc & mater & virgo est, virgo q̃ permãsit, Hortus cõclusus est,
fons signatus est, porta clausa est, virga de radice Iesse est, bene fragrans rosa in Hiericho est, vir E
ga Aaron est, sponsa, amica & columba Christi est. Quod si perpetuæ virginitatis scripturam
exigas manifestã. Ecce catholicus tibi respondere poterit, necesse non esse ad amussim omnia
scripturis probare manifestis, quũ hoc iam antea Paulus explicarit, etiam circa sacrosanctũ Eu-
charistiæ sacramentũ. Posteaq̃ em̃ de institutione ac digna & indigna sumptione multa scripse
1.Cor.11. rat, nec omnia sua ad Corinth. epistola cõprehendere potuit aut forte non voluit, in fine subiun
xit, Cætera quũ venero disponam. Sed ecce reliqua quæ circa sacramentũ Eucharistiæ dispositа
sunt, alibi inueniri non poterũt, q̃ eo ritu & modo, quo cõmuni cõsensu Christi fideliũ celebratur
missa per totum terrarũ orbem. Et quid dicam, Paulus non modo obstringit eos, qui in Thessalo
nica Macedoniæ fuerunt, vt illi eas traditiones tenerẽt, quas didicissent per scriptã epistolã, sed
& has traditiones quas per sermones atq; sic per illius p̃dicationes etiam accepissent, Et ipsa ca-
tholica ecclesia per totũ terrarũ orbem testatur, hanc ante partũ, in partu, & quãdiu vixerit post
partũ extitisse perstitisse q̃ virginẽ. Quod si virgo sine viro concepit & peperit, nimirum si vir
go permanserit. Relictis itaq; quisquilijs hæreticorũ, orthodoxam de perpetua virginitate sen-
tentiam seruemus, vt illius etiam patrocinio gaudeamus. Amen.

SERMO XXIII. F

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

Quo pacto duo Cherubin, supra arcam sese mutuis vultibus respiciebant.



Lucæ.5 Superiori sermone accipere potuistis dilectissimi fratres supra propi
tiatorium arcæ fœderis de purissimo auro, duos extitisse Cherubin,
mutuis inuicem vultibus sese respicientes, per quod vtriusq; testamẽ
ti concordia figurata fuit. Vndiquaq; em̃ verbũ dei sui simile est, quo
cunq; te verteris. Quum vero hodiernũ Euangelium opportune no-
bis occurrat, enarrans turbas irruisse in Iesum, vt audirent verbũ dei,
& ipse sedens in nauicula docebat. Ipse vero Simon etsi pernigil to-
ta nocte nihil cæperit, tamen quũ in nomine ac verbo dei iactasset re
te, ecce continuo tanta piscium multitudo copiosa irruit, vt parũ ab-
esset quin rete disrumperetur, Simon vero factus est inde piscator ho
minũ verbo prædicationis suæ. Propterea in hoc sermone nonnulla de verbo dei in vestrã ædi
ficationẽ prædicare statuimus. Et hoc primũ sese nobis obuium præbet, quod Deute.8. ad popu
lum Moyses ait: Adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atq;
tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo versabantur, vtrũ custodires mandata illius an non,

afflixit

A affixit te penuria & dedit tibi cibũ manna, quod ignorabas tu & patres tui, vt ostenderet tibi, ꝙ non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore dñi. Qua scriptura Satanã tentatorem in deserto abstterruit dñs Matth. 4. Et ex eo docemur, quum hominis pars nobilior anima sit, hanc partem nobiliorẽ vesci verbo dei, ita vt non modo manna, sed potius verbo dei Israelitæ nutriti fuerint. Sic ipse Moyses quadraginta diebus colloquio dei nutritus Exodi. 20
& sustentatus est. Sic mirabili modo Helias conuiuas coruos habuit. 3. Reg. 17. Sic idem Helias
3. Reg. 19. in pane modico subcineritio ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus
vsq; ad montẽ dei Oreb, & ipse Iohãnes Baptista melle syluestri & locustis contentus viuebat. Matth. 3
Maria vero Magdalena sedens secus pedes dñi, audiuit proculdubio sine fame verbũ dei. Ne- Lucæ. 10
mo itaq; dubitet omnium istorũ, alimonia potissima fuerit, verbũ dei, de quo Hieremias: Paruu Threñ. 4
li petierunt panẽ, & non erat qui frangeret eis. Iste est panis, qui famẽ medetur. De quo Amos. 8
sic legitur: Ecce dies venient dicit dñs, & mittam famem super terram, non famem panis, ne-
q; sitim aquæ, sed audiendi verbũ domini. Iste est panis vitæ, de quo sic in Euangelio Christus
ait: Qui audierit sermones meos, non gustabit mortẽ in æternum. Iste est ille panis, qui confor- Psal. 103
tat cor hominis, ita vt apostoli gaudentes irent, propter hoc verbũ contumeliam sufferentes.
Propter hunc panem apostoli Actor. 6. dixerunt: Non est æquũ, nos relinquere verbũ dei & Hebræ. 11
ministrare mensis. Et ob hoc verbum sancti dei homines ludibria & verbera sustinuerũt, quin
insuper & vincula & carceres ita experti sunt, vt partim lapidati, & alius alio crudelissimo gene-
re supplicij extincti sint, Obambularunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes excruciati, & mi
serrime afflicti, In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis & cauernis terræ habitantes.
Sed quũ supra propitiatorium, Cherubin sese rectis vultibus cõtinuo respiciunt, nihil aliud hac
parte figuratũ est, q̃ ꝙ recte debeat tractari verbũ domini. Vnde magister & doctor gentium
Paulus Timotheo sic scribit: Solicite cura teipsum probabilem exhibere deo operarium incon- 2. Timo. 2
B fusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Propterea idem vas electionis gloriatur. 2. Co-
rinth. 2. Non sumus, inquit, sicut plurimi adulterantes verbũ dei. Et. 2. Corinth. 4. Neq; adulte-
rantes verbũ dei. Sic ab exordio Euangelij, Nicolaitæ facientes vxores cõmunes, more anaba-
ptistarum nostrorũ, adulterantes verbũ diuinum, spurcissima quæq; tentarunt, Sic Ananias, sic Actorũ. 5
Saphyra, sic Hymenæus, sic Alexander, sic reliqui complurimi, qui (iuxta Petri testimoniũ) de- 1. Timo. 1.
prauarunt, viuente etiam adhuc Paulo, diui Pauli epistolas. Inde ex peruersa verbi diuini intel- 2. Petri. 3
ligentia, tot natæ sunt hæreses, Siquidẽ ægre repereris hæresim aliquã, quæ non ex verbo Euan
gelij prætextũ quærat. Atq; adeo de meipso hoc facile promiserim, pleriſq; persuasurus, si hære
sim struere conarer, vt nemo prorsus, nisi per omnẽ vitã incedat discalceatus, saluus fieri possit.
Et multa id genus, si pergas in sensum alienũ, trahere ac flectere facile inuenies, quibus imponas
simplicioribus. Sed hodiernũ Euangelium mirabili ratione nobis ostendit, ꝙ non fine mysterio
legitur piscatores extitisse non sane paucos, quũ interea nisi vni Simoni Petro dictũ sit: Duc in Lucæ. 5
altum. Reliquis vero: Laxate retia vestra in capturã. Iste vero Simon etiam respondit: In ver-
bo tuo laxabo rete. *Quis dubitat amplius, Petrum piscatorẽ hominũ à Christo vocatũ? is qui-*
dem nauiculam dirigit, quã Matthæus fluctuare, Lucas vero piscibus, & Iohannes centum & Matth. 8
quinquagintatribus magnis piscibus oneratam dixit. Fluctuat equidẽ hæc nauicula, sed nõ mer Iohan. vlt.
gitur. Pro Petro em̃ rogauit dñs vt non deficeret fides eius, qui suo primatu etiam reliquos om Lucæ. 22
C nes antecellit. Id quod tum aliàs, tum vero p̃cipue in euocatione Matthiæ, & prædicatione ver-
bi innotuit. Demũ vbi in Antiochia, super verbo circuncisionis quæstio ad seditionis tumultũ Actorũ. 15
vsq; mota fuit, ecce Petrus ac alij piscatores hominũ Concilium in Hierosolyma celebrarunt, &
quid de hoc verbo sentiendũ esset, constituerunt illi, Atq; in omnibus locis alijs, primus ille pis-
cator dñs nauẽ in altum duxit, Qua parte docemur, vt si quãdo cõtrouersia de fide suborta fue
rit, nõ licere passim turbas turbulentas disputare de fide, Pontificis em̃ officiũ istud est, vt citra
intermissionẽ continuo veritatis doctrinã discutiat. Adeo, ꝙ verum est illud apud Malachiam: Malach. 2
Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legẽ requirent ex ore eius. Siquis ergo ambiguus fue-
rit super negotio fidei, is ad sacerdotem stirpis Leuiticæ se conferat, petens inde resolutionẽ. Si Leuit. 17
em̃ ambiguum fuerit ac dubium, inter leprã & non lepram, causam ac non causam, & quicquid
difficile ortũ sit, hoc prudenti iudicio sacerdotis, non populari seditione discutiendũ est, ipse em̃
est, cui rationale veritatis creditum est. Quod si passim & sine ordine tabernaculi, in tabernis, pi
strinis, & (vt fit) inter pocula tractantur diuina, iam nihil certius est, q̃ ꝙ mille modis adulteretur
verbũ dei. Non est aũt adulterandũ verbum dei, vt similes fiamus Iudæis ipsis, qui ex Michæa Mich. 5
propheta locum natiuitatis Christi Bethlehẽ vere tradiderũt, omittẽtes, ꝙ egressus eius esset à
diebus æternitatis eius. Causam̃q; fic forte dederũt, vt Herodes tot pueros innocẽtes in Iudæa Matth. 2
occiderit, Et vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus. Eodẽ modo ipse etiam Satan
Psalmistã inducẽs, Matth. 4. & Lucæ. 4. nõ erubuit abuti scriptura, potissimã̃q; omittere par-
tem, vtpote, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, quæ p̃cipue ad rẽ pertinebat. Versis itaq; vul-
tibus continuo Cherubin. i. multitudo scientiæ sese respicere debẽt, ita vt vetus testamentũ cum

Gene. 25 Galat. 4 notuo conferatur, Et inuenietur ꝙ Lya lippientibus oculis, vetus, Rachel aũt nouum figuraue rit testamentum, Agar ancilla in seruitutem, Sara vero in libertatem genuerit. Idem intelligitur de montibus, scilicet Sinai, qui mons in Arabia, vetus, & Sion, qui super Hierusalẽ, nouum testamẽtum, per allegoriam significant. Has inquã sorores, has deniq; mulieres, & hos montes, quisquis suo ordine posuerit, is nunq; verbũ dei adulterabit. Sicut itaq; arca, de imputribilibus est lignis, & ipsa vna de auro purissimo, ac manna seruatũ iuxta mensurã Gomor, nec in vase, nec sabbato die computruit, ita omne verbũ, quod pro verbo dei venditatur, debet esse purũ & mũdum, ne scoria pro argento puro & igne examinato septies detur. Faxit deus, vt tales piscatores hominũ habeamus, qui bonos & minime putres pisces, quibusuis serpentibus nocentiores exponant, sed cum hodiernis piscatoribus ita rete laxent, vt optimos quosq; pisces, in sagena capiant, Amen.

SERMO XXIIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c̃, vt supra. serm̃. i.

ARGVMENTVM.

Religiose in sacris templis & altaribus crucifixi & sanctorum poni imagines aduersus Iconomachos.



Vditum est in proximis aliquot sermonibus, vt supra propitiatoriũ de auro purissimo duo Cherubin iussu diuino constituti fuerint. Sed hoc præsenti sermone valde necessarium fuit visum vultus illorũ ac formas describere. Legitur aũt Cherubin alatos extitisse, & ꝙ se mutuo versis vultibus respexerint, Exodi. 25. Rursum Exodi. 27. ita legitur: Duos Cherubin in summitatibus propitiatorij extendentes alas, & tegentes propitiatorium, seq; mutuo & illud respicientes. Tempore vero Salomonis illius pacifici. 3. Reg. 6. hoc modo testatum est de eo: Salomon fecit in oraculo duos Cherubin, de lignis oliuaꝝ decem cubitoꝝ altitudinis, quinq; cubitoꝝ ala cherub vna, & quinq; cubitorum ala cherub altera. i. decem cubitoꝝ habentes à summitate alæ vsq; ad alæ alterius summitatem. Decem quoq; cubitoꝝ erat cherub secundus, in mensura pari, & opus vnũ erat in duobus Cherubin. i. altitudinem habebat vnus cherub decem cubitoꝝ, & similiter cherub secũdus. Posuitq; Cherubin in medio templi interioris. Extendebant aũt alas suas Cherubin, & tangebat vna ala parietem, & ala cherub secundi tangebat parietẽ alterum. Alæ aũt alteræ in media parte templi se inuicem contingebant, texit quoq; Cherubin auro. Fuere itaq; illi primi Cherubin aurei & productiles, habebantq; facies, quas Septuaginta τὰ πρόσωπα vocarunt. Et hoc hebraica veritas etiam expressit, quæ res figura fuit, vt iuxta sancta sanctoꝝ & in sacrario domini. F
ci sacramẽti olim honoris, ministerij, & memorialis gratia, apud Christianos essent imagines crucifixi dei, diuæ virginis & angeloꝝ habituræ locum. Nec in veteri testamẽto solæ hæ ima-
Nume. 21. gines Cherubin fuerunt. Siquidem vt est in Numeris, vbi cœpit tædere populũ itineris ac laboris, & is loqueretur contra dominũ & Moysen, diceretq;: Cur eduxisti nos de Aegypto vt moreremur in solitudine, deest panis, non sunt aquæ, Anima nostra iam nauseat super isto cibo leuissimo. Quàm primũ hunc cibum cœlestẽ & admirabilẽ contemptim aspernabatur, sicuti Capharnaitæ nostroꝝ temporum aduersus Eucharistiæ sacramẽtum facere non dubitant. Tum ilicò misit dominus populo ignotos serpentes, ad quorũ plagas & neces plurimorũ venerunt ad Moysen, atq; dixerunt: Peccauimus, quia loquuti sumus contra dominũ & te, ora vt tollat à nobis serpẽtes. Orauit Moyses pro populo, & loquutus est dominus ad eum: Fac serpentũ æneũ, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneũ & posuit eum pro signo, quẽ quũ percussi aspicerent, sanabantur. Et hæc imago serpentis æneI
Iohan. 3 pulcherrime ac religiosissime confirmata ac repetita fuit à Christo, sic ad Nicodemum principem pharisæorum dicẽte: Sicut exaltauit Moyses serpẽtem in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis. Ecce hic qui non habet obtusas aures, audiat in figura hoc fuisse, vt aduersus naturæ dispositionem, huic qui à serpẽte lesus fuisset, aspectu serpentis medicina afferretur. Alioqui longe secus naturæ cursus præ se ferre videtur, nempe vt si quando vulneratus vulnerantẽ conspexerit, multo vehemẽtius dolere incipiat. Inde experientia fere quotidiana docet, vt si super occisum, latro occisor adductus fuerit, ilicò in signũ, sanguis alioqui mortuus erumpat aliquando iusto ac sancto miraculo dei. Hoc vero longe mirabilius est, ꝙ vnigenitus, inuisibilis, ineffabilis dei filius se sic exaltandũ esse prædixit ea figura, qua Moyses in deserto serpentem erexit, illiq; placuit

A cuit in cruce exaltari. Nam olim sub Moyse, quicunq; exaltati & in cruce suspensi fuerunt, perpetuæ maledictioni subijciebantur. Sed Anabaptistę Iconomachi nostrorum temporum, quid hac parte non audent? Hoc quidem temere attentant, vt quibuscũq; in locis, crucis signum seu imaginem inueniant, eam pro solita impietate eorum euertant, disijciant, exurant, & cum perfidis Iudæis denuo flagellare, colaphizare, illudere, conspuere, ac crucifigere nihil formidẽt. Sed quam ingens hoc scelus, nephandumq; flagitium existat, posthac melius intelligetis, vbi laudẽ crucis & crucifixi primo loco audietis, id quod meliori modo fieri nequit, quàm si iam inde declarauero vobis, quid in hac materia vetus testamentum statuerit. Ecce Deuter. 21. ita sancitum est, quod si adiudicatus morti, patibulo appensus fuerit, non permanebit corpus eius in ligno, sed eodem die sepelietur, quia maledictus est à deo, qui pendet in ligno. Iam vero diſpiciendũ est, quid Euangelium nos Christianos doceat. Preco quidem Euangelij diuus Paulus aduersus hanc maledictionem ad Philip. 2. sic ait: Christus Iesus, quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, vt eẽt æqualis deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & deus exaltauit illum & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Sed ad Galatas. 6. Simulatq; idem Euangelij preco, quãdo super hac subtilissimæ circũcisionis materia disputauerat, cõfidenter exclamat: Mihi abſit gloriari, inquit, nisi in cruce do
B mini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et sequitur, de cætero nemo mihi molestias exhibeat. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Quid obsecro hac parte Iconomachi inimici crucis Christi (inquam) qui omnia pacificauit per sanguinẽ ad Colos. 1. qui & sustinuit crucem, ad Heb. 12. hic tentassent aduersus Paulum? qui se nulla alia re gloriari nouit, nisi in cruce domini, & quod stigmata domini nostri portarit in corpore, stigmata quidem clauorum, manuũ & pedũ, atq; lateris, ex quo manauit sanguis & aqua. Hæc quidem singula, quia Catabaptistę deturparunt, ac ore, manibusq; blasphemis persequũtur, quid aliud quæso perpetrant, quam quod hũc Iesum, quem Paulus. 1. Corinth. 2. annuntiãs, extra quem, alium nescire se iudicauit crucifixum: denuo cũ Iudæis cruci affixum cupiant? Imo ipsis Iudæis longe peiores, nequioresq; merito censeri poterunt, qui hoc ipsum videntes ac cõsulta opera audeant: Confitentur enim & corde superbo iactitant se nosse deum, quem tamen factis negant. Quod si Iudæi cognouissent dominum gloriæ, nunquàm crucifixissent. Manifestissimum itaq; fit, vt quod olim sub Moyse in maximam vertebatur ignominiã, hoc nobis hodie sub Euãgelio crucifixi maxime gloriæ ac honori ducitur. Sic angeli de sepulchro proferũt: Iesum crucifixum quæritis, surrexit nõ est hic. Quinimo ipse crucifixus filius dei, suis antea dudum prædixit: Ecce ascendimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum crucifigendumq;, & tertia die resurget. Quid quod tantã crucis authoritatem ac dignitatem prædicarit, vt nisi quis acciperet crucem suã, tollens eam baiularet, non esset eo dignus, neq;
C illius discipulus. Hac vero de re, nempe crucis mysterio, alio loco non nisi diuino spũ inspiratus Paulus, in hæc verba scribit apostolus: Non misit me Christus baptizare sed euangelizare, nõ in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidẽ stultitia est, his autem qui salui fiunt, i. nobis dei filijs, virtus ẽ. Scriptũ est enim: Perdam ego sapiẽtiam sapientum, & prudentiam prudentũ reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiã huius mundi? Nam postq; in sapientia dei nõ cognouit mundus per sapientiam deum, visum est deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. Nos autem prædicamꝰ Christũ crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Sed ijsdem vocatis Iudæis, pariter & Græcis, Christum dei potentiam ac dei sapientiã. Quoniã stultitia dei sapientior est quàm homines, & imbecillitas dei robustior est quàm homines. Eapropter licet deus in vet. testamẽto, quemadmodũ in multis locis est, visus fuerit, etiamsi Abrahę apparuisse legatur in conualle illustri. Gene. 12. ad puteum viuentis & videntis. Gene. 16. In cõualle Mambræ. Gene. 18. Idem filio eius Isaac in Bersabeæ. Gene. 26. Iacob autem vbi scalam vsq; in cœlũ protensam vidit. Gene. 28. Idem Iacob gloriatur in Phanuel de facie ad faciẽ vidisse dñm. Gene. 32. tamẽ nihilominus deũ essentialiter in terris nemo vidit vnquam. Posteaq; vero dñs decreuisset nõ amplius nobis loqui per prophetas, sed p ineffabilẽ misericordiã, pietatẽq; suã, placuit verbum æternum, suum quidẽ & charissimum, & coeternum filium, per quem mundus seruaretur, ac saluus fieret, mittere. Qui equidẽ hominis effigiem, atq; serui formã indutus, in hominũ oculis versabatur ante & post resurrectionem cũ hominibus familiariter agens, habitu inuentus est vt homo. Non modo propter pios & iustos, sed causa peccatorum, vt eos saluos faceret, venit. Visibiliter profecto vnà cum ijs comedit ac bibit, ac tãdem ab impijs Iudæis in crucẽ sublatus,

Deute. 21

Philip. 2

Tit. 1. 1. Corint. 2

Marci. 16

Matth. 20.

Matt. 10. 16 Marci. 8. 9 Luc. 9. 16

1. Cor. 1.

Esaiæ. 29

visibilẽq; ratione sua viscera in quatuor partes orbis terrarum extendit. Postremo vero omniũ D
neutiquam languenti, sed validissima voce aliquoties in cruce loquutus, tandem spiritum exha-
lauit. Hinc illa imaginum varietas à pijs pectoribus ac mentibus recepta, ad hanc vsq; memo-
riam religiosissime obseruatur. Quid enim obsecro te, amabilius est, quàm vagientem orbis ter
ræ dominum adhuc paruulum in bouis præsepio iacentẽ intueri? Quid magis erigat piã men
tem quam videre in medio templo docentem Iudæos, eum qui non nisi duodecim annos na-
tus erat? Quod spectaculum dulcius, quàm eum qui turbas salubriter erudierat, languentes re-
crearat, mortuos resuscitarat, in medio Iordane stantem à Iohanne baptizari aspicere? Vbi pe-
ctus vsq; adeo durum, quod non molliatur, & diuinis miraculis ab eo æditis mitescat maxime,
tum cum recordetur seruatorem suum pane tam viuifico pastos, eruditione q; tam salutari edo
ctos dimisisse vltima in cœna suos discipulos? Quis non ingemiscat, quoties mentem eo inten-
dat quod passis manibus in montem Oliueti vbertim promanantibus lachrymis orauerit, pau
lopost ab impijs, nepharijsq; hominibus crudeliter oppressus, arreptus, & vinctus per torrentẽ
Cedron raptus, nunc Annæ, nunc Caiphæ, nunc Pilato, nunc Herodi non aliter ac flagitiosissi-
mus latro delatus sit? Quis non commisereatur secum expendens coronam spineam, sputũ, fla-
gellum, illusionem, & hoc genus mille tormenta, quibus ad crucis supplicium vsq; adactus fuit,
ita vt sanctissimam animam pro totius mundi salute in paternas manus inclinato capite expi-
raret. Quum itaq; nulla res nobis æque commodaret, atq; passionis ac mortis suæ grata memo
ria, cuius nos non modo recordari ac meminisse, sed etiam annuntiare cõuenit, vt apostolus Pe E
1.Petri.2. trus nos monet. Et diuus Paulus signa passionis Iesu, quæ stigmata vocat, se in corpore gestare
Galat.vlt. gaudet ac exultat. Ideoq; in hoc signo crucis, q̃d olim apparebit in cœlo, imo in ipsissima cru-
ce domini nostri Iesu Christi, per quam salus, resurrectio & vita, gloriandum nobis perpetuo
existit. Nam diuus Paulus sedulo inculcat, & nos ad eius memoriam in sacramento altaris, præ-
cipue est cohortatus. Idcirco dominicæ conuersationis ac passionis in cruce frequentissimã me-
moriam imprimere volens ecclesia, in compitis, in biurijs, in angulis, in solitudinibus, & passim
in locis sacris ac prophanis crucem ac crucifixi dei nostri imagines erexit ad commonendum,
incitandum q; populum Christianum. Et hæc religio tot seculis adeo feliciter cecidit, præstat q;
quotidie, vt multos inueneris, tunc ad cor redire, ac sua agnoscere peccata, vbi conspexerint ima
ginem crucifixi, alioqui nihil tale cogitantes. Quando itaq; ipse post tot millia annorum, tandẽ
visibilis factus est, quid prohibet eum in monumentum nostrum formare visibilem? commu-
ni voto dicentes: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per crucẽ tuam redemisti mũ-
dum, Deo gratias.

SERMO XXV.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra

F

ARGVMENTVM.

Alias ac diuersas esse imagines Christianor̃ in altari, quam fuerunt olim Gentilium Idola contra hostes illarum.



EXplicatum est affatim dilectissimi fratres proxima contione, non si-
ne diuino mysterio, quasdã imagines in veteri testamẽto nõ eẽ reie-
ctas. Vnde patet etiã in Niceno secũdo & Cõstantinopolitano Cõ-
cilijs apud Græcos, sub Carolo vero magno in synodo Germanor̃
Franckfordiæ cõdẽnatos esse εἰκονομάχους. Quãdoquidẽ vero nostris
tẽporibus, hæc Feliciana hæresis ab inferis reducta sit, ea propter, de
crucis, crucifixi, diuæ virginis, ac sanctorum imaginibus nõnulla hoc
sermone dicemus, ad q̃d cherubin supra propitiatoriũ, dicẽdi mate-
riam ac ansam dedere nobis. Prætexũt hoies illi Euãgelici si dijs pla
cet. 1. Corinth. 10. scripsisse Paulũ de idolis & idololatris, & vt ab illis
maxime cauendũ sit. Ad Galat. vero. 5. dicũt idolor̃ seruitutẽ opus eẽ carnis, & q̃ hac seruitute
astricti sint, regnũ dei assequi nõ possint. Et 1. Petri. 4. apostolũ principẽ præmonuisse ab illici
1.Iohã.vlt. tis idolor̃ cultibus. Iohannẽ quoq; dilectũ Christi discipulũ primã canonicam hisce cõclusisse
Actor̃.15. verbis, Filioli custodite vos à simulachris. Quin & omnes apostolos præcepisse fratribus qui fue-
runt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ, vt abstinerẽt ab immolatis simulachror̃. Ecce inquiũt illi,
vt colũnæ ecclesiæ, idola & imagines prohibuerũt? Sed hic tu catholice, breui sermone rñdere
potes, rudes & ignauos Anabaptistas ignorare nomẽ de q̃ disputamus. Quo ergo rẽ ipam ca-
pere poterũt? Nos siqdẽ Chriani, nõ idola, sed imagines veneramur. Nõ vescimur idolothytis,

neq;

A neq; idololatræ esse volumus, quippe non idola colimus neq; adoramus, vt olim Aegyptij Isidem, Mauri Iubam, Macedones Cabyrum, Pœni Vranum, Latini Faunum, Romani Quirinũ, eodem vtiq; modo Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Delphi Apollinem coluere. Idolum itaq; proprio vocabulo Germani dixerunt, Abgott. Quasi hoc idolum à vero deo, cultorem auerteret. Nam si scripturam recte intueamur, idola pro dijs habita sunt, ita enim legitur. 31. Geneseos. Rachel rapuit idola patris sui, & quærit Laban: Cur furatus es deos meos? Iacob vero sic ait: apud quemcunq; inueneris deos tuos, necetur coram patribus nostris. Et sequitur, quod dicens ignorabat quod Rachel eẽt furata idola. Et iterum festinans illa abscondit idola super stramenta cameli, & sedit desuper. Ecce vt idola dij vocentur. Sic Hieremiæ secundo propheta prophetauit in Baal, & idola sequuta sunt. Sic psal. 113. simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominũ. Os habent & non loquentur. Oculos habent & non videbunt. Manus habent & non palpabũt. Pedes habent & non ambulabnnt, non clamabunt in gutture suo. His idolis olim idololatræ seruierũt. Ita Achab. 3. Regũ decimosexto, seruiuit Baal, eumq; adorauit. Sic aliqui seruierũt Belial sine iugo vel absq; domino, quales Anabaptistæ Belialitæ sunt, non recognoscentes dominum, sic & extremam in dementiam versi sunt nonnulli, vt etiam Beelzebub. i. deum muscarũ adorauerint. Ita Ochozias voluit consulere Beelzebub deum Acharon. 4. Regum. 1. Ita sub Moyse vitulum aureũ erexerãt, & hunc adorabant, dicentes. Hi sunt dij nostri. Exodi vicesimoquinto. Sic Salomon adorauit Asthartem Sydoniorũ deam. Chamos Moabitarum idolum, & Moloch Ammonitarũ. Sic adorati sunt duo aurei vituli in Dan. 4. Regum. 17. Sic obtulerunt filios suos & filias suas dæmonijs. Psalm. 105. Illud ipsum feciſſe dicuntur Achas, Manasses & Amon 4. Regum. 16. & 21. Et hoc est quod Deute. 32. lamentatus est Moyses, dicens: Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt dæmonijs & non deo, dijs quos ignorabant. Quis hic ergo nõ videt propterea idola prohibita, quod pro dijs habita sint. Ab illis enim expectabantur oracula responsaq;. Adorabantur pro dijs, & immolabantur illis non modo cãdauera bestiarum, sed etiam filij ac filiæ patrum, id quod pij catholici facere non consueuerunt, qui rerum præteritarum tantummodo habent imagines, quales in scriptura nullibi prohibitæ sunt, nec illas imagines idola sed Icones vocare solem9: nõ ignorantes aliud eẽ idolon, & aliud Icon, vnde veterum concilia non super idolis, sed iconibus habita sunt. Et sic nostri duo cherubin supra propitiatorium vultus habebant. Sic de Salomone legitur, quod thronum fecerit eburneum, vestiuerit q; illum auro mundissimo, ad hæc quoq; sex gradus, quibus ascendebatur ad solium, & scabellũ aureũ, & brachia duo altrinsecus, duosq; leones stantes iuxta brachiola, deinde alios duodecim leunculos stantes super sex gradus, ex vtraq; parte. Non fuit tale solium in vniuersis regnis. Idem Salomon sculpsit in templo cherubin super arcam fœderis in sancta sanctorum, posuit & mare æneum supra duodecim leones. Item adiectis picturis, figurisq; varijs, de quibus. 3. Regum. 6. Præter cætera autem valde quàm mirabile est, quod vno eodemq; capite ter de Salomone legatur, quomodo fecerit cherubin, atque picturas varias quasi prominentes de pariete, & egredientes, quodq; sculpserit cherubin, hæc tertio repetuntur. Quæ quidem omnia, vtpote boues, leones, leunculos, picturas, cherubin ac alia ipse Christus vidit, inuenitq; in templo. Et licet funiculo facto eiecerit ementes & vendentes, mensasq; nummulariorum euerterit, non tamen legitur, quod cherubin, quod leones, leunculos, boues, atque picturas templi, more Catabaptistarum nostrorum euerterit. Vidit ante ciuitatem structuram templi in Hierusalem, Ambulauit in templo ac porticu Salomonis, dum agerentur encœnia. Sedit in templo duodecim annos habẽs, ita vt principi sacerdotum ita responderet: Quotidie eram apud vos docens in templo. Sed aduersus imagines nihil horum attentasse deprehenditur vllis in scripturis. Cæterum, tametsi idola dæmoniorum prohibita sint, in Euangelio tamen nusquam reperitur prohibitas esse imagines, quin potius imaginem crucis saluator ille noster in cœlum statuit. Ita enim Matth. 24. ipse de nouissimo die sic inter cætera prophetauit: Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, virtutesq; commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in cœlo. Ecce quid hic Anabaptistæ contra catholicos dicere poterunt? Signum filij hominis, quod ipsi conculcant, adparebit in cœlo, certe tanta altitudine eleuatum, vt hic eorum temeraria iconomachia ac iconoplastia, locũ habere non possit, quando hoc signũ crucis erit in cœlo, dum dñs ad iudicandũ venerit. Hoc signo crucis à tẽporibus apostolorũ, se suasq; frontes munierũt cũcti Christifideles. Hac eñ cruce sic gloriatur Paulus, vt inter Corinthios se aliud nescire ingenue testatus sit quàm ipsum Iesum & hunc crucifixum. In professo est tam confidentem Paulum, de nulla vero alia re gloriatum, quàm de cruce dñi nostri Iesu Christi, & q̃ prædicauerit deũ & hunc crucifixum. Vides itaq; vt signũ filij hominis olim sit ita futurũ, vt obscurato sole, luna nõ dante lumen, stellisq; cadentibus, solũ signum filij hominis apparebit in cœlo? En itaq; q̃ sancte, quã q; religiose huc vsq; seruarit ecclesia, vt iuxta sacrarium dñi ad honorẽ Eucharistiæ seruet crux, & imago

3. Reg. 11

2. Para. 9

2. Para. 5

Matth. 21

Marci. 13
Iohan. 10
Luc. 2
Luc. 22

1. Corꝝ. 2

cruci-

crucifixi? Hac ipsa meditatione: sicut olim apud Aegyptios in literis Hieroglyphicis: signũ crucis (teste Orosio) mysterij maximi fuit. Et Thau apud Hebræos benedictionẽ secretã indicauit, ita in religione catholica cuncta sacramenta, signo crucis dari consueuerunt. Vt veluti in testamento veteri angelus ille percutiens signatam domũ præterijt, ita & quisquis hoc signo crucis sese munire studuerit, saluus erit. Quod ex Ezechiele clarius denotatur, quando gloria domini Israel assumpta est de cherub, quæ erat super eum ad limen domus. Scriptori dictum est à domino: Transi per mediam ciuitatem, in medio Hierusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius, senem vero, adolescentulum, & virginem, paruulum & mulieres interficite vsq; ad internitionẽ. Omnem autem super quem videritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Ibi profecto re ipsa apparet, quantum possit signum crucis, quod etiam in Ezechiele cepit habere locũ. Iam cuiuis in promptu est cognoscere, quàm temere, audenter, ac pari impietate crucis & crucifixi imagines, à Catabaptistis Iconomachis euertantur. Proculdubio intra pectora versantes, id quod Nabal impius & Atheos in corde voluit non esse deum. Qui enim fieret? vt tanta insania, quasi furiosissima rabie moti, concitarentur aduersus imagines, tam certo commonentes, vt passionis & beneficẽtiæ Christi memores essemus, nisi plane impij ac desperatissimi eẽnt. State itaq; fortes ac constantes in fide aduersus principem huius mundi, faxit deus.

Exodi. 12.

Ezech. 9

SERMO XXVI.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra, serm. i.

ARGVMENTVM.

De labro & mari æneo iuxta arcam.



Vperrima cõcione satis (nisi sallimur) prolixe in medium adduximus, qua ordinatione diuina, arca domini, propiciatorium, & duo cherubin constituta fuerint: Supereſt igitur, vt simul quædam alia arcana intelligatis. Et ecce Exod. 30. sic loquutus est dominus ad Moysen, dicens: Facies labium æneum, cum basi sua ad lauandum, ponesq; illud intra tabernaculũ testimonij & altare. Et missa aqua lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas & pedes, quando ingressuri sunt tabernaculũ testimonij, & quando accessuri sunt altare vt offerant in eo thymiama domino, ne forte moriantur. Legitimũ sempiternum erit ipsi & semini eius per successiones. Tale etiã mare æneum fecit Salomon ex hoc ære, quod tulerat rex Dauid de Bethe & Beroth ciuitatibus ad Abazer regis in Zoba. De qua victoria. 2. Regum. 8. Fuit autem hoc labium & mare æneum figura. Vt sicut in veteri testamẽto, nemo ad arcam appropinquare ausus est, nisi qui manus iuxta ac pedes lauerit, ita & in testamento nouo, nemo sumerere atq; accedere debet ad Eucharistiã, nisi mundissime lotus. Et hoc est, quod in Iohanne Euangelij historia docet, Iohannis decimotertio: Quod à cœna surrexerit Iesus & posuerit vestimenta sua. Et quum accepisset lintheum, præcinxit se, deinde misit aquã in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum & extergere lintheo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit ei Iesus: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Aqua hæc primo omnium necessaria est, regenerationis videlicet, per baptismum. Hæc est illa aqua, de qua Ezechiel: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab oñibus inquinamentis vestris. Hac aqua regenerari nos omnes voluit Christus, Iohannis tertio dicens: Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Hæc aqua regenerationis, figurata est per aquas rubri maris, Exodi decimoquarto: Quod quidem mare tranſierũt omnes Israelitæ tam senes quàm paruuli, & diuisa est aqua, ingressiq; sunt filij per medium ficci maris. Erat enim aqua quasi murus à dextra, leuaq; se erigens, persequentesq; Aegyptij ingressi sunt post eos, &c. De qua re sic Paulus inquit apostolus: Patres nostri oñes sub nube fuerunt, & oñes mare tranſierunt, & oñes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & oñes eundem potum spiritalem biberũt. Hic Caphar naitæ, Philistæiq;, psequutores arcæ fœderis aduertant, qd hoc sibi velit, qd figura trãsitus maris rubri cũctos figurarit Israelitas, senes inquã & iuuenes. Ipsi vero pro sua ptinacia, figurã illis

Ezech. 36

1. Cor. 10.

A illis testimonio Pauli contingentem tollere præsumunt. Attamen hodierni diei epistola, quæ iuxta ritum catholicũ inter sacra mysteria publice lecta est, quasi claua Herculis & pastoralis fundæ Dauidicæ instar, frontes illorum perfrictas ac meretricias prosternit. Sic enim Romanos Paulus, & ipse ciuis Romanus, docuit: Quicũq; baptizati sumus in Christo Iesu, in mortẽ ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ecce quicqd ex Paulo Catabaptistæ, persecutores arcæ, vrnæ, & mannæ dominici audiunt, habent illi quasi fundamentum perpetuum, asseuerantes, quia Christus Marci. 16. dixerit: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, Qui vero non crediderit, cõdemnabitur. Ecce, inquiunt Anabaptistæ nostri: Nemo credere potest nisi doceatur & intelligat. Et quia pueri iam pridem nati doceri non possunt, nec doctrinam accipiũt, ergo baptizari non debent. Si sic Euangeliũ intelligi debeat, quid restabit aliud, quàm ꝙ multa centena millia puerorum, qui à Christianis parentibus quotidie nascuntur, pro condemnatis (quod deus auertat) censendi sint? Nam post primã orationis partem mox placuit Christo subiungere: Qui non crediderit, condemnabitur. Nec adiecit, qui vero non crediderit & non baptizatus fuerit, condemnabitur, quasi tacitus indicare voluerit, vt etiam is saluetur, qui propriam fidem non habeat, modo baptizatus fuerit. Veruntamẽ quisquis Matthæi Euangelium adamussim perpenderit, huic patebit non fine mysterio dictũ esse à domino: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus
B sancti, docentes eos seruare omnia quæcũq; præcepi vobis. Animaduertendum est hoc loco, vt hic docere post baptismum tenebantur apostoli. Sed quid multis hac parte indigemus ambagibus, quum hodiernæ diei nobis satisfaciat epistola, manifeste declarans, ꝙ quicũq; baptizati sumus in Christo Iesu, in mortẽ ipsius baptizati sumus. Quum infantes itaq; ritu catholico baptizentur quotidie, in mortem certe Christi istud fieri indubitatũ est. Hæc autẽ mors Christi nobis dulcissima vtilissimaq;, nõ solũmodo adultis & senibus illis gloriosis thrasonibus Cata baptistis profuit, sed ita testimoniũ scriptura phibẽte, profuit oñibus, vt nec pueri excluſi sint. Sic enim scriptũ est: Sicut in Adam oñes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabunt. 1. Corinth. 15. Neq; mirum. Nam omnes peccauerunt & omnes egent gratia dei, ad Roma. 3. Et hoc est, quod dominus Iohannis duodecimo testatur: Omnes traham ad meipsum. Deinde. 1. Timoth. 2. Ipse est qui vult omnes homines saluos fieri. Saluos autem nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouatione spiritus sancti, quem effundit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum. Et. 1. Petri. 1. Benedictus sit deus & pater domini nostri Iesu Christi, q secundum magnam misericordiam suam, nos regenerauit in spem viuam Iesu Christi à mortuis, & hoc est de agno subintelligendum, qui totius mundi peccata sustulit. Accedit eo loci, qd 1. Corinth. 15. Paulus tradit apud Corinthios, nonnullos baptizari pro mortuis, quæ authoritas etsi pro suffragio mortuorum efficacissima sit, multiq; momenti, attamen nihilominus aduersus Catabaptistas quoq; veluti acerrimum telum vsurpari recte poterit. Non desunt autem, q putant ex Græcis hoc haberi, vt ὑπὲρ Græca dictio, pro super accipiatur. Sed Pauli consuetudo
C hæc fuit, vt plerũq; ὑπὲρ, non pro super accipiat, id quod etiam in verbis domini ac Petri clarius fieri videmus. Nam Lucas ita scribit: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, & hic est calix noui testamenti in meo sanguine, qui pro vobis fundetur. Rursus ipse Paulus ad Corinthios: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradet. Trino itaq; in loco Græcis ὑπὲρ est, quod plane pro, significare, nemo inficias ierit, quemadmodum in Matthæo & Marco eadem de re. Ideoq; vt non recte poterimus, ita non temere affirmare debemus ὑπὲρ, nunquàm non super significare, quum in prædictis locis non super, sed, pro, significet. Adde quod in Petro & Paulo plerunq;, quum de Christi passione sermo fit, ὑπὲρ non nisi, pro, significat. Sic. 1. Petri. 2. Chrs passus est pro nobis, vbi Græce ὑπὲρ ἡμων. 2. Cor. 5. Sic vnus pro oĩbus mortuus, ergo oẽs mortui sunt, & pro oĩbus mortuus est Chrũs, ita etiã, vt qui viuũt, iã nõ sibi viuãt, sed ei, q ipse mortuus est & resurrexit. Ecce ter pro, & toties Græce ὑπὲρ positũ est, ad Roma. 5. Christus pro impijs mortuus est, vix enim pro iusto qs moriť, nã pro bono forsitan qs audeat mori? Ecce iterũ ὑπὲρ idem vult quod pro, & sequitur: Christus pro nobis mortuus est. 1. Corinth. 15. Christus mortuus est pro peccatis nostris, secũdum scripturas. 1. Petri. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis & sexcenta præterea sacrarum literarum loca testãtur ὑπὲρ Græce, pro, latine facere. Restat itaq;, vt baptizari pro mortuis hucusq; recte & latinissime dictum sit, non quidem vt baptizati super mortuorum cadauera positi sint, sed ꝙ pro catheciminis, præmatura & inexpectata morte, præuentis nonnulli baptizati sint, ita hoc mare æneũ, super duodecim boues extructum baptismi lauacrum figurauit, & transitus rubri maris, quia seniorum & iuniorum paruulorum fuit, ideo & omnes mare rubrum transiisse, quando dicit Apostolus. Propterea firmissime tenendum est à lotione seu tinctionc sancta nec esse excludendos infantes.

Roma. 3

Matth. vl.

Roma. 6

Titum. 3

1. Petri. 1

Luc. 22

1. Corint. 11

Sermo

IOHAN. FABRI EPISCOPI VIENNEN.

SERMO XXVII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De aqua pœnitentiæ & cerimonijs eius.



Declaratum est sermone superiori, quo pacto instituerit dominus, vt esset labium, vel mare æneum, in quo conseruabatur aqua pro his, qui volebant propius arcam accedere. Et quoniam aqua baptismi nonnihil ad causam nostram pertinere videbatur, idcirco de hac aqua singulis Christifidelibus necessaria, nonnulla diximus. Sed ecce vt hodierna celebritate nobis mulier in ciuitate peccatrix occurrit, quæ nobis aliud genus aquarum ostẽdit, cuius si historiam euoluimus, deprehendimus eam plerunq; flentem atq; plorantem. De illa em̃ Iohan. 11. legitur, ꝙ sororem habuerit Martham solicitam, Lazarum vero fratrem, quo mortuo, tam impense in Bethania fleuerit, vt etiam ex Hierosolymis Iudæi venerint ad consolandum eam. Et quum à magistro vocaretur domum exiens, ilicò dicebant, vadit ad monumentum vt ploret ibi. Ad Iesum vero veniens, cecidit ad pedes eius, ac plorans ait: Domine si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. Et hoc fletu non modo ludęos, sed & ipsum Christum ad lachrymas commouit. Quid quod Iohan. 20. de eadem Maria Magdalena sic legitur, ꝙ steterit ad monumentum foris plorãs. Cum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu. Dicunt illi: Mulier quid ploras? Dicit eis, quia tulerunt dominum, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc quum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat, quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras, quem quæris? Illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei: Domine si tu sustulisti eum dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. In hodierno vero Euangelio, Lucæ. 7. ploratrix illa venit ad Iesum in domum pharisæi, stans retro secus pedes domini, & non modo osculabatur pedes, & vngebat vnguento, sed ꝙ in primis admirandum est, traditur lachrymis rigasse pedes eius, atq; capillis capitis sui tersisse. Quæ quidem aqua lachrymarum adeo efficax, adeoq; grata fuit, vt mulierem hanc erga Simonem, saluator noster, pulcherrima similitudine laudauerit, ac testatur latius: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et ad hæc saluberrimum adiecit vale, dicens: Fides tua te saluã fecit, vade in pace. Hac aqua lachrymarum, quotquot peccauimus, & archam fœderis, hoc est Eucharistiam, accedere volentes, lauandi simus. Est enim hic ille aureus imber, quo nostra lauantur peccata. *Sic in veteri testamento Dauidi post adulterium & technas Vriæ militi structas, nulla medicina profuit, præterquã vbi sese hac aqua lauit. Sic psal. 45. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sic psal. 6. Laboraui in gemitu meo. Lauabo per singulas noctes lectum meum, Lachrymis meis stratum meum rigabo. Sic psal. 55. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Iam producatur alius rex, cui non parum profuerunt lachrymæ. Quippe de Ezechia rege sic legitur: Aegrotauit Ezechias vsq; ad mortem, & introiuit ad eum Esaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit dominus, Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues. Et cõuertit Ezechias faciem suam ad parietem, orans ad dominum, & dixit: Obsecro domine, memento quæso, quomodo ambulauerim corã te in veritate & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim, & fleuit Ezechias fletu magno. Et factũ est verbum domini ad Esaiam, dicens: Vade & dic Ezechiæ, Hæc dicit dominus deus patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, ecce ego adiiciam super dies duos quindecim annos & de manu regis Assyrioꝝ eruam te & ciuitatẽ istam & protegam eam. Hoc autem tibi erit signum à domino, quia faciet dominus verbum hoc quod loquutus est. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum, decem lineis, & reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. De Achab vero rege omnium pessimo: Posteaquã Nabuth Israelitam virum pauperem occidi fecerat, illiq; propheta Helias nuntiasset iram domini, confestim scidit vestimenta, operuitq; cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo domini ad Heliam Thesbiten, dicens: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Ecce vt lachrymæ pœnitentiæ etiam efficaces fuere in testamento veteri. Sed & in nouo testamento, exemplo Magdalenæ peccatricis, etiam exemplo Petri amarè lachrymandũ est nobis, si quando ad iracundiam deum prouocauerimus. Lachrymatus est Iesus super Lazarum quadriduanum fœtẽtem, quo mystice peccatores indurati fuere

Iohan. 12

2. Reg. 11.

Esaiæ. 38

3. Reg. 21.

Lucæ. 7
Iohan. 12

A fuere designati, super quorũ duritia & impœnitens cor lachrymatus est dñs. Super peccatricẽ vero & obstinatam ciuitatem Hierusalem ita fleuit, vt suo fletu aposioposin committeret, præ fletu eñ sententiam proferebat semiperfectam, flens eñ super ciuitatem, ait: Quoniam si cognouisses, & tu. Porro pro peccatis nostris satisfaciens, ac nos à chirographo mortis liberare volens, quũ in cruce penderet, clamore valido & lachrymis supplicationẽ patri suo cœlesti obtulit, qui etiam pro sua reuerẽtia exauditus est. En si ille, qui est speculum & agnus sine macula, quiq; peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, lachrymatus est propter peccata nostra. Quid prohibere potest, quo minus & nos peccata nostra deflere non debeamus? Habent lachrymæ promissionẽ in scriptura sanctissimã. Nam in Psal. sic habetur: Qui seminãt in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes aũt veniẽt cum exultatione, portantes manipulos suos. Et hoc est quod Lucæ. 6. docuit Christus: Væ vobis, qui habetis consolationẽ vestram. Et qui ridetis nunc, quia lugebitis. Ediuerso, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Matth. 5. Et hoc in vniuersum innuit historia de diuite & Lazaro. Diuiti eñ in flamma cruciato & extremi digiti partem in aqua refrigerandã petenti, dicitur: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc aũt hic consolatur, tu vero cruciaris. Fodiendus est nobis itaq; puteus cũ Iacob. Proficiscendũ est nobis omnino cum Israelitis in Marath, Exodi. 15. vbi sunt aquæ amarissimæ, quæ nullo pacto vertuntur in dulcedinem, nisi per lignũ crucis. Non ergo abs re propheta & Psaltes ille regius, hãc terram

B vallem dixit esse lachrymarũ. Sic eñ psalmo. 83. legitur: Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarũ, in loco quem posuit. Etenim benedictionem dedit legislator, Ibunt de virtute in virtutem, & videbitur deus deor; Sion. Vides igitur hic, q; quicunq; sancte ambulat in valle lachrymarũ, benedictionem habebit à domino, & videbit adhuc deor; deum in Sion. Hæc est illa aqua, qua Iudith illa mulier pacem impetrauit à domino. Hæc est illa aqua inquã, qua Tobias cum Sara propitium sibi fecere dñm deum, Tobiæ. 3. 7 &. 10. qua etsi nos hoc turbulentissimo & periculosissimo tempore vsi fuerimus, etiam aduersus crudelissimos Turcas, proculdubio victoriam & pacẽ consequuturi sumus. Et id genus gemitibus ac lachrymis probare se debet homo, primo antequã de pane illo sacrosancto edat, aut de benedictionis calice bibat. Sed sunt superciliosi hic nonnulli hæretici, sanctã hodierni Euangelij historiã parũ considerantes, minusq; curantes, q; cerimonias in se multas habeat, contineatq;, vtpote q; mulier, quæ alibi in Euangelio sedit ad pedes domini, auditq; verbum illius, partemq; elegerat optimã, hic stet verecunda retro secus pedes dñi, pedes lachrymis rigans, capillis tergens, vnguento vngẽs, osculata est. Ipsi vero nostror; tempor; hæretici, instar Iudæ illius Ischarioth, cerimonias Euangelij damnant, quibus breuiter respondendũ erit: Cerimonias Euangelij nullo pacto reijciendas aut damnandas. Siquidem in Euangelio datur videre cerimonias complures, id quod primo circa orationẽ si voles animaduertes, ita vt clarissime testatũ sit, dominũ non vno loco, sed sæpius & diutius orasse, maxime tum, quando solus in monte, in deserto, circa Iordanem, in monte Oliueti, cæterisq; non paucis sane locis orauit. Deinde eum in genua de-

C uolutum ad patrem orasse palã est. Et hæc inquã genuum deuolutio, si vetus testamentũ excutias, cum primis in vsu fuit. Ita coram Helia sancto propheta flexis genubus orauit quinquagenarius, in hoc videlicet, ne ab igni cœlesti consumeretur. Similiter & Salomon inclinatis genubus, tendens manus ad cœlum coram omni populo, dum deũ cœli terræq; orauit. Eadem oratione Esdras causa populi Israelitici, discidit pallium ac tunicam, tum captis ac barbæ pilis euulsis, ad sacrificium vespertinũ flexis genubus, extensisq; ad dominũ manibus orauit. Sic pariter Euangelium prodit de eo, qui pro filio suo lunatico orabat. Porro legitur de Simone Petro, qui ad genua Iesu procubuit. Deinde diuus prothomartyr Stephanus, quũ genua incuruasset, intentissima voce clamauit, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatũ. Ita etiam Petrus se nobis offert in historia euangelica, vbi de eo legimus, q; posteaquã ad viduam, demortuæ filiæ casum flentem peruenisset, flexis genubus ad deum orans, puellam Thabitam (quæ Dorcas interpretatur) ad vitam reuocauerit. Id autem hominũ genus genua flectentium, maximus numerus atq; adeo grex, hincinde tum in Paulo, tum cæteris (quorũ doctrina ac authoritate ecclesia catholica edocta est) reperitur. Vnde nos colligere conuenit, Christianum hominem decere in primis, vt non tã in priuatis q; publicis orationibus, cordis genua more Manasses, tum vero in primis corpora flectat coniunctis externis cerimonijs, quemadmodum ingenue fatetur electum, perpetuisq; orationibus refertũ vas, diuus Paulus, id in more suo frequenter positum esse, vt ad dominum deum suum iugiter genua flexerit. Accedit huc, quod idem Apostolus nos instituit in nomine Iesu, cœlestium, terrestrium, atq; infernorum, omne genu flectendũ esse. Imò & aliæ quædam cerimoniæ radices egerunt in orationibus, quibus inualuit, vt non solum ad genua, verum & super faciem prouoluamur, sequentes in hoc Christum, qui quasi exemplo idem nobis in monte Oliueti proposuit. Ita & Abraham ad colloquium dei in faciem suã procidit. Ita simulatq; gloria domini populo apparuit, confestim in facies suas prostrati incubuerunt. Eum mo-

Lucæ. 19.
Hebræ. 5.
Psal. 125.
Lucæ. 16.
Gene. 26
Lucæ. 10
Lucæ. 7
Marci. 6
Luc. 22.
Iohan. 17
4. Reg. 1
2. Para. 6
1. Esd. 9
Matth. 17
Actor. 7
Actor. 9
Philip. 2
2. Timo. 3.
Matth 26
Gene. 17

rem imitati sunt,& Moyses & Aaron,in conspectu multitudinis populi Israel.Eo quoq; pertinet,quod legimus de Tobia seniori ac iuniori,qui tribus horis in faciem inclinati, benedixerunt domino.Quid dicemus nunc de Iudith,quę posteaq̃ caput Holophernis Achior ostendisset,cadens in faciem suam,ante pedes eius adorauit eam.Quin insuper, vt in monte Thabor dominus tranffiguratus apparuit,è vestigio tres è suis discipulis in faciem procidentes, tantisper terræ incubuerunt,quoad eos dñs tangeret.Illud vero p̃tereundũ nõ est, q̃ ecclesia in orationibus exteriores quosdã interioris mentis affectus prodit,maxime tum quando sublatis manibus, extensisq; brachijs,suspirando clamat ad dominũ, dicens: Oremus, Concede quæsumus, Quas quidem cerimonias exemplis neutiquã friuolis subnixas,comprobare in procliui est. Quandoquidem si paulo latius in veteri testamento periculũ legendo feceris,reperies nimirum Moysen, quum orationibus suis ad deum sublatis brachijs intercederet pro populo Israelitico, aduersus Amalechitas in Raphidim belligerantes,victoriam obtinuisse.Sic pari ratione Salomon vtrisq; genubus in terram positis,manibusq; in cœlũ erectis,populo Israelitico benedixit. Similiter & Esdras posteaq̃ aperto libro legem dei legere corã populo cœpisset,confestim sublatis manibus flexisq; genubus adorarunt dominũ. Porro Christus sub ascensionem suam manibus sublatis benedixit suos,quibus benedictis,cœlos tum demum ascendit. Hinc est quod neutiq̃ temere electum vas Paulus,doctor gentium.1.Timoth.2.scripserit: Volo orare viros in omni loco,sustol lentes puras manus absq; ira & disceptatione.Consimiliter & mulieres in amictu modesto cũ verecundia & castitate ornare semetipsas. Deinde sacræ literæ testantur sæpenumero quosdam ad terram vsq; in facies suas procidisse.Ita Leuitici.9. populus vbi laudasset dominũ, in faciem prostratus iacuit.Id quod vterq; Tobias,senior videlicet ac iunior intellexerunt,quando ad tres horas angelo Raphaele ab eis dimoto in facies prociderunt suas.Hoc pacto (sicuti paulo superius ostensum est)Achior videns caput Holophernis,in faciem procubuit suam. Et dñs ipse in monte Oliueti,idem facere coram patre cœlesti non erubuit.Huic vero non dissimile est,de leproso Samaritano,qui vt se pristinæ sanitati restitutum mundatumq; vidit,rediẽs tanquã gratissimus ante conspectũ domini,in faciem suam procidit,gratiasq; egit. Cæterũ omnibus constat,qua humilitate publicanus in templo pectus suum percutiens,deprecatus sit dominũ. Tum (vt in confesso est) nonnulli sub cruce pectora sua percusserunt,id quod Lucas cap.23.testatur aperte.Ex his itaq; conuincuntur hi,qui à missa,cæterisq; diuinis officijs,cerimonias auferre nituntur.Quod si cerimonias ab Euangelio scripto sustollas, reuera magna ex parte charta tibi remanebit vacua.Inuenies quippe hic saluatorẽ,facientem lutum e sputo,scribentem in terram, immittentem digitos in aures,tangentẽ linguam ac manus,& multa his similia facientẽ. Permanendũ est itaq; nobis in arca ecclesiæ,& veniente diluuio,cũ Noe ac suis salui erimus.Amen.

Tobiæ.3 Iudith.13 Matth.17 Exodi.17 3.Regũ.8 2.Esd.6 Acto.1. Iudith.13 Matth.17. Matth.26 Lucæ.17 Iohan.19 Iohan.8 Marci.7.

SERMO XXVIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri,&c̃.vt supra, serm̃.1.

ARGVMENTVM.

De gratia dei ad Eucharistiam.



Vxta labium & mare æneum,duos antea sermones fecimus,de aqua baptismi,&aqua lachrymarũ amarissima.Et quia sub iuxtaq; templũ Salomonis, in quo seruabat & posita fuit arca fœderis, aqua de Siloe fluxit.Eapropter de hac aqua & nulla alia dicemus.Notissimũ autem est,Siloam fontem esse ad radicẽ montis Sion,qui non iugibus aquis, sed incertis horis diebusq;, & per terrarũ concaua ebullire consueuit. Audiamus primo loco quid scripturæ testẽtur de aquis Siloe,Esaiæ.8 sic ille propheta diuinus ait: Pro eo q̃ abiecit populus iste aquas Siloe quæ vadunt cũ silentio,& assumpsit magis Rasin & filium Romeliæ, Propter hoc ecce dñs adducet super eos aquas fluminis fortes & multas,regem Assyriorũ & omnem gloriam eius.Iohãnis autem.9.dominus Iesus,posteaquã super oculos cæci nati,lutum fecit e sputo,liniuitq; lutum super oculos cæci,dicit: Vade,laua in natatoria Siloe.Hanc quidẽ aquam multo tempore etiam doctiores nõ intellexerunt, qualis & q̃admirabilis esset.Sicut nec illam plane nouerunt,quæ (Iohan.5.)Hierosolymis erat probatica piscina, quæ cognominabatur Hebraice Bethsaida,quinq; porticus habens,in quibus iacebat multitudo magna languentium,cæcorũ,claudorum,aridorum,expectantium aquæ motum.Angelus autẽ domini descendebat secundũ tempus in piscinam,& mouebatur aqua,& qui prior descendisset in piscinam,post motionẽ aquæ,pristinæ sanitati,imo omni valetudini restituebatur,quacunq;

tandem

A tandem laborasset infirmitate. Hanc aquã, tempore Christi futurã, præuidit Ezechiel, sic dicẽs: Conuertit me dñs ad portam domus, & ecce aquæ egrediebãtur subter limen domus ad orientem. Aquæ aũt descendebant in latus templi dextrũ ad meridiem altaris. Et ecce aquæ redundantes à latere dextro, quũ ingrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me ad aquam vsq; ad talos, rursusq; mensus est mille, & traduxit per aquã vsq; ad renes, & ait ad me: Aquæ istæ egrediuntur à tumulis sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, & intrabunt mare & exibunt, & sanabũtur aquæ. Et omnis anima viuens, quæ serpit, quocũq; venerit torrens, viuet, & erunt pisces multi satis. Postquã venerunt illuc aquæ istæ, & sanabunt & viuent omnia ad quæ venerit torrens, &c. Per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur. De monte itaq; Sion iuxta Hierusalem, & sub porta domus templi ebullijt aqua, aqua quidẽ Siloe, quæ cũ silentio venit, qua sanabantur ægroti, est ipsa diuina gratia, cuius spũs vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat. Hæc est aqua expiationis, qua mundant qui ægrotant. Aqua quidẽ diuinæ gratiæ, hæc aqua præfigurata fuit Gene. 2. vbi legitur, quomodo fons ascenderit de terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Et iterũ: Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ paradisum, qui inde diuisus est in quatuor capita. Nomen vni Phison, nomen secundi Gyon, nomen fluminis tertij Tigris, nomen quarti Euphrates. Sed & Iohan. 4. de hoc fonte legitur, vt iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph, fons erat Iacob, super quẽ fatigatus ex itinere sedit dñs. Et quũ venisset de Samaria mulier haurire aquã, dixit ei Iesus: Da mihi bibere. Ezech. 47. Iohan. 3

B Discipuli eñ eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerẽt. Dicit ergo ei mulier Samaritana: Quomodo Iudæus tu quũ sis, bibere à me poscis, q̃ sum mulier Samaritana, nõ eñ coutuntur Iudæi Samaritanis? Respondit Iesus & dixit ei: Si scires donũ dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petijsses ab eo, & dedisset tibi aquã viuam. Dicit ei mulier: Dñe, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam? nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterũ: qui aũt biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternũ. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Sed per hanc aquam, quæ salijt in vitam æternã, nihil aliud intelligi potest, q̃ aqua illa, quæ super cœlos est gratiæ diuinæ, sine qua omnis terra arida & sterilis est. Et sicut absq; rore & pluuia cœli non vllus fructus nascitur, ita & absq; gratia dei, nihil gratũ, nihilq; deo acceptũ & fructiferum fit. Propterea sub Helia. 3. Regũ. 17. vbi tribus annis & sex mensibus pluuia non venit facta fuit magna fames in terra, & benedictiõis loco habitum est, dari pluuiam temporibus suis Leuit. 26. Vnde Deut. 28. Aperiet dominus thesaurũ suum vltimum, cœlum, vt tribuat pluuiam terræ. Maledictionis vero loco habitũ est, Quod super montes Gelboe. i. aceruo pluuiali, vbi ceciderunt fortes Israel, Saul etiam cũ tribus filijs suis, posthac nec ros nec pluuia cadere debuerũt Et nõ sine mysterio Axa mulier ait ad Caleph: Da mihi benedictionẽ, qa & terrã arentẽ dedisti mihi, da mihi & irriguã aquis. Dedit ergo ei Caleph irriguũ supius & irriguũ inferius. Quicqd ergo citra aquæ liquorem constitutũ fuerit, aridum continuo ac sterile redditur. Vnde sic de du-

C odecim fontibus in Helim legitur, q̃ iuxta illos castrametati sint filij Israel. Et Canticor. 4. Puteus aquarũ viuentium laudatur. Psal. vero. 35. Domine apud te est fons vitæ. Et Psal. 31. Quem admodum ceruus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. De hoc Hieremiæ. 2. sic lamentatur dominus: Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & cisternas sibi foderunt dissipatas. De se vero Christus ait: Qui credit in me, de ventre eius egredientur flumina aquæ viuẽtis. Huc vos omnes sitientes venite ad aquas, aquas nempe diuersarũ gratiarum dei. Has aquas, vtpote gratiam, apprime necessarias in varijs scripturarũ locis & testimonijs, quis ignorat? Sine me (inquit saluator) nihil potestis facere. Propterea diuus Paulus Apostolus, epistolas ad Romanos, Corinthios, Colossenses, Thessalonicenses, Ephesios, Philippenses, Timotheum ac Titum, à gratia ac pace exordiri solet. Et. 1. Corint. 15. Gratia dei sum id quod sum. Et ad Ephe. 4. Vnicuiq; nostrum data est gratia secundũ mensuram donationis Iesu Christi. Et iterum: Non sumus sufficientes ex nobis aliquid cogitare, quasi ex nobis, sed nostra sufficientia ex deo est. Gratia itaq; saluati sumus, per fidem Iesu Christi, cuius quidem gratiæ magnitudo ineffabilis hodie in Magdalena apparuit: nempe q̃ Christus hodie, post effusas lachrymas Magdalenæ ait: Fides tua te saluã fecit, superabundantis gratiæ ac benignitatis diuinæ officium fuit, vt misericordiam suam plene ac superabundanter super peccatricem effuderit, quæ oleum tam fragrantis odoris effundere non est grauata, imò & alibi mulierem aliam in adulterio deprehensam, Iohã. 8. lapidari non permisit, sed posteaquam secunda vice scripsisset in terram, ait illi: Vade, & iam amplius noli peccare. Matthæi vero. 15. Chananææ mulieri dicit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicuti vis. Viduæ vero, cuius efferebatur filius defunctus vnicus, maiorẽ grãm facere non potuit, q̃ vt illi filiũ suscitaret. Si iam respiciamus ad gazophylatium, quis ignorat, quanto studio commendauerit dominus hanc

Exodi. 15

Iohan. 7

Iohan. 16

2. Corin. 1.

Luc. 7

Ibidem.

viduam,quæ duo minuta æra misit in gazophylatium,Matth.21. De muliere autem,quæ passa D
fuit fluxum sanguinis duodecim annis,Matth.9. legitur: Huic quid Christus maius præstare
potuerit non video,q̃ vt hanc sanaret e solo fimbriæ suæ tactu. Ex his alijsq; Euangelij sacris
scripturis ac historijs in comperto est,aquã diuinæ gratiæ,quasi pluuiam in tempore opportu-
nam à Christo cunctis hominibus,& potissimum sexui muliebri largiter effusam & condona-
tam esse.Hanc vero gratiam,& quidem multiplicem in Eucharistia sumimus. Nam & ea occa
sione Eucharistia nomen habet à gratia,& gratiarũ actione.Et sic à gratia dei vita procedit ani
mæ,ita vt iuxta Punicorũ sententiam hoc sacramentũ ipsissima vita est.Omnes itaq; sitientes
venite ad aquas,& haurietis gratis aquas de fontibus saluatoris,figuratis per duodecim fontes in
Exodi.15 Helim. De his quidẽ aquis prophetatũ est Zacha.14.vbi sic legitur:In die illa exibunt aquæ vi
uæ de Hierusalẽ,medium earũ ad mare orientale,& medium earũ ad mare nouissimũ, In æstate
& hyeme erunt,& erit dñs eorum super omnem terrã.Hæ sunt aquæ illæ purissimæ,Ezech.31.
Apoca.21. Reuertamur itaq; ad domum dñi,vbi agnus in medio throni est, qui nos deducet ad vitæ fon-
tes aquarũ & absterget deus omnẽ lachrymam ab oculis nostris.Amen.

SERMO XXIX.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri,&c. vt supra

ARGVMENTVM.

De mensa domini & communione sub vna specie. E



Hebræ.5 Marci.8 Psal.146 Odiernum Euangelium,quod nobis sese offert,tale est, vt longo ser-
mone diuinã & ineffabilem in Christo misericordiam p̃dicare dare-
tur.Quandoquidẽ sermo multi momenti est, quod Christus ponti-
fex,qui potest cõpati infirmitatibus nostris,ad discipulos ait:Mise-
reor super turbam,si dimisero eos ieiunantes,in via deficient. Ecce vt
is,qui dat escam omni carni,pullis etiam coruorũ, & omnibus inuo-
cantibus eum,Qui aperit manũ suam,& implet omne animal bene-
dictione, Qui producit in montibus fœnũ & herbam,seruituti ho-
minum,& dat iumentis escam ipsorũ, etiam hodie pascit in solitudi-
ne quatuor milia virorũ. Cæterũ esset hac parte vberrima prædican
di materia,q̃ ex amore audiendi verbum domini,turba Christum triduo sustinuit, & q̃ non-
nulli ex illis de longe venerunt,vt audirent verbũ eius.Quæ res aduersus illos pugnat, qui nõ ni
si raro Christũ prædicantem audire consueuerunt.Sed quia Euangelium totum de admirabili
multiplicatione panũ sonat, eapropter nonnulla de panibus testamenti veteris,iuxta arcam po
sitis dicturi sumus.Sic autem Exodi.25.legitur præcepisse dñs:Facies mẽsam de lignis Sethim
& inaurabis eam auro purissimo,facies & illi coronã interrasilem,& quatuor circulos aureos p̃- F
parabis,& pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.Fecit itaq; Be-
seleel mensam,Exodi.37.de lignis Setim iuxta formam præscriptam à domino. De hac mensa
Leuit.24.sic legitur:Accipies de simila & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt
duas decimas,quorũ senos altrinsecus super mensam purissimã coram domino statues, & po-
nes super eos thus lucidissimũ,vt sit panis in monumentũ oblationis domini, per singula sabba-
ta mutabunt,coram dño suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno, eruntq; Aaron & filiorũ eius,
vt comedant eos in loco sancto,quia sanctũ est de sacrificijs dñi, iure perpetuo. De hac re filijs
Chaat sic p̃ceptũ est Nume.4. Mẽsam propositiõis inuoluẽt hyacinthino pallio, & panes sem
per in ea erunt.Paulus aũt de ea re sic loquitur ad Hebræ.9. Tabernaculum factum est,primum
in quo erant candelabra & mensa,& propositio panum,quæ dicitur sancta post velamentum,
ante secundum tabernaculum,quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum,&
arcam testamenti circumtectam,ex omni parte auro,in qua vrna aurea habens manna,&c. Ex
quibus omnibus in vnũ collectis,hoc in figura contigit, vt esset mensa de lignis Sethim,hoc est
incomputribilibus,& deaurata auro mundissimo.Quæ quidem mensa figurabat hanc mensam
de qua manifestis verbis.1.Corinth.10.sic ait Apostolus:Panis quẽ frangimus,nonne participa
tio corporis domini est? quoniam vnus panis & vnũ corpus multi sumus, omnes qui de vno
pane participamus.Et sequitur:Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæ mo-
niorum. Hæc est illa mensa domini,ad quã sedit in cœna nouissima dominus, & parauit men-
Psal.110 sam,escamq; omnibus timentibus se.Super hac mensa testamenti veteris,panes ex duabus de-
cimis,& simila cocti fuere,qui & hoc habebant prærogatiuę, vt non liceret illis extra necessita-
tis casum laicis vesci.Vnde.1.Regum.20.Venit autem Dauid in Nobe ad Achimelech sacer-

dotem

A dotem & dixit illi: Si quid habes ergo ad manũ vel quinq; panes da mihi, aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantũ sanctum, si mundi sunt pueri maxime à mulieribus manducent. Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Et quidẽ si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quãdo egrediebamur, & fuerunt vasa puerorũ sancta, porro via hæc polluta est, & hodie ipsa sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem, neq; eñ erat ibi panis, nisi panes propositionis, qui sublati fuerant à facie domini, vt ponerentur calidi. Hoc aũt factum in Euangelio Christus Lucæ. 6. hisce verbis excusat: Non legistis, quod fecit Dauid, quũ esurijsset ipse, & qui cum illo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit his, qui cum ipso erant, quos non licet manducare, nisi tantum sacerdotibus, & dicebat illis, quia dominus est filius etiam sabbati. Marci vero secundo, sic legitur: Nunq̃ legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esurijt ipse, & qui cum eo erant, quomodo introiuit in domum dei, sub Abiathare principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant. Quærunt autem quidam quomodo Euangelista Abiathar hunc sacerdotem nominauit, liber autem Regum Achimelech illum nominauit. Dicendũ igitur, quod fortassis binomius fuerit, idemq; sit Abiathar & Achimelech, vel etiam aliter liber regum sacerdotem dicit esse Achimelech, Euãgelista autẽ pontificem Abiathar. Vnde hæc inter se non sunt diuersa. Erat eñ sacerdos Achi- Marci. 2 1. Regũ. 21.

B melech, pontifex autem Abiathar. Sunt itaq; duodecim illi panes in memoriale propter memoriam duodecim tribuũ, positi, in conspectu domini supra arcam sedentis, & dicuntur Hebraice lechim aphanim. i. panes facierum, quod essent positi in conspectu domini. Ita vt quemadmodum sacerdotes in testamento veteri hos posuere panes, vt memoriale perpetuum, ac sacrificiũ domini. Leuitici. 24. Ita & soli sacerdotes in testamento nouo audiunt sic præcipientẽ dominũ Hoc facite in meã cõmemorationem. Quòd si qui forte fuerint, hoc fieri posse credere nolẽtes, hodierni Euangelij historiam ob oculos ponant, considerentq;, quid in solitudine fecerit Christus, & inuenient iuxta Matthæum in deserto, de septem panibus & paucis pisciculis saturatos fuisse quatuor millia hominũ, extra paruulos & mulieres. Et quod iuxta Matthæũ & Marcum de fragmentis, quæ superauerant, discipuli sustulerint septem sportas. Sed quis quçso mortaliũ excogitare posset, ac expendere exactius hoc miraculũ, quod tale etiam est, quẽadmodũ Matthæi. 14. scriptum extat, vbi nimirũ ex quinq; panibus, duobusq; piscículis, saturati sunt quinq; millia virorũ exceptis mulieribus & paruulis, & tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmẽtorum plenos. Tu ergo posthac noli cum cerebrosis ac ceruicosis Iudæis incredulis murmurare, & male loqui de deo, dicens: Nunquid poterit deus parare mensam populo suo. Nam ipse mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandũ, & panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. Cum itaq; populo Israelitico manna cœli, quod in sacramenti corporis Christi figuram datũ est, tam mirabili modo seruatur in arca Matth. 15. Marci. 8 Psal. 77.

C sine læsione. Et panes propositionis fuerint in conspectu dñi semper, q simili modo figura fuere, quid ergo dubitas? Cæterũ quando Christus septem & quinq; panes multiplicasse traditur, figuram fuisse puto, vt sub Euangelio populus sub vna specie panis tantum communicare debeat, id quod ipse Christus Iohannis. 6. vbi manna cœleste cõmemorat, innuisse videtur. Nam etsi ille quater de vtraq; specie hisce verbis mentionẽ fecerit: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. Qui mã ducat meã carnem & bibit meũ sanguinem, habet vitã æternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro eñ mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et ex his verbis nonnulli occasionẽ sumpserunt, vt sub vtraq; specie cõmunionem habere cupiant, tamen qui præcedentia & sequentia Christi verba ad Capharnaitas rectius intuetur, inueniet Christũ longe pluribus vicibus de vna, quàm de vtraq; specie feciſſe sermonẽ. Et quod efficacius est, licet inter cætera vitæ promissionẽ habeat, qui manducat carnẽ, & bibit sanguinẽ, tamen & illud ipsum verũ est, quod etiam is, qui dũtaxat vnam speciem accipit, etiã de vita æterna promissionem habet. Sic eñ Christus ait: Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ, patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, hic est panis q de cœlo descendit, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Ecce hæc verba prædicauit dominus, anteq̃ verbum vnũ de vtraq; specie fecerit. Et nemo est, cui non in aperto videre liceat, etiam eum habiturum vitam quidẽ æternã, qui sub vna specie sacramentum Eucharistiæ acceperit, quid q manna sub specie panis vescebatur cõmunis populus Israeliticus? Non eñ legitur, quod vinũ, sed manna pluerit Israelitis dominus. Aquam vero dulcem fecit illis in Marath, & aquã deduxit de petra deserti, proculdubio hoc figurans, q olim cõmunis plebs vna dũtaxat specie panis contenta cõmunicanda foret. Iohan. 6. Exod. 15 Nume. 20

da foret. Adiícimus ad hæc, ꝙ Chriſtus poſt verba vtriuſq; ſpeciei, ſic ad Capharnaitas prædicauit: Sicut me miſit viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, non ſicut manducauerũt patres veſtri mãna in deſerto & mortui ſunt. Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternũ. Quis ex his omnibus niſi pertinaciſſimus non colliget, magni myſterĳ eſſe, ꝙ Chriſtus ab vna ſpecie ſermonẽ exorſus eſt, eandemq; prædicationem in vna ſpecie finiuit, & quotquot promiſſiones, ſumentiũ ſub vtraq; ſpecie ſunt, totidem & ſub vna ſpecie reperiuntur. Nec potuit in fine quicquàm ſalubrius prædicari, quàm ſi quis manducet hunc panem, viuet in æternum. Nolite itaq; ſcindi ab eccleſia dei, ac illius vſu communi, & habębitis hic vitam in vobis, alibi vero vitam ſempiternam Amen. D

SERMO XXX.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri, &c. vt ſupra, ſerm. i.

ARGVMENTVM.

De candelabro coram arca domini.

Ermone proximo intellexiſtis in Chriſto chariſſimi, vt ex præcepto domini ordinata fuerit menſa, ac panes propoſitionis in conſpectu domini ſemper. Poſt hæc ita præcepit dominus, Exod. 25. Facies cãdelabrum ductile de auro mundiſſimo, vt ſex calami egrediantur de latere eius, tres ex vno latere, & tres ex altero. Facies & lucernas ſeptẽ & pones eas ſuper candelabrum, vt luceant ex aduerſo, emunctoria quoq;, & vbi ea, quæ emuncta ſunt extinguantur, fiant de auro puriſſimo. Oñe pondus candelabri, cũ vniuerſis vaſis ſuis, habebit talentũ auri puriſſimi. Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte mõſtratum eſt, & Beſeleel fecit hoc cãdelabrum ductile de auro mũdiſſimo, ſimul & lucernas ſeptem cum emunctorĳs, tale cãdelabrum totum aureum, & ſeptem lucernas, vidit Zacharias propheta, ſuſcitatus quemadmodum vir de ſomno ſolet exuſcitari. Et diuo Hieronymo placuit per candelabrum intelligi legem, per lampadẽ vero intelligi Chriſtum, per ſeptem vero lucernas, ſeptem gratias ſpiritus ſancti. Sed ad rem noſtram magis placuit, quod alĳ diſſeruerunt eccleſiaſtici viri. Per candelabrum de auro puriſſimo eccleſiam intelligentes, per lucernas vero ſeptem, gratias ſancti ſpiritus ſeptem. Hoc ſic accommodari poteſt, quod eccleſia eſt domus dei viui, Columna & firmamentum veritatis, in illa enim eſt veritas. Quod ſi quid obſcurum occurrerit ſemper ad lucernas huius candelabri perpetuo lucentes veritas inueniri & intelligi poteſt. In ſummitate illius Chriſtus eſt, Nam ſicut vir caput eſt mulieris, ita Chriſtus eſt caput eccleſiæ. Et licet in ea poſuerit deus Epiſcopos, vt regant eccleſiam, nihilominus ipſa perpetuo gratia ſpiritus ſancti ſeptemplici regitur ac gubernatur. Septẽ igitur dona hæc, ſunt gratiæ ſpiritus ſancti. Has autem gratias, diuinus ille propheta Eſaias ex ordine enarrauit in Chriſto, Eſaiæ. 11. dicẽs: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilĳ & fortitudinis, ſpiritus etiam ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini Hac figura candelabri & lucernarum edoceris, quod quotieſcunq; hæreſis inſtet aut error, atq; perplexus ignores, quid facere, quid credere, quidve ſentire debeas. Mox candelabrum eccleſiæ aureum in manus ſume, lucernasq; ardentes ſeptem, & cum Dauide illo fateare ac exclama. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ, & lumẽ ſemitis meis. Pſal. 118. Et circa Euchariſtiæ, quod prædicamus, ſacramentum errare non potes in tenebris, ſi hanc lucernam accendas, verbum enim domini habes, hic eſſe corpus, hic eſſe ſanguinem Chriſti. Et hæc tibi ſententia ac fides pro lucerna eſt. Altera vero manu emunctorium aureum habe, quo emungere poſſis omnes hæreticorum tricas, nugas & nenias. Ecce igitur vt quiſquis ad hanc arcam accedere velit, ſanctã cum eccleſia fidẽ & religionem tenere debeat, nã de hoc ſacramento verba facturus Paulus ad Corinth. inter cætera improperat, dicens: Aut eccleſiã dei contẽnitis. Hic duo curanda ſunt, primũ vt lucerna non ponatur ſub modio. Sic eñ Marci. 4. docuit dñs: Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto, nonne vt ſuper candelabrum ponatur. Lucæ vero. 8. ſic placuit docere domino. Nemo lucernã accendens operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit, ſed ſupra candelabrũ ponit, vt intrantes videãt lumẽ. Ob id Luc. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernę ardẽtes in manibus veſtris. Quibus dictis cũcti docemur, vt circa arcã dñi, verã cõſtãtẽ & manife-

Zachar. 4.

1. Timo. 3. Credo eccleſiam. Ephe. 5. 1. Cor. 11. Ephe. 1.

1. Cor. 11

A manifestam catholicam fidē confiteamur, firmiter credentes & nullatenus dubitantes, sub spe- Augustad
cie panis corpus esse Christi, & sub specie vini sanguinem. Quandoquidem hic nobis lucernā petrum de
præbet verbum illius, Nec ibi Christum erubescere aut negare oportet, Nam qui me confessus fide.
fuerit coram hominibus, inquit dominus, confitebor & ego eum coram patre meo, Et qui me Marci. 8.
erubuerit coram hominibus, erubescam & illum coram patre meo. Sed quoniam lucerna sine Luc. 12
fomento lucere non potest, eapropter necesse est, vt huius lucernæ ardentis fomentum inuenia
mus, & ita Exodi. 27. scriptum inuenio. Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus
oliuarum purissimum, pilo q; contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij ex-
tra velum quod appensum est testimonio, & collocabunt eam Aaron, & filij eius, vt vsq; mane
luceat coram domino, perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filijs Israel. Ex hoc
cultu inter Christianos hoc venit, vt ante Eucharistiæ sacrarium, vbi Christus continetur sem
per oleum in lampade accensum vt ardeat seruatum fuerit. Hunc ex Leuitico locum, Origenes
Adamantius declarare volens, multa subinfert, vt ad oleum spectet oleum ministrare de oliuis
expressum, tandem in hanc sententiam concludit, vt per oleum bona opera debeant ac possint
intelligi, eo quod in Euangelio dominus parabolam dixerit, & recitauerit hisce verbis. Simile est Matth. 25
regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso
& sponsæ, Quinq; autem ex eis erant fatuæ & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuæ acceptis lam
padibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis cum lampa
dibus, Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt, Media autem no
cte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines il-
læ, & ornauerunt lampades suas, Fatuæ autē sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro,
quia lampades nostræ extinguuntur. Respondentes prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat
nobis & vobis, ite potius ad vendentes & emite vobis, Dum autem irent emere, venit sponsus,
B & q̄ paratæ erāt, introierūt cū eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime vero veniunt & reli
quæ virgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis.
Nescio vos. Qua parabola manifestæ docemur conducere non modice oleum semper nos ha
bere paratum, vt luceat lux nostra coram hominibus, ac videant opera nostra bona. Vnde in Matth. 5.
veteri testamento quum de simila fiebat oblatio, fundebatur super eam oleum, Sic fiebat de pa Leuiti. 2
nibus absq; fermēto, sic de primitijs ac sartagine alijs q; oblatiōibus, cōsperfis oleo. Et hoc oleū Leuit. 6.
vnctionis est, quo vnctus est Christus psal. 44. Et psal. 88. Veluti sacerdos & rex, oleum quidē Heb. 1
exultationis præ participibus suis. Non oleum peccatoris, de quo psal. 140. De oliua itaq; tene- Psal. 140.
mur omnes bonorum operum premere oleum. Vnde Dauid, Ego sicut oliua fructifera in do- Psal. 51
mo dei, & filij eius sicut oliuarum nouellæ in circuitu mensæ eius. Quod si quispiam lampadē Psal. 127
suam oleo bonorum operum instruxerit, lumē inaccessibile olim inhabitabit, Sic em̄ Esaiæ. 58.
prophetatum est: Frange esurienti panem tuum, ægenos, vagos q; induc in domum tuā. Cum
videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc erumpet quasi mane lumē tuū,
& sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuā iustitia tua, & gloria domini colliget te. Quis-
quis itaq; ad hanc arcam properare contendit, oleum cū prudētibus paret virginibus. Cande-
labrum aureum illibatæ fidei sumat in manum, ac lucernas gratiæ spiritus sancti, gubernantis
ecclesiā accendat, & non erit quo possit vel Berengarium, vel alium quemcūq; formidare Ca-
pharnaitam. Nam contra tenebras hæreticorū lucerna Christi, quæ mundum omnē illuminat Iohan. 1.
C (quandoquidē Christus est sol & lampas mundi) perpetuo præualebit & qui obseruat ecclesiæ
lumen: nunq̄ ambulat in tenebris, quum lumen vitæ habeat, ac patrem luminū. De quo sic scri-
ptura dicit: Omne datū optimum, & omne donum perfectū desursum est descendens à patre Iacobi. 1.
luminum. Vides itaq; vt rota vadat in rota, & figura rei figuratę respondeat, & quomodo or-
do tabernaculi, apte seruiat ritui euangelico, quem iuxta sacrarium & manna de cœlo per vni-
uersum orbem, orthodoxa seruauit ecclesia, à qua temere discedere ac deficere, nemini Christia
no licebit vnquam, Si quidem quicūq; vult saluus esse ante om̄ia opus est, vt teneat catholicam
fidem, Quam nisi quisq; integram, inuiolatam q; seruauerit absq; dubio in æternū peribit. Hæc
est illa ecclesia supra petram firmiter ædificata, domus dei viui, in qua cuncti viuentes & habi-
tantes salui erunt, Faxit deus vt & ipsi saluemur. Amen Amen.

SERMO XXXI.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c̄. vt supra.

ARGVMENTVM.

De duabus tubis argenteis.



Matth.4.

AVdiuistis dilectissimi fratres Euangelij historiam quæ Matthæi.20. D scripta est,vtpote duos Zebedæi filios Iacobum & Iohannem postulasse,vt hi sederent,vnus ad dexteram,alius ad finistram.Hi sunt duo fratres apostoli,qui olim piscatores,iuxta mare Galileæ fuerunt reficientes retia sua,quos vocauit ac fecit dominus piscatores hominum, Indiditq; illis nomen Boanerges,aut magis proprie Ben regesch.i.filios tonitrui.Siquidem prædicatione sua repleuerũt orbem terrarum, & cum hic nobis hoc celebritatis festo duæ Euangelij tubæ occurrant,recensere placuit id quod dominum præcepisse Moysi legimus. Fac tibi inquit,Nume.10.duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem,quando mouenda sunt castra. Cumq; increpueris tubis,congregabitur ad te omnis turba ad hostium tabernaculi fœderis.Ecce hic ante tabernaculum fœderis auditæ sunt turbæ.Tubarum autem vsum in testamento veteri triplicem extitisse legimus.Primus vt in honorem & laudem dei caneretur ante arcam,sic tubis canebatur ante tabernaculũ fœderis,quando mouenda fuerũt castra.Sic.1.Paralip.15.legitur,quod principes leuitarũ, quãdo reducenda fuerat arca dei de domo Obededom in Hierusalem:constituerunt cantores in organis,musicorũ nablis videlicet & lyris & cymbalis,vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. Porro cantores Eman,Asaph & Ethan,quos authores psalmorum aliquot affirmant, concrepabãt in cymbalis æneis.Zacharias autẽ & Oziheli:Semiramoth & Iahiheli:& Eliab & Ani & Maasias & Bnaias,in nablis arcana cantabant.Mathathias autem ac alij nonnulli in cytharis octauam canebant,Epmichion.Chanenias autem princeps,leuitarũ prophetiæ præerat,& ad prçcinendam melodiam.Porro Zebonias & Iosaphat in Nathanael,& Amalai,& Zacharias, & Dananias,& Eleazar septem sacerdotes,clangebãt tubis,coram arca dei.Porro Dauid erat indutus Ephot lineo,vniuersusq; Israel deducebant arcam fœderis in iubilo & sonitu buccinæ & tubis,& cymbalis,& nablis,& cytharis concrepantes.Propterea &.1.Paralip.3. Dauid & vniuersus Israel ludebant coram deo omni virtute,in canticis & cytharis,& cymbalis,& tubis.Honorabant enim hoc modo dominum sedentem supra cherubin, Qua parte docemur,vt & nos eadem hæc ad sacramentum Eucharistiæ faciamus.Quum & illic sit dominus deus saluator noster.Et hoc recepit ecclesia,vt quemadmodum veteres vsi fuerunt ad arcam cymbalis ac tubis.Et sacerdos ille magnus,ingressurus ad arcam,vt est Exodi.28. tunica induebatur, ad cuius pedes inter mala punica,semper tintinabula fuerũt,vt audiretur sonitus eius.Ita & catholici mouentes,aut portantes viaticum,tintinabulis,Cymbalis, Campanulis ac campanis vti consueuerunt,vt hac parte excitemur,campanis veluti Petrus gallicantu, discamusq; laudare dominum sicut Psalm.150.Cytharœdus ille psaltes regius docuit.In sono tubæ,in psalterio & cythara,in tympano & choro,in cordis & organo,in cymbalis bene sonantibus,ac cymbalis iubilationis: At quemadmodum docuit ad Ephesios quinto. Euangelij tuba & preco Paulus,in psalmis, hymnis,& canticis spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus vestris gratias agentes semper pro omnibus,in nomine domini nostri Iesu Christi.Et is Canticorum vsus in ecclesia à tẽporibus Apostolorum in Antiochia,Alexandria,alijsq; ecclesiis frequentatus,non est ab euangelio alienus.Nam quàm primum Christum natum esse legimus, subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis,laudantium deum & dicentiũ:Gloria in excelsis deo.Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis,Lucæ.2.Quum vero Iesus appropinquasset Hierosolymis ad descensum montis Olueti.Cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare dominũ voce magna super omnibus quas viderant,virtutibus dicentes:Benedictus qui venit rex in nomine domini,pax in cœlo, & gloria in excelsis,& quidam pharisæorum de turbis dixerunt ad illum.Magister,increpa discipulos tuos,quibus ipse ait: Dico vobis,quia si hi tacuerint, clamabunt lapides.Et ipse Christus post institutionem sacramenti, non prius torrentem trãsiit Cedron,quàm dixisset hymnum,id quod Matthæi.26. Et Marci decimo scriptum legitur,ad huius exemplum & nos pro tam benedicto vale,in vltima cœna relicto nobis, in canticis spiritualibus,& gratiarum actionibus debemus laudare dominum,id quod in septem horis canonicis ad præsentiam Eucharistiæ sacrosanctę,tota catholicorum huc vsq; seruauit ecclesia,nam & hoc veteres habebant,vt cantica domino frequentarent. Sic transgresso mari rubro Maria prophetissa sumpsit in manus suas tympanum,& egressæ sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris.Et ipsa præcinebat dicens:Cantemus domino,Exod.15.Sic Moyses & Iosue filius Nun cantauerunt in auribus populi,oñia verba cantici illius admirabilis. Audite cœli,de quo Deute.31.Sic Anna illa vxor Helchane cantauit:Exultauit cor meũ in dño.1.Regũ.1. &.2.In Euangelio quoq; Symeon ille vir timoratus & iustus,expectans redemptionem Israel, cantauit:Nunc dimittis seruum tuũ domine.Deinde superbenedicta ac nunq; satis laudata dei genitrix Maria,quũ transcendisset montana,cantauit Magnificat. Vnde nos quando tintinabula,cymbala,& campanulas ad eleuationem Eucharistiæ audimus,laudes & gratiarum actiones,pro

Matth.26.

Luc.19

Lucæ.2.
Luc.1.

nes,pro tã benigna Eucharistiæ institutiõe dicere debemus.Nã ab εὐχαριστοῦμαι,Eucharistia nomen habet,i.gratiarũ actio,vel quia Christus,quum panẽ in manus accepit, gratias egit, vel qa nos in eo accipiendo gratias illi agere oportet. Nam non modo septem & quinq; panes, cum gratiarũ actione multiplicati fuerunt,sed & hoc sacramentum cum gratiarum actione & benedictione institutum fuit.Et nos docemur cum gratiarum actione hoc sumere & hoc venerari. Habetis itaq; primo loco,quid sibi velint ductiles illæ tubæ argẽteæ,ductilesq; campanulæ,ante arcam fœderis.Reperitur & in scriptura secunda tubarum species,nam Esaiæ.27.sic prophetatum est:In die illa clangetur tuba magna,& venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant in terram Aegypti,& adorabunt dominum in monte sancto in Hierusalem. Matth.20. Hac & simili prophetia seducta fuit mater filiorum Zebedæi cũ duobus filijs suis, hoc sibi persuadens,Christum temporali regno regnaturum in Hierusalem,ea propter hoc postulabat,vt vnus sederet ad dexteram,& alter ad sinistram eius,nec mysterium intelligere potuit. Nam hic propheta fecit verbum de die illa domini magna & horribili,vbi sol conuertetur in tenebras,& luna in sanguinem,Iohelis.2.Et illa dies tenebræ & non lux, Amos quinto. De quo Sophoniæ primo legitur hoc modo:Iuxta est dies domini magnus . De qua die notissima, si quando scriptura loquitur,diem illam vocare consueuit.Sic Matth.24.& Marci.13.De die illa & hora nemo scit. Paulus.2.ad Timoth.4.Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui.
B De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ,quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex non solum autem mihi,sed & his,qui diligunt aduentum eius.Et hoc in nouissimo die, non solum iuxta prophetias Esaiæ & Sophoniæ vox tubæ audietur,sed & hoc testimonium Euangelij comprobat.Sic enim Matth.21.legitur:Mittet angelos suos cum tuba & voce magna,& cõgregabunt electos eius,à quatuor ventis cœli,à summis eorum vsq; ad terminos eorum. Et.1. Corinth.15.Ecce mysterium vobis dico,omnes quidem resurgemus,sed non oñes immutabimur.In momento,in ictu oculi,in nouissima tuba.Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti,& nos immutabimur.Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est:Absorpta est mors in victoria, vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est,virtus vero peccati lex.Deo autem gratias, qui dedit vobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christũ.Ad quam perducere nos dignetur is,ex quo,in quo,& per quem sunt omnia,Amen.

SERMO XXXII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri,&c̃,vt supra.serm̃.1.

C

ARGVMENTVM.

Quid sibi tubæ voluerint in testamento veteri.



Vperiori sermone tractatum est de duabus ductilibus tubis, restat & tertia tuba vere sacerdotalis, de qua Esaiæ.58. Clama ne cesses,quasi tuba exalta vocem tuam,& annuntia populo meo scelera eorum,& domui Iacob peccata eorum. Hæc est illa sacri Euangelij tuba, circa quam Euangelij buccinator tria diligenter obseruare debet,primo vt iuxta prophetam tubæ vocem exaltet, & populo scelera annuntiet. Non enim eum adulatorem esse conuenit.Nam Esaias ait: Clama ne cesses,& quasi tuba exalta vocem tuam.Ad hoc Esaiæ.40.sic legitur: Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam,qui euãgelizas Hierusalem,exalta noli timere.Eapropter Christus prædicaturus beatitudinis octo gradus,ascẽdit in montem. Docuit in- Matth.5.
super apostolos,vt quæ audiuissent in angulis,prædicarent super tecta.Et vndecim apostoli su Matth.10
pra montem audierũt præcipientẽ dñm: Euntes,docete omnes gentes, & euntes in mundum Matth vlt.
vniuersum,prædicate Euangelium.Vnde lucerna Euangelij non est ponenda sub modiũ,pro- Lucæ.11
pter quod vsus ecclesiæ seruat,vt ad Euangelij lectionem cerei accendantur. Nam & spũs sanctus in specie ignis,sanctis apparuit apostolis prędicaturis Euangelium,quod vere per colum- Acto.2.
nam ignis castra Israelitarum illuminantem figuratum fuit. Vnde non frustra propheta dixit: Esaiæ.2.
De Sion exibit lex & verbum domini de Hierusalem.Quando itaq; præceptum est, vt Moyses pararet duas tubas:prædicatio legis,& Euangelij figurata fuit.Sed tuba Euãgelij multis mo Esaiæ.34
dis ac respectibus præferenda est legali tubæ. Nam super facie Moysi velamen erat, nec pote- 2.Corin.11
rant intendere filij Israel.Sub Euangelio vero Chrũs non solũ cõuersatus est cũ hominibus,sed etiam

Lucæ.19. Marci.14 Luc.10. Iohan.vlt. Leuiti.2 Matth.11. Exodi.3 Matth.13 Nume.20 Iohan.6. Hebræ.9 Lucæ.23 Exo.31.32. 2.Cor.3 Esaiæ.1. 2.Petri.3 Matth.7. Marci.23. 2.Timo.2 Lucæ.14. Matth.18 Luc.19. Nume.10. Matth.4. Matth.22.

etiã edit, bibitq; cũ illis. Sic ante resurrectionem, publicani Zachei domũ intrat, ac conuiuium accipit. Sic in domo leprosi Simonis sedet ad mensam, ac patitur rigationem & oscula pedum. Sic Martha solicita, necessaria ministrat. Et post resurrectionem in conspectu discipulorũ, partem piscis assi ac fauum mellis accepit. Sub Moyse, quando lex data fuit de monte Synai, totus mons fumabat, eratq; mõs terribilis, & sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, ceperũtq; audiri tonitrua, ac micare fulgura & nubes densissima operire montẽ. Exodi. 29. Sub Euangelio vero Christo in Bethleem nato tuba auditur Euangelica, dicẽs ad pastores: Ecce ego Euãgelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo, q̃a natus est vobis saluator, qui est Christus dñs in ciuitate Dauid. Et ipse daturus legem, sic tubam exaltat: Venite ad me omẽs qui laborati & onerati estis, ego reficiam vos. Cæterũ sub Moyse, nulla maior promissio fuit, quàm quod illis daretur terra lacte & melle manans. Sub Euangelio vero nõ tam à Iohanne, quàm à Christo prædicatur regnũ cœlorũ sub parabolicis mysteriis, scilicet de semine, de grano sinapis, de fermento ac rebus aliis. Sub Moyse grande miraculũ fuit, quando sitienti populo daba tur aqua de petra. In Euangelio vero manna illud supercœleste, & supersubstãtiale datum est nobis. Sub Moyse, pro emũdatione cõtinuo sanguis hircorũ ac vitulorũ effusus est. Sub Euangelio vero semel effusus Christi sanguis, qui nos & vniuersum mundum à peccatis mundauit. Ante arcã velum erat, nũc vero velum templi scissum est, à summo vsq; deorsum. Sub Moyse lex dabatur in tabulis lapideis, nunc vero Paulus ait cõfidenter: Epistola nostra vos estis inscripta in cordibus nostris, quæ intelligitur & legitur ab oĩbus hominibus, manifestati, vos estis epistola Christi, subministrata, à nobis inscripta, nõ atramento, sed spũ dei viuentis, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. Secũdo loco considerandũ est, nõ sine causa tubas cõstitutas argẽteas, quod Euangelij prædicatio nõ sit de scoria, siue de ferro rubiginis. Sic enim os dñi loquutum est: Quomodo facta ẽ ciuitas fidelis, meretrix, plena iudicij? Iustitia requieuit in ea, nunc aũt homicidæ. Argentum tuũ versum est in scoriã, vinũ tuum mixtum est aqua. Tum demũ vere profecto vinum in aquam, argentum in scoriam verti dici potest, quando hæretici veritatem Euangelicã praua intelligentia corrumpunt, id quod Petrus Pauli epistolis cõtigisse testatur. Hi itaq; ipsi falsi sunt prophetæ, à quibus hodiernum Euangeliũ summopere cauendũ præmonet de his, qui veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Hi sunt sepulchra dealbata, quæ foris apparent speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorũ. Hi foris mundãt calicẽ & parapsidem, intus vero pleni sunt rapinis & immunditijs. Hi sunt illi pseudoprophetæ, qui nullum fructũ bonum faciũt, igitur à fructibus eorũ cognoscetis eos. Fructus equidem eorũ semper nihili, pestilentes, atq; ita putridi inueniũtur, vt vermibus egregie scateãt. Ab huiusmodi nempe morbidis ac contagiosis bestijs, summo cauendũ est studio, ne ex cõuersatione aliqua eorũ familiari, virus illud nobis pariter pernitiem inferat. Siquidẽ Paulus apostolus nequaquam temere prædicauit quorundã sermonẽ, tanq̃ Gangrenã serpere. Gangrena eñ malum tam durum est, vt ex cõtagione eas partes corporis humani, quæ alioquin integræ erãt, corrũpat. Quemadmodũ idem fieri in pomis hortulanus, ac in ouibus pastor animaduertit, adeo, quod sæpe totus grex in agris vnius scabie cadat & prurigine porci, vua q̃ cõspecta liuorẽ ducit ab vua. Et hodie q̃ pestis principia sentimus, cõtagionem etiã experimur quotidie. Ita qui in cathedra pestilentiæ hæreticorũ sedent, nõ ex argentea, sed ferrea & eruginosa tuba verbum diaboli inculcant, quum tamen Psal.11. sic Dauid cecinerit: Eloquia dñi, eloquia casta, argentum igne examinatũ, purgatũ septuplũ. Quàm caute vero, circũspecte, ac prudẽter nostrorũ tempo rum Capharnaitæ, Azotij, Philistæi, & id genus hostes Eucharistiæ, euitãdi sint, scriptura pluribus in locis instruit. Christus eñ hoc faciendũ indicauit, sic instituens nos: Si sal infatuatũ fuerit, ad nihilum valet vltra, nisi vt foras mittatur & conculcetur ab hominibus. Et is si ecclesiam non audierit, velut Aethnicus & publicanus esse & haberi debebit. Quod si hæretici cum hæresibus etiã seditiones moueant, ac tubam rebellionis, quemadmodũ huius nostri deprauatissimi, nequissimiq; seculi Gracchi publicæ tranquillitatis inimici cõsueuerunt, insonuerint. Quid prohibebit obsecro, quo minus iuxta nobilem in Euangelio in regionẽ longinquam abeuntem, ita pronuntiemus: Inimicos nostros adducite huc, & interficite ante nos. Tuba itaq; Euangelij de argento, nõ de rubiginoso ferro esse debebit. Tertio vero loco necesse erit, vt cõfletur tuba ductilis, sic eñ præcepit dñs Moysi: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles. Quisquis eñ Euangelium p̃dicauerit, huic nihil prius aut potius curæ esse debet, q̃ vt ex Moyse aliisq; prophetis, aut Euãgelij scripturis, tanq̃ fundamento cõstantissimo nitatur, id quod non modo Petrus in prædicationibus suis, Stephanus, Paulus, aut alij fecisse leguntur, sed & hoc de Christo legimus, qui scripturæ per scripturã respondit, sic Satanæ tentanti, & scripturã alleganti, per scripturam occurrit, obijciẽs. Scriptum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Ita & deinceps quotiescũq; diabolus scripturę testimonũ sua friuola corroborare tentauit, toties Christus illud scripturis oppugnauit, vt semper adderet, scriptum est. Sic Sadducæis legem seruãtibus, scripturam legis opposuit. Nã dum tentaretur à Sadducæis per legem Moysi de vxore, q̃ septem fra

tres vi-

A tres viros habuerat,eosdem ex Moyse illiusq; lege proftrauit,dicens de resurrectione mortuorum:Non legistis quod dictũ est à deo,Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Exodi.3
Non est deus mortuorũ,sed viuentium,Et alio in loco:Scrutamini scripturas, inquit. Sic Lucæ Iohan.5
24.discipulis euntibus in Emaus scripturas ediſſeruit,eorũq; sensus aperuit illis, vt scripturas intelligerẽt. Et elegãter ductilibus tubis de sua passione ꝓdicauit,ex Moyse alijsq; prophetis,quæ de illo scripta fuere. Eam itaq; harmoniam atq; concentũ prædicator dum tubã euangelicã intonat,obseruare debet, vt perpetuo quodã tenore Euangeliũ Christi cũ lege Moysi conferat, hoc modo vt sit,est est,non nõ,nec quod hodie affirmauerit,cras irritũ facere velit,q̃ inconstan
tia nõ est catholicorũ,hæreticorũ potius, qui omni doctrinæ vento, nunc huc,nunc illuc instar Ephe.4
arundinis in deserto rapiunt. Sic aũt inquit Christus:Sit sermo vester,est est,non non. Testatur Matth.5
idem diuus Paulus.2.Corinth.1.inquiens: Fidelis deus, quia sermo noster erga vos, nõ fuit etiã
& nõ. Nam dei filius Iesus Christus,qui inter vos per nos ꝓdicatus est,per me & Syluanũ ac Ti
motheũ,non fuit etiã & nõ,sed etiã per ipsum fuit. Quotquot em̃ sunt promissiones dei, p ipm
sunt etiã,& per ipsum amẽ deo ad gloriã per nos. Porro qui cõfirmat nos vnà vobiscũ in Chri
stũ,& qui iuxta nos deus est. Berengarij vero,aduersarij & hostes fatales arcæ fœderis, hoc nul
lo pacto curantes,instar anguillæ labiles sunt, semper veritati cõtraria pugnãtiaq; docẽtes. Ob
id cõtra Vertumnũ ac versipellẽ Protheum Lutherũ,in mille formas sese cõtinuo transfiguran
tem,librũ Antilogiarũ pro sacratissima Cæsarea maiestate,in comitijs imperialibus Augustę ce
lebratis ædidimus,vnde sole clarius ostẽsum & cõprobatũ est,turbas hæreticorũ nunq̃ esse con
sonas,sed in illis perpetuũ esse tritonũ,perpetuãq; dissonantiã,ita vt διὰ πασῶν eorũ dogma
ta à veritate dissentiãt,ac inter sese dissideant. Orthodoxi vero buccinatores,in quocũq; angulo
terrarũ deprehẽsi fuerint,statim sup vna atq; eadẽ re optime cõueniũt, quũ in illorũ medio sem
per sit Christus,qui cũ ecclesia sua manet vsq; ad cõsummationẽ seculi. Consurgite itaq; ad cõ
B centum huiusmodi tubarũ,& dominus erit vobis merces magna nimis. Fiat fiat.

SERMO XXXIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c̃.vt supra.

ARGVMENTVM.

De lamina aurea & admirabili nomine dei.

C 

Gimus aliquot sermonibus,vt arca fœderis,& ex qua materia cõstru
cta, quibus etiam institutis adornata fuerit. Visum est nobis itaq; & Exodi.25
deinde sacerdotis magni vestitũ adoriri. Verũ hic etiam velamen su
per faciem Moysi positũ est. Tanta siquidẽ ac tam secreta sunt my
steria priuilegiorũ sacerdotis magni,vt eaipsa paucis declarare nequea 2.Corꝝ.3
mus. Octo em̃ sunt præcipua vestimẽta sacerdotis magni, cui soli li
cebat ad arcam & intra sancta sanctorũ ingredi,inter quæ primũ atq;
adeo potissimũ fuit, quod absq; cydari atq; lamina aurea, non licuit Exodi.28
discooperto capite subintrare sancta sanctorũ, sacerdoti summo. Et
quemadmodũ & in testamẽto nouo,vestimenta sunt ad missæ cele
brationẽ pertinentia,quæ partim ex figura legis veteris initium habẽt,ita & ex passione domi
nica per Euangelistas ordine religiosissimo descripta,habẽt etiam illa principiũ. Nam ꝙ alba &
zona sacerdos cingitur,chlamyde quoq; coccinea induitur,hoc fundamentũ habet in Euange
lio. Nam de chlamyde coccinea Matth.27.legitur,ꝙ vbi Pilatus iniustã dedit super Iesum sen
tentiam,milites præfidis susceperunt eum in prætorio,& cõgregauerunt ad eum vniuersam co
hortem,& exuentes eum chlamydem̃q; coccineã circundederunt ei. Cæterũ Marci.15.de pur
pura & spinea corona legitur. Lucas aũt cap.22.scribit:Vt primo velauerint eum, & faciem il
lius percusserint,ac postea vt Pilatus hunc ad Herodẽ miserit, Herodes cũ exercitu suo spreue
rit,ac illuserit illũ,& indutũ veste alba remiserit ad Pilatum. Iohannes aũt Euangelista cap.18.lõ
go describit ordine,quemadmodũ cohors & ministri Iudæorũ Iesum ligatum adduxerint ad
Annam primũ,Annas aũt miserit ligatũ ad Caipham pontificem,& à Caipha miserũt eum li
gatum ad Pilatum in prætorium. Sic ergo alba, sic cingulũ,sic vestis purpura, sic humerale,de
historia passionis dominicæ sunt sumpta, ita vt ad altare sacerdos eo ingrediatur habitu,quo
vestitus erat Iesus. Sacerdos inquã ille magnus,q̃ semel sancta sanctorũ introiuit æterna redem
ptione inuẽta. Iã tametsi sint,qbus videatur superuacaneũ altius repetere de vestimẽtis põtificis, Hebræ.9
tamẽ quũ apud Christianos,sacerdos primo loco amictu vestiat,idcirco figurã & mysterium
eius primo omniũ loco declarabimus. Sic aũt Exodi.28.scriptum esse legimus: Facies & lami-

nam

nã de auro puriſſimo,in qua ſculpes opere cęlatoris ſanctũ dño, ligabisq; eam vitta hyacinthi- D
na,& erit ſuper thyaram,imminens fronti pontificis,portabitq; Aaron iniquitates eorum,quæ
obtulerunt,& ſanctificauerunt filij Iſrael,in cunctis muneribus & donarijs ſuis.Erit aũt lamina
ſemper in fronte eius,vt placatus ſit ei dñs.Et hæc lamina ſancta dicitur Exodi.29.propter ſan
ctam vnctionem & conſecrationẽ,de qua ſic Exodi.39.ſcriptũ eſt:Fecerunt laminam auream
ſacræ venerationis de auro puriſſimo, ſcripſeruntq; in ea opere gemmario ſanctum domino,
ſtrinxeruntq; eã cum mitra,vitta hyacinthina,ſicut præceperat dominus Moyſi. Sed & Le-
uitici octauo,ſic ſcriptum eſt:Cydari texit caput,& ſuper eam contra frontem poſuit laminam
auream conſecratã in ſanctificatione,ſicut præceperat dñs.Hæc eſt illa lamina aurea,quæ He-
braice zuzhahab dicitur,in qua ſcriptum eſt nomen dei quatuor literis Hebraicis,quod quidem
nomẽ ineffabile & Græce Ἀνεκφώνητον vocatur,alias tetragrammaton,propter quatuor illas li-
teras,& nunq; apud Hebræos integre ſcribitur,aut Iehoua pronuntiatur. Et licet lamina aurea
in fronte pontificis res parua fuerit,attamen hoc certum eſt,rem non modo magni,imo maxi
mi extitiſſe myſterij.Nã ſi vetus teſtamentum introſpexeris,de nomine dei varia nomina,at-
tamen omnia ſancta reperies.Nam ſciſcitante Moyſe,Exodi.3.ſic ait ad deum:Ecce ego va-
dam ad filios Iſrael,& dicam eis:Deus patrum veſtrorꝝ miſit me ad vos.Si dixerint mihi,quod
eſt nomen eius,quid dicam eis? Dixit dominus ad Moyſen: Ego ſum,qui ſum.Ait,ſic dices fi
lijs Iſrael,q eſt,miſit me ad vos.Dixitq; iterꝝ deus ad Moyſen:Hæc dices filijs Iſrael:Domin⁹
deus patrum veſtrorꝝ,deus Abraham,& deus Iacob,miſit me ad vos. Hoc nomen mihi eſt in
æternum,& hoc memoriale meum in generatione & generationem.Exodi vero.9. ſic loquut⁹
eſt dominus ad Moyſen,dicens:Ego dominus,qui apparui Abrahã,Iſaac & Iacob, in deo om
nipotenti,& nomen eius Adonai non indicaui eis.Exodi vero.15. cecinit hoc pacto Moyſes: E
Dominus quaſi vir pugnator,omnipotens nomen eius.Hieronymus ille barbatus huius rei ſtu
diofiſſimus breui compendio decem dei nomina complectitur. Siquidem ponit primum no-
men dei eſſe El, quod ſeptuaginta θεὸν.i.deum. Aquila ἔτυμολογίαν eius exprimens ἰσχυρὸν.i.
fortem interpretatur.Deinde Eloim,& Eloe,quod & ipſum deus dicitur. Quartũ Sabaoth, q̃d
ſeptuaginta virtutum,Aquila exercituum tranſtulerũt.Quintum Elion,quod nos excelſum di
cimus.Sextum Eſcher Ehieh,quod in Exodo legitur,qui eſt,miſit me.Septimũ Adonai,quem
nos dominũ generaliter appellamus.Octauum Ia,quod in deo tantũ ponitur,& in allelu ia ex-
trema quoq; ſyllaba ſonat. Nonum τετραγράμματον,quod ἀνεκφώνητον.i.ineffabile putauerunt
quod ijs literis ſcribitur Iod,he,vau,he,quod quidam non intelligentes propter elementorꝝ ſimi
litudinem,quum in Græcis libris repererint pipi legere conſueuerũt.Decimum eſt Saddai,& in
Ezechiele interpretatũ ponitur.Sed q̃d poſt hæc oĩa dicam? Lamina aurea in cruce Chriſti,
& iuxta Matthæum ſuper caput eius literis Hebraicis,Græcis,ac Latinis inſcripta fuit.Hebrai-
ce Ieſchuah niſrim melech haie hudin. Græce aũt Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.
Matth.1 Latine vero:Ieſus Nazarenus rex Iudæorꝝ.Ieſus enim ſaluatorem ſignificat,& hoc eſt nomen
illud admirabile,de quo pſal.8.. Domine dominus noſter,q̃ admirabile eſt nomẽ tuum in vni-
uerſa terra.Hoc eſt illud nomen,quod quicũq; inuocauerit,ſaluus erit,Iohelis.2.Hoc nomen p̃
dictum eſt ab angelo,Matth.1.anteq̃ naſceretur.Sic eĩ ait: Vocabis nomen eius Ieſum, ſaluũ F
eĩ faciet populum à peccatis eorꝝ,quod quidem nec Ioſue,nec Ieſus filius Syrach facere po-
tuit.Hoc eſt nomen ſuper omne nomen ad Philip.2.propter quod omne genu flectitur,cœle
ſtium,terreſtriũ & infernorꝝ.De hoc nomine Petrus ad principes populi,& ſeniores Iſrael hiſ-
ce verbis conſtantiſſime prædicauit:Notum ſit oĩbus vobis,& omni plebi Iſrael ait,qa in no
Acto.4 mine Ieſu Chriſti Nazareni,quẽ vos crucifixiſtis,quẽ deus ſuſcitauit à mortuis,in hoc iſte aſtat
coram vobis ſanus.Hic eſt lapis,q reprobatus eſt à vobis ædificãtibus,qui factus eſt in caput
1.Petri.2. anguli,& non eſt in alio aliquo ſalus.Nec eĩ aliud nomẽ eſt ſub cœlo datũ hominibus,in quo
Eſa.8.28. oporteat nos ſaluos fieri,& hoc nomen iuxta ritum catholicorꝝ,cum Euchariſtiæ ſacramentũ
tractatur,plerũq; inſcriptum ac inſculptũ eſt humerali, quo amictus eſt ſacerdos miſſam cele-
brans,vt ſicut in aurea lamina gemmario opere inſculptũ fuit nomen tetragrammaton ineffa-
bile,ita & hic ineffabile nomen Ieſu.Inſuper de hoc nomine paſſim legitur, q̃ ſit & illud ſan-
ctum ac terribile,Pſal.110.Laudabile quoq;,Pſal.112. Ac admirabile, Pſal.8.q̃d̃q; ſemper ado-
rari debeat.Et hoc eſt,quod in illius nomine baptizati ſunt multi,& q ſpiritibus obſeſſi erãt ma
lis,in nomine domini Ieſu liberabantur,Acto.10.&.19.Hanc itaq; laminam aureã,propter ſan-
ctiſſimũ dei nomen perpetuo venerandũ eſſe prædicamus,& ob id iuxta altare ſignum & titu
lus crucis erigitur,vt eum veneremur & inuocemus,q ſedet ſuper arcam & Cherubin. Ceſſent
itaq; poſt hac Iconomachi,catholicis faceſſere negotium, triumphalem in cruce Chriſti titulũ
porcorꝝ more calcantes,nam ſi coram Pilato,Iudæi nihil immutationis obtinere poterãt,quin
audirent præſidem dicentem:Quod ſcripſi ſcripſi.Ita & iſti aduerſarij crucis, aduerſus titulum
tam glorioſum nihil prævalebunt.Oremus itaq; vnanimi voto dicentes: Per ſignum crucis de
inimicis noſtris libera nos deus noſter, Amen.

Sermo

A

SERMO XXXIIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c̃. vt supra.

ARGVMENTVM.

De rationali pontificis ingredientis sancta sanctorum.

In festo inuentionis D. Stephani, tres ex more solito Viennæ ad popu lum sermones fiunt, quorum primus existit.



B INcepimus sanctarum vestium põtificalium tractare mysteria, sed hic re ipsa probamus, diligentibus deum omnia cooperari in bonum, eo quod iam meditaremur, quid hoc sibi secreti vellet, quod sacerdotis ornamenta, de quatuor floribus constituta sint. Cæterum cur in ra- Roma.8. tionali duodecim lapides, quadruplici ordine, hoc est, in vno quo- Exodi.28 q̃ lapides ordinati sint. Deinde quod arca fœderis quatuor circulos aureos habebat. Ara vero ante arcam quatuor cornua, & quum hæc moueretur arca, imponebatur plaustro nouo. 2. Reg. 6. & 2. Paral. 15. illico se nobis obuium præbet hoc solenne festum, quod singulis annis, in hac inclyta vrbe Viennensi, propter diui Stephani protomartyris coronati, primarij inter diuos nostri patroni celebre est. Et veterum patrum, Hieronymi potissimum ad Fabiolam interpretationem sequuti, hoc quaternario numero, quatuor præcipuas virtutes in diuo Stephano præualentes, figuratas esse affirmamus. Nam si actus Apostolorum ex ordine & diligentia perpenderimus, in comperto est, inter septem diaconos primum & præcipuum habuisse diuum Stephanum. Is enim præ cæteris, quos commendat scri- Acto.6 ptura, talibus verborum præconijs laudatur: Elegerunt Stephanum, virum plenum fide, & spiritu sancto. Et iterum: Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Et licet quidam de synagoga, quæ appellabatur Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia & Asia, disputarint cum Stephano, non tamen poterant resistere spiritui sapientiæ, qui loquebatur. Et licet etiam falsos super eos testes produxerint, attamen intuentes eum, omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius, tanquàm faciem angeli. Cęterum & si falsum super eo produxerint testimonium, nihilominus vocat eos viros fratres & patres. Postremo, & si exclamauerint aduersus eũ, vsq̃ adeo voce magna, vt cõtinerent aures suas, & fecerint impetum vnanimiter in eum, eijcerent q̃ eum extra ciuitatem & lapidarent, nihilominus inuocauit dominum, dicens: Domine, suscipe spiritum meum. Positis autem genubus, clamauit voce magna: Domine, ne statuas illis hoc peccatũ, & quũ hoc dixisset obdormiuit in domino. Adoriamur itaq̃ primum in Stephano virtutis gradum, fortitudinem quidem, quam vobis iam longo tempore à Turcis, fame, & partim peste suppressis, apprime
C necessariam esse ducimus. Res non exigui momenti est, fortem esse animum in homine, in prosperis non extolli, & in aduersis minime prosterni. Hac de re olim Ethnici longè lateq̃ disputarunt. ἀπαθίαν μετριοπαθίαν κοὴ συμπαθίαν, hinc inde disputantes. Qua in re & si ab Aegyptijs iusta spolia exigere possemus, ex quo tamen arca domini, super plaustro nouo per Dauidem cy- 2. Regũ. 6. tharœdum aptato, semel instruximus, & iuxta eandem quatuor animalia Ezechielis ac Iohan- Ezechi. 1 nis stare cœperunt, idcirco intra tabernaculum ac templum domini manere & consistere sta- Apoc. 4 tuimus. Fortitudinem autem melius docere non possumus, quàm si quasi cathena aurea primo loco patientiam prędicemus, & suis extollamus laudibus ac sedibus locemus. Norunt itaq̃ qui aliquando vel vltra primum limen sacrarum literarum progressi sunt, patientiam eam ac talem esse virtutem, quæ suam originem & communionem habet à deo, cuius quidem patientia prædicatur à filio, hoc pacto, vt pater ille in cœlis oriri faciat solem suum super bonos & malos, mittat q̃ pluuiam super iustos & iniustos, & licet iusto iudicio multos rebelles, irreligiosos Matth. 5. Sodomitas, incredulos, & plane impios ac pessimos homines eijcere ac damnare posset, perin- Gene. 3 de vt Adã & Euã, Cain homicidã, & eos qui diluuio sub Noe, ac igne sub Loth perierunt, habe Gene. 6 ret q̃ multos, quos optimo iure viuos terra absorbere deberet, veluti Chore, Dathã, & Abyron Gene. 19 & absumere per ignem sicuti Nadab & Abiu. Attamen ipse deus est benignus, misericors, pa- Lucæ. 17 tiens, & præstabilis super malitia. Sinit enim elementa famulari, spirare ventos, fluere fontes, Nu. 16. 26. præbet vbertatem messium, & vinearum fertilitatem, efficit vt pomis exuberent pomaria, ar- Leui. 26. 16 bores fronde germinent, stent nemora, & floreant prata, non modo bonis, sed & quibusuis pes- Psal. 68. simis. De qua patientia Ezechielis. 18. Nolo mortem peccatoris, modo vt reuertatur & viuat. Malachiæ vero. 3. sic exclamat: Reuertimini ad me dicit dominus. Et iterũ Iohelis. 2. Reuerti-

mini ad dominum deum vestrum, quoniam misericors & pius est, & patiens, & multæ misericordiæ, ipse siquidem venit quærere & saluum facere quod perierat. Huius rei non ignarus di- D
Lucæ.19 uus Apostolus Paulus (forte quod in tertio cœlo didicerat) hanc dei patientiã hisce verbis commemorat ad Romanos secundo: Ignoras quoniam bonitas dei, ad pœnitentiã te adducit, tu autem secundum duritiã tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundũ opera eius. Ecce vt patientia dei semper pœnitentẽ expectet: Id quod etiã Ethnici, inter quos Valerius maximus præcipuus memorãdarũ historiarũ author, intellexisse videntur, si quando testudineos gressus, laneosq; pedes ad vindictam affinxerunt dijs ipsis, licet tarditatem vltionis supplicij grauitate recompensent. De quo Exodi. 32. Mea est vltio & ego retribuam. Id quod etiam nates Azotiorũ ac aliorum Philistæorum, indigne fœderis arcam tractantium vberrimè docent. A longa itaque patientia dei patris, ipsi patientiã discere studeamus. Ad patientiã vero quàm sæpissimè monemur in euangelio per Christũ. Quippe manifestis verbis Lucæ. 21. discipulos docuit, dicens: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Inter quos primus martyr, hoc est, testis noster patronus diuus Stephanus fuit, hic quia fortis in fide, & patientissimus in passione, propterea primus fuit, qui post Christi Ascensionem in cœlum, cœlos vidit apertos, & Iesum stantem à dextris dei.
1.Pet.2. Didicit autem hanc patientiam à Christo, norma quidem & magistro patientiæ, de quo Scriptura dicit, Quod quum malediceretur, non regerebat maledictum. Sed quis vnquã mortalium pro rei dignitate patientiæ gradus enumeraverit? Et reuera hodiernũ Euangelium nos ma
Matth.23. nifeste docet à sanguine iusti Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem ludæi occiderunt inter tẽplũ & altare, quotquot saluati fuere, per patientiã istud assequutos esse. Tulit E
Gene.4 enim satis patienter Abel, quod non solum inuidit hic Chain, sed & in agro innocenter sit occisus ab illo. . De Abraham autem quis vnquàm cogitare posset patientiam maiorem, quàm ille subierit? Genesis vicesimosecundo: quando certo hoc sibi putauit futurum esse, vt vnigenitus illius, & solus atque dilectus filius immolandus esset. De Iacob vero quantas sustinuerit à fra
Gene.23 tre Esau iniurias notissimum est. Ita & Ioseph licet vẽundatus esset à fratribus, attamen in
Gene.37 eos multa patientiæ signa exhibuit. Et quemadmodum per patientiam plerique gratiã & gloGe.43.45 riam dei consequuti fuerunt. Ita per impatientiã, iram, & indignationem dei non mediocrem inciderunt. Id quod de Cain, de Esau, de murmurationibus quoque Israhelitarum in confesso est. Inter præcipuos autem veteris testamenti, qui patienter aduersa perpessi sunt, fuit primo loco Abraham, secundo Dauid, qui quum sæpe se de Saul rege vindicare potuisset, & maxime,
1.Regũ.24 quum in deserto Engaddi purgaret ventrem, se tamen minime vindicauit, imò persequutiones illius patientissimè sustinuit. Non autem magnopere necessarium videtur, vt historiam Iob alioquin notissimam ab origine repetamus, quum ex paucis reliquum vitæ eius curriculũ æstimare cuiuis prudenti licebit, quandoquidem vt summatim dicamus, per mille discrimina rerum agitatus, nec diuitijs, nec damnis, nec orbitate, nec vulnere, nec exprobratione amicorum, nec solitudine, nec postea bonorum omnium restitutione immutatus est. Et nemo est, qui ignoret senis illius Thobiæ patientiam. Porro in testamento nouo, quicunque perseuerauerit in finem, hic saluus erit, Matthæi decimo: Et illic sic vt oportuit pati Christum, id quod non modo ante passionem prædixit dominus, quemadmodum Marci sexto legitur: Oportet filium hominis
Luc.vltio. pati multa. Et Iohannis duodecimo: Oportet exaltari filium hominis. Sed & post resurrectionem ipse testatus est coram duobus discipulis, simul euntibus in Emaus. Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, ita & per multas tribulationes simili ratione agamus necesse erit, quo aliquando regnum dei adipiscamur, Actorum decimoquarto: Non est ergo fortius
Prouer.30 aut sanius consilium, quàm si ex necessitate virtutem facias, induens fortissimi leonis ad nullius occursum trepidantis magnanimitate m. Hæc est illa fortitudo, qua hodie diuus Stephanus ille protomartyr patronus noster, ita deo commendabilem se reddidit, vt inde coronam sui meriti æternam acciperet, quam vt & nos acquiramus, dicendum omnibus vno ore est, Amen, Amen.

SERMO XXXV.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De sapientia protomartyris diui Stephani.

Sermo de diuo Stephano secundus.

Circa

A 

Irca diui protomartyris Stephani hiſtoriam ſacram, in hodierno ſermone declarauimus, primũ pontificiꝫ rationalis ordinem, quãdo fortitudinem in protomartyre Stephano prædicauimus, reſtat vt ſecundum ordinem aggrediamur, qui ſapientiã figurat. Eapropter in rationali doctrina ſapientiæ inſculpta fuit. Sic eñ doctrina & veritas Hebraice Vmim Vethumim dicta fuerunt: Hanc ſapientiam in templi noſtri patrono Stephano, eam ac tam abundantem fuiſſe Lucas teſtatur, vt licet Libertini, Cyrenenſes, & Alexandrini, ac à Cilicia & Aſia ſat diu diſputarint cũ Stephano, attamen non poterant reſiſtere ſapientiæ illius. Profecto magna & pretioſa dos eſt ſapientia. Actorũ. 6.

Sic enim Prouerbiorũ. 7. Melior eſt ſapientia cunctis opibus, Et Prouer. 16. Poſſide ſapientiã, quia auro melior eſt, & acquire prudentiã, quia pretioſior eſt argento. Et Prouer. 17. Seruus ſapiens dominabitur ſtultis filijs, & inter fratres hæreditatem diuidet. Et iterum: Quid prodeſt ſtulto habere diuitias, quum ſapientiam emere non poſſit? Eccleſiaſtes. 7. Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolem. Sic enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & ſapientia, quod vitam tribuunt poſſeſſori ſuo. Eccle. autem. 9. ſic legitur: Hanc ſub ſole vidi ſapientiam, & probaui maximam. Ciuitas parua & pauci in ea viri, venit cõtra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrũ, & perfecta eſt obſidio, inuentuſq; eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiã ſuã,

B & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis, & dicebam ego meliorem eſſe ſapiẽtiam fortitudine. Melior eſt ſapientia, quàm arma bellica. Iſte eſt pretioſus ille theſaurus, quem parentes poſt ſe relinquere poſſunt filijs ſuis. De quo Eccle. 4. ſic ſcriptum eſt: Melior eſt puer ſapiens & pauper, rege ſene & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum. Hæc eſt illa ſapientia, quæ lætificat parentem ſuum. Prouer. 29. Vnde Prouerb. 27. Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum. Sed hic virga & correctio tribuit ſapientiam. Pater enim filium quem diligit, caſtigat. Vnde ad educationem pueri non imprudenter Salomon alioqui ſapientiſſimus. Proue. 13. Hebræ. 12. Iob. 5. ait: Qui parcit virgæ, odit filium ſuum, qui autem diligit illum, inſtanter erudit illum. Proue. 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugauit eam. Prouer. vero. 23. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam, ſi percuſſeris eum virga, Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Audis itaq; quàm pretioſa & vtilis res ſit ſapientia? Sed vnde & à quo detur ſapientia in manifeſto eſt, quod dominus dat ſapientiam, & ex ore eius ſcientia & prudentia. Prouer. 2. Iſte eſt, qui ſapientia impleuit Beſeleel, & Ooliab, quos illuſtrauit, vt quicquid ad arcam & tabernaculũ teſtimonij pertinebat, facerent. De quibus Exodi. 36. ſic legitur: Fecit ergo Beſeleel & Ooliab, & omnis vir ſapiens, quibus dedit dominus ſapiẽtiam & intellectum, vt ſcirent fabre operari, quæ in vſu ſanctuarij neceſſaria ſunt, & quæ præcepit dominus. Quumq; vocaſſet eos Moyſes, & omnẽ eruditum virum, cui dederat dominus ſapientiam, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus, tradidit eis omnia donaria filiorum Iſrael, qui cum inſtarent operi, quotidie mane vota populus afferebat, vnde artifices venire compulſi, dixerunt

C Moyſi: Plus offert populus, quàm neceſſarium eſt. Iuſſit ergo Moyſes præconis voce cantari: Nec vir nec mulier, quicquàm offerat vltra in opere ſanctuarij. Sicq; ceſſatum eſt à muneribus offerendis, eo quod oblata ſufficerent & ſuperabundarent, feceruntq; oñes corde ſapientes, ad explendum opus tabernaculi. Sic. 3. Regum. 4. Deus dedit ſapientiam Salomoni & prudentiã multam nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris, & præcedebat ſapientia Salomonis, ſapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorũ, & erat ſapientior Ethan Eſraitæ, & Hemam, & Calchal, & Dorda filijs Maol, & erat nominatus in vniuerſis gentibus per circuitũ. Loquutus eſt quoq; Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius quinq; millia, & diſputauit ſuper lignis à Cedro, quæ eſt in Libano vſq; ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus. Et veniebant de cũctis populis, ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius. De qua etiam Salomonis ſapientia, Lucæ. 11. Chriſtus ſermonem fecit ac dixit: Regina Auſtri, venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Et diuus Stephanus in diuino ſuo ſermone, quem fecit ad principes ſacerdotũ, ac ad ſeniores de Ioſeph, ait: Quod dederit illi dominus gratiam & ſapientiam in cõſpectu Pharaonis regis Aegyptiorum. De Moyſe ſic prædicauit: Eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Aegyptiorum, & erat potens in verbis & operibus ſuis. Sed & Danielis. 1. Dedit dominus pueris Danieli, Ananiæ, Miſaheli, & Azariæ ſcientiam & diſciplinam in omni libro. Danieli autem intelligentiam omnium viſionũ & ſomniorum. Sic à deo data eſt Paulo ſapientia. 2. Petri. 3. Sed ipſe Chriſtus hos oñes præcellit, q̃ in eo ſunt oñes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ, ad Coloſſ. 2. Imo ille eſt ipſa ſapientia. Audiuere diſcipuli, Lucæ. 21. Quum traxerint vos ad reges ac præſides propter nomen meũ, ponite in cordibus veſtris non prẽmeditari, quemadmodũ reſpondeatis, ego eñ dabo vobis os & ſapientiam, Actorũ. 7.

cui non poterunt resistere ac contradicere omnes aduersarij vestri. Et stupẽdi res miraculi est, D
quod per simplices piscatores tot inter Iudæos & Gentiles docti sunt, imo vniuersus orbis ter-
rarum ad fidem Christi conuersus est. Vnde. 1. Corinth. 1. Perdam sapientiã sapientum, & pru
Esaiæ. 29 dentiam prudentũ reprobabo, vbi sapiens? vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultã
fecit deus sapientiã huius mundi? Nam quia in dei sapientia, non cognouit mundus per sapien-
tiam deum, placuit deo, per stultitiã prædicationis saluos facere credentes. Quoniam & Iudæi
signa petunt, & Græci sapientiã quærunt, nos aũt prædicamus Christũ crucifixũ, Iudæis qui-
dem scandalum, gentibus autem stultitiã. Ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Christũ, dei
virtutem & dei sapientiam, quia quod stultũ est dei, sapientius est hominibus. Videte eñ voca-
tionem vestrã fratres, quia non multi sapientes, & infirma mundi elegit deus, vt confundat for
tia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrue
ret, vt non glorietur oñis caro in conspectu eius. Ex ipso aũt vos estis in Christo Iesu, quia fa
ctus est nobis sapientia à deo & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodũ scriptũ
1. Corint. 1. est: Qui gloriatur, in domino glorietur. In alijs autem locis, huius mundi sapientiã, stultitiã vo-
2. Cor. 10. cat, sic dicens. 1. Corinth. 3. Sapientia huius mundi, stultitia est apud deũ, & ad Roma. 11. sic ex-
clamat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius,
Lucæ. 16 & inuestigabiles viæ eius. Est itaq; sapientia duplex, dei quidẽ & huius seculi. Vnde filij huius
seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua, quod si quis fuerit, qui sapientia indiget,
Iacobi. 1 postulet à deo. Sic enim Iacob' in sua Canonica confidenter ait: Si quis vestrũ indiget sapiẽ-
tia, postulet à deo, qui dat oñibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet aũt in fi
de nihil hæsitans, Qui eñ hęsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur.
Nõ ergo existimet homo ille, quod accipiat aliq̃d à domino. Hæc est illa domina, de qua Pro- E
uer. 8. Nũquid non sapientia clamitat in plateis, & prudẽtia dat vocẽ suã in summis, excelsis q̃
virtutibus, supra viam in medijs semitis, stans iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, di-
cens: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominũ, intelligite paruuli astutiam, & insipiẽ
tes animaduertite, audite quoniã de rebus magnis locutura sum, & aperientur labia mea, vt re-
cta prædicent. Paulopost ibidem, Per me regnant reges, & legum conditores iusta decernunt,
per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo, & qui
mane vigilauerint ad me, inueniẽt me, mecum sunt diuitiæ & gloria, opes super me & iustitia.
Quod si ad petendam sapientiam te scripturæ non mouerint, vade ad formicam, & disce, inq̃t
Salomon Prouer. 6. O piger & considera vias eius, & disce sapiẽtiam, quæ cũ non habeat ducẽ
nec præceptorem, nec principẽ, parat in æstate cibum sibi, vt congreget in messe quod come-
dat. Sed rursus aliud inuenitur huic non vsquequaq; absimile, Prouerb. 30. Quatuor sunt mini-
ma terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus, formicæ, populus infirmus, qui præparat in messe
cibum suum. Lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta non
habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus re-
gis. Ad hanc itaq; sapientiã, illius q̃ domum septem columnis fulcitam, properemus & cõfluamus omnes, vt olim æternæ sapientiæ vultum serenum videre valeamus, Amen.

F

SERMO XXXVI.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra

ARGVMENTVM.

De iustitia.

Sermo de diuo Stephano tertius.



Acto. 7.

Ostea q̃ ex rationali pontificis, doctrinam sapientiæ proximo sermo-
ne tractauimus, non alienum ab instituto nec abs re visum fuit nobis,
tertiam declarare virtutem, quæ in diuo protomartyre Stephano pa
trono huius ecclesiæ manifeste deprehenditur. Nam etsi Iudæi falsos
testes subornarint, ipse tamen prædicationẽ exorsus est ab Abraham,
descendit q̃ ad patriarchas reliquos, etiam ad Moysen veniens, tandẽ
tabernaculũ testimonij sub Moyse, & templum sub Salomoue induc-
cens. Et iusta sententia concludit aduersus eos dicens: Dura ceruice &
incircũcisis cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis,
sicut pres vestri, ita & vos, quẽ prophetas nõ sunt persecuti patres vri,

& oc

A & occiderũt eos,q̃ prẽnũtiabãt de aduẽtu iusti,cuius nũc vos proditores & homicidę fuistis.Et licet audiẽtes hæc dissecarent cordibus suis,strideręt̃q̃ dẽtibus in eũ, quũ aũt eẽt plenus spũ sancto,intẽdens in cœlũ,vidit gloriã dei,& Iesum stãtẽ à dextris virtutis,& ait:Ecce video cœlos aptos,&filiũ hominis stantẽ à dextris virtutis dei.Ecce hic in Stephano diligẽter obseruatã viã iustitiæ,non em̃ respexit personã hoīs.Et hæc est prima iustitiæ pars,ac iusti laus, non est em̃ accipienda persona.Sic de deo Deuter.3.Dominus deus vester,ipse est deus deor̃,& dominus dominantiũ,deus magnus,potens & terribilis,qui personã non accipit neq̃ munera,facit iudicium pupillo & viduæ,amat peregrinũ,& dat ei victũ atq̃ vestitum.Iob vero.34.fere in eandem sententiam scriptũ est,vt deus is sit,qui non accipiat p̃sonas principum.Hoc ore suo confirmat Petrus Actor̃.10.iurans:In veritate comperi,ait,quia non est p̃sonarum acceptor deus, sed in omi gente qui timet deũ,& operatur iustitiã acceptus est illi. Sic ergo manifestũ est, q̃d non est apud deũ iniquitas,neq̃ personar̃ acceptio.2.Paralip.19.Et ad Romanos.2. Non est personar̃ acceptio apud deũ.Id quod ad Galat.2.Ephe.6.Colos.3.1.Petri.1.Quasi concordãtibus verbis scriptũ extitit.Ita apud vnũquemq̃ iudicem non debet esse p̃sonarum acceptio, vnde Leuitici.19.Non consideres personam pauperis,nec honores vultum potentis,iuste iudica proximo tuo. Et Deuter.1. Quod iustum est iudicate,siue ciuis sit ille, siue peregrinus,nulla erit distantia p̃sonarum,ita paruulũ audietis vt magnũ,nec accipietis cuiusquam personã, quia
B dei iudicium est.Et propterea,quod dei iudiciũ est,eo nomine,quo deus in scriptura sancta vocatur,etiam ipse iudex Elohim nomen habet,vnde Psal.81.Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat,deos appellans, qui habent iudicandi de hominibus potestatẽ.Nã essentialis deus,non nisi vnus est,vnde audi Israel:Dominus deus tuus vnus est,& præter hunc deum non est alius.Dij vero hoc est iudices multi sunt,inter quos stetisse deũ, Dauidis cythara cecinit.Sed vix de vno atq̃ altero,quod de iusto illo Iosaphat rege,legitur.2.Para.19.Quod cõstituerit iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda,munitis per singula loca, & præcipiens iudicibus,videte ait quid faciatis,non enim hominis exercetis iudicium,sed domini, & quodcũq̃ iudicaueritis,in vos redundabit,sit timor domini vobiscum,& cum diligentia cuncta facite, non est enim apud dominũ deum vestrũ iniquitas,nec personar̃ acceptio, nec cupido muner̃. In Hierusalem quoq̃ constituit Iosaphat leuitas & sacerdotes,& principes familiarum ex Israel,vt iudicium & causam domini iudicarent habitatoribus eius,præcepit̃q̃ eis dicens:Sic agetis in timore domini fideliter & corde perfecto,omnem causam,quæ venerit ad vos fratrum vestror̃, qui habitant in vrbibus suis inter cognationem & cognationem,vbicunq̃ quæstio est de lege, de mandato,de cerimonijs,de iustificationibus,ostendite eis, vt non peccent in dominum,& ne veniat ira super vos,& super fratres vestros.Sic ergo agentes non peccabitis. Ob id omniũ catholicor̃ sententia est,quod is Iosaphat rex(cuius nomen est à Ia & schaphat,quod sit à deo iudex)meruerit in sua valle,vbi dominus iuxta Iohelem iudicabit omnes gentes,iudicij locum. Iohelis.3.
Secundo loco iudices hoc obseruare debent,vt non sequãtur munera neq̃ retributiones.Quæ
C res tam sacra est,vt etiam Ietro sacerdos Madian,socer & cognatus Moysi, hisce verbis erga Moysen consilium dederit:Prouide de omni plebe viros sapientes & timentes deum, in qbus Exodi.18.
sit veritas,& qui oderint auaritiam,& constitues ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios,& decanos,qui iudicent populum omni tempore.Esaiæ vero.1.fic os domini loquutum est:Principes tui infideles,socij furum,omnes diligunt munera,& sequuntur retributiones, pupillo non iudicant,& causa viduæ non ingreditur ad illos.Hieremiæ vero.5.Causam viduæ nõ iudicauerunt,causam pupilli non dixerunt,& iudicium pauperum non iudicauerunt.Nunquid super his non visitabo dicit dominus,aut super gentẽ huiuscemodi non vlciscetur anima mea? Micheæ vero.3.In muneribus iudicabant.Quanta vero sit munerum in iudicio iniquitas, Deuter.16.legitur:Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis,quas dñs deus tuus dederit tibi,per singulas tribus,& iudicent populum iusto iudicio,nec in alteram partem declinent, non accipies personam,nec munera,quia munera excæcant oculos sapientum & mutant verba iustorum,iuste quod iustum est persequeris,vt viuas & possideas terrã,quam dominus deus tuus dederit tibi.Et hoc est quod Pythagoras breui complectitur sermone:Stateram inquiẽs, ne transilias,Quod & Leuitici.19.cautum est:Ego dominus deus vester,nolite facere iniquum aliquid in iudicio,in regula,in pondere,in mensura,statera,iusta & æqua sint põdera,iustus modius,æquus q̃ sextarius.Propterea dãnantur filij Samuelis,quos quum senuisset Samuel, posuit iudices in Israel,quod non ambulauerint in vijs, sed declinauerint ad auaritiam. Damnatur & Pilatus,q̃ territus voce Iudæorum,ob Cæsarem iniquam sententiam dedit. Damnantur & illi 1.Reg.8.
duo iudices Danielis.13.qui super Susanna falsum pronuntiarunt iudicium.Laudatur autẽ per- Iohan.19
petuo Salomon ille sapiens,qui duabus matribus super puero contendentibus iustum ac prudentissimũ dedit iudicium,de quo videre licet longã historiam.3.Regum.3. Quum em̃ is staret ante arcam fœderis domini,venerunt duæ mulieres meretrices ad regẽ, steteruntq̃ coram eo, quar̃ vna ait:Obsecro mi dñe,ego & mulier hæc habitabamus in domo vna,& peperi apud

eam in cubiculo. Tertio autem die postq̃ peperi, peperit & hęc, & eramus simul, nullus alius nobiscum in domo exceptis nobis duabus. Mortuus est autẽ filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppressit eum, & consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meũ de latere meo, ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo, quumq̃ surrexissem mane, vt darem lac filio meo, apparuit filius mortuus, quem diligentius intuens clare deprehendi non esse meum quem genueram. Respondit q̃ alia mulier: Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat, mentiris, filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Atque in hunc modũ contendebant coram rege, tunc rex ait: Hæc dicit, filius meus viuit, & filius tuus mortuus est, & ista respondit non, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Dixit ergo: Afferte mihi gladiũ, quumq̃ attulissent gladiũ coram rege. Diuidite (inquit) ante me viuũ in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partẽ alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus ad regem: Cõmota sunt quippe viscera eius super filio suo, obsecro domine, date illi viuum infantem, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi nec tibi, sed diuidatur. Respondit rex & ait: Date huic infantem viuum, & non occidatur, hæc est enim mater eius. Audiuit itaq̃ omnis Israel iudicium, quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam dei esse in eo, ad faciendum iudicium. Quisquis ergo alium iudicare præsumpserit, à deo iudicandi modum accipiat, is eñ nullibi præcipitãter iudicasse legitur. Sic iudicaturus prothoplastum Adam, vocat eum Adam vbi es? Gene. 3. Iudicaturus autem Cain, ait: Vbi est Abel frater tuus? Condemnaturus Nembroth cum copijs auxiliaribus, descendit vt videret ciuitatẽ & turrim, quam ædificabant filij Adam. Gene. 11. Iudicaturus autem Sodomam, Gomorrham, Eleale, & cæteras ciuitates ait: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis, descendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non, vt sciam. Si ergo non iudicauit dominus de ijs, quæ in conspectu illius manifesta fuerunt, & apud quem nullum manet secretũ, quid putas faciendũ huic erit, qui sedet in throno & loco dei? Hoc est, quod toties in scriptura legitur: Recte iudicate filij hominum. Psal. 57. Et iudicate ægeno & pupillo, clamor eñ viduarum & pupillorum ascendit. Hinc Iohan. 7. Nolite iudicare secundũ faciẽ, sed secundũ iustum iudiciũ iudicate. Ex his itaq̃ præsentis diei, tribus contionibus, tres circulos aureos, arcæ fœderis fortitudinem quidẽ, prudẽtiam & iustitiam, didicistis, restat modo quartum declarare circulum (quippe arca dei quatuor aureos circulos habuit, duos in vno, & duos in altero latere, quibus per vectes delata est arca) & is temperantiæ nomẽ habet, quæ & in Stephano patrono quidem nostro miris modis effulsit, etiam vsquequo obdormiuisset in domino, non enim solum se non vindicauit, sed & ab exemplo Christi positis genubus, pro persecutoribus exorauit.

Gene. 18

SERMO XXXVII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c̃, vt supra. serm̃. 1.

ARGVMENTVM.

De vestimentis sacerdotalibus.

REcensentibus nobis, quæ in secundo libro Moysi de arca testamenti scripta sunt, hoc inuenire licet, vt post institutionem arcę, mensæ q̃q̃ propositionis, propitiatorij, candelabri, & rerum aliarum, vestes pontificales & sacerdotales ordinatæ fuerunt, ita vt Exodi. 28. sic præceperit dominus: Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo, in gloriam & decorem, in quibus sanctificatus ministret mihi. Et hæc est vestimentorum religio, quæ talis, tantaq̃ fuit, vt Exodi. 29. de consecratione Aaron & filiorũ eius, sic scriptum sit: Quum laueris patrem cum filijs suis aqua, indues Aaron vestimentis suis. Ad hæc Nume. 20. legitur, quod vbi Aaron ad aquas contradictionis factus fuit incredulus ori domini, sic præceperit dominus: Tolle Aaron & filium eius cũ eo, & duces eos in montẽ Hor, quumq̃ nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum & filium eius, & Aaron colligetur & morietur ibi. Fecit Moyses vt præceperat dominus, & ascenderunt in mõtem coram omni multitudine, quumq̃ Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius, illo mortuo in montis supercilio descendit cum Eleazaro. In ijs autem rebus, plerisq̃ vt in alijs velamẽ 2. Cor. 3. super faciem Moysi positum est, ita vt sicut olim non licuit vlli vel sacerdoti, vel pontifici videre arcã, nisi q̃ sanctis vestibus indutus fuerat, ita & in testamẽto nouo, quisq̃s ad Eucharistiã accedere volet, necesse erit vt se veteri priori vestitu exuat, & nouis se vestimẽtis nouę creaturę

& noui

A & noui hominis induat. Cuius rei testis est altissimus preco Paulus. Sic enim ad Romanos.13. ait: Abijciamus opera tenebrarꝝ, & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus, non in comessatiõibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus, & impudicitijs, nõ in cõtentiõe & æmulatiõe sed induite dominum nostrum Iesum Christum. Ad Ephesios.4. Induite nouum hominem, qui secundũ deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ad Colossensens tertio: Induite vos sicut dilecti dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatẽ, modestiã, patientiã, supportãtes inuicẽ, nolite mentiri inuicẽ expoliãtes vos veterem hominem cũ actibus suis, & induentes nouũ hominem, qui renouatur in agnitione dei, secundũ imaginem eius, qui creauit eum, vbi non est masculus & fœmina, Gentilis & Iudæus, circumcisio & prꝛputium barbarus & scytha, seruus & liber, sed omnia & in oĩbus Christus. Quis hic non videt veterem hominem expoliandum esse? Vnde ad Ephesios quarto: Deponite vos secundum pristinã conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desiderium erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ. Hanc spiritalem renouationem sæpe Paulus inculcat. Sic enim ad Gala.6. docet: In Christo Iesu neqꝫ circumcisio aliquid valet, neqꝫ præputium, sed noua creatura. De hac noua creatura.2. Cotinthioꝝ.5. Si qua in Christo noua creatura, vetera tranſierũt ecce facta sunt oĩa noua, &.2. Corint.4. Licet is, qui foris est homo corrumpatur, tamen is, qui intus est renouatur de die in diem, oportet itaqꝫ renouari hominem. Hæc nouitas q̃ grata sit deo, figuræ ac testimonia scripturarũ indicant, nam sacrificium nouarum frugum, deo gratum & acceptabile fuit, Exodi.23. & Leuitici.23. Sic mirum in modum placuit canticũ nouum. Iudith.16. Sic in Euangelio vinum nouum in vtres nouos immittitur. Sic promittit Christus sese

B daturum nouum vinum in regno patris. Matthæi.26. Et calicem post se reliquit noui testamenti, in monumento quoqꝫ nouo ponitur, Matthæi.28. Et spiritũ nouum innouauit in viscera nostris, Ezechielis.13. Exigit quoqꝫ à nobis spiritum nouum & cor nouum, propterea quoque venit tanquàm noui testamenti mediator, viamq́ꝫ nouam nos docuit. Vnde Apocalypsis cap. 21. Qui sedebat in throno, dixit: Ecce noua facio omnia. Et ad hanc renouationem, Psalmo.32. dicitur: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Est autem aquilæ natura hæc, quod tempore senectutis suæ, superius labium suum per modum vnci in tantum excrescat, quod nec os aperire, nec cibum sumere potest, propter quod tandem fame senioq́ꝫ grauata, ex naturali instinctu labium collidit ad petram, deponitq́ꝫ rostri incuruitatem, quo sumptio cibi non impediatur, quo facto reparatur ad valetudinem pristinam per sumptionem escarum. Sic anima corporis atqꝫ terrenæ inhabitationis mole grauata, & à contemplatione cœlestium impedita, nunc quidem quotidie, quantum possibile est à carnis communione se abstrahat, & vitam cœlestem in terra ducere satagat, sicq́ꝫ quotidie renouatur interius. Quemadmodum ad Corinthios dicit Apostolus: Licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is. qui intus est, renouatur de die in diem. Habes itaque in genere, eum qui ad arcam domini, hoc est, Eucharistiam accedere velit, vt necesse habeat se nouo vestitu vestire, id quod.2. Regũ.6. &.1. Paralipomenon.15. figuratum est, quod arca domini supra nouum plaustrum posita fuit. Restat modo vt singula vestimentorum pontificalium genera, declaremus ex ordine. Sed hoc mirabile est iuxta sententiam Hieronymi ad Fabiolam, quod bis in Exodo legimus, prꝛcipiente domino & Moyse iussa faciente, octo vestium genera pontificis. In Leuitico autem de septem tantum scriptum est,

C & refertur quomodo Moyses fratrem suum Aaron illis induerit, de solis fœminalibus nihil dicitur hac (vt arbitror) causa, quod ad genitalia nostra & verenda lex non mittit manum, sed ipsi secretiora nostra, & confusione digna, tegere & velare debemus, & conscientia puritatis, dei iudicio reseruare. Vestiti itaque simus veste nuptiali, ne ligati manibus ac pedibus, proijciamur in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Quòd si tunicam veteris Adæ abiecerimus, & induerimus inconsutilem Christi tunicam, quæ etiam à militibus sub cruce scissa non fuit, iam certum erit nos olim visuros bona domini in terra viuentium, : Fiat, fiat.

Coloss.3 Ephe.4

2.Corꝫ.4

Exodi.28. &.30 Leuit.6.8. &.16

SERMO XXXVIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c̃. vt supra.

ARGVMENTVM.

De dedicatione templi Salomonis, in quo arca fuit.

Sermo alius in dedicatione templi factus.



Ere dominus est in loco isto, nec est hic aliud, nisi domus dei & porta cœli, Genesis. 28. legitur, charissimi fratres, Iacob sanctum hunc patriarcham egressum de Bersabea, ac perrexisse Aram, quumq; veniisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere, post solis occubitum tulit de lapidibus qui iacebāt, & suupponens capiti suo dormiuit in eodem loco, viditq; in somnis scalā stantē super terrā, & cacumē illius tangēs cœlū, angelos quoq; dei ascendētes & descendētes per eam, & dominū innixum scalæ, aut verius supra scalam dicentem sibi: Ego sum dominus deus Abraham patris tui, deus Isaac, terram in qua dormis tibi dabo & semini tuo, eritq; semen tuum quasi puluis terræ, dilataberis ad orientē & occidentē & septentrionē & meridiē, & bñdicent in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ, & ero custos tuus quocunq; perrexeris & reducā te in terram hanc nec dimittam nisi compleuero vniuersa quæ dixi. Quumq; euigilasset Iacob de somno, ait: Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam, pauensq;, quàm terribilis est locus ille, inquit, nō est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem suppo suerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper, appellauitq; nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Celebrantibus nobis huius templi dedicationem anniuersariam, placuit primo loco iam dictam recensere historiam, quę cunctis Christifidelibus primo sanctā dei domū aperuit. Triplicem autem domum dei nobis scriptura ostendit. Prima est illa domus cœlestis, in qua sedet rex regum, & dominus dominantium, *qui humilia respicit in cœlo & in* terra, Psalmo. 37. ex quo sumus, viuimus, ac mouemur. *Et hic est ille pater cœlestis, quem toties* patrem cœlestem in Euangelio vocauit Christus, & *quem patrem nostrum in cœlis adorari* docuit, is ante cœli & terrę creationem intra se fuit. Nunc vero per prophetam, ait: Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Et iterum: Cœlum & terram impleo. De hoc Psalmo. 10. Dominus in templo sancto suo. Dominus in cœlo, sedes eius. Huic cœlestis hierarchia sine intermissione die ac nocte acclamat, sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est, dignus es domine accipere gloriam & virtutem, quia tu creasti omnia. Et iuxta Esaiam: Pleni sunt cœli & terra gloria tua. Hæc est illa domus æterna in cœlis, quam speramus, vbi terrestris nostra domus huius habitationis dissoluta fuerit. 2. Corinth. 5. In ea quidem deum videbimus facie ad faciem, & sicut est in ea, cognoscemus eum esse solum deum verum, & quem misit Iesum Christum. De hac Paulus ait: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis descendit, quod illic præparauit dominus diligentibus se. .1. Corinth. 2. Secunda domus etiam templi nomen habet in scriptura. Sic enim vas electionis, olim de Christifidelibus scripsit: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Et iterum: Nescitis, quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illum deus. Et iterum: Nescitis, quia membra vestra sunt templum spiritus sancti, qui in vobis est. Et propter huius *spiritus sancti præsentiam, & quod hæc corpora illorum* sint olim perpetuo quietura *in Christo, ritu catholico sepelierunt Christifideles mortuos suos,* non sepultura asini, quæ maledictionem habet, sed iuxta templa, quæ benedictionem habent. Et hoc idem non modo à patribus Abraham videlicet, Ioseph & alijs, sed & ab exemplo gloriosi sepulchri Christi, ac aliorum originem & fundamentum habet. Nec parua res est, quod .4. Regum. 13. legitur, vbi mortuum cadauer tetigit ossa Heliszi, continuo reuixit ac stetit homo super pedes suos. Et quàm honorificè sepultus sit Lazarus, ex Euāgelio facile coniecturari potest. Singuli itaq; Christifideles sunt templum dei, & in hoc templo, cor locum altaris habet, ex quo pietatis in deū thymiama illud pretiosum, & suauitatis holocaustum offertur coram domino. Sed tertio quoq; loco age, asseramus domum esse dei, quæ iuxta ritum Christianorum ex lapidibus ac lignis construitur. Sic Abraham, sic Iacob, sic alij leguntur erexisse altaria. Et hæc quemadmodum nostrum templum fuere dedicata domino. Sic Iacob ad visionem in Bethel hoc adiecit, vt funderet oleum super lapidem. Imo & Moyses longo ordine dedicauit tabernaculum fœderis. Et ipse Salomon posteaquā quadraginta sex annis templum, in quo nihil erat quod non auro tegeretur, extruxerat, dedicauit illud dño. Sic enim à primordio religionis, & maxime post Moysen domino placuit, vt esset locus aliquis, in quo coleretur ipse deus Opt. Max. Id quod aliquando factū est in Nobe, aliquando in Galgala, aliquando in Bethel, aliquando in Masphat, aliquando in Silo, & postremo in Hierusalem. Cogebanturq; singulis annis, tā ex lege Moysi, quàm ædicto Salomonis cuncti Iudæi masculi, ter in anno inuisere templum, id quod etiam duodecim annorum puer Iesus fecisse videtur, Luc. 2. Hoc autem templum primo dedicatum fuit à Salomone. Et posteaq; Iudas Machabæus. 1. Machabæorum. 4. ex adiutorio dei vicisset inimicos suos, ecce de nouo dedicatū est templum, cuius dedicationis festum, etiam celebre est in Euangelio, non eñ solummodo itur ad nuptias in Chana Galilææ, Io. 2. sed quādo facta sunt encenia in Hierl'm, etiam hic in tēplo ambulabat Iesus, & in porticu Salomonis.

Ence-

Acto. 17
Matth. 6:
Esaiæ vlti.
Hiere. 23
Apoc. 4
Esaiæ. 6
Iohan. 17
1. Cor. 3
1. Cor. 6.
Hier. 22
Iohan. 11
Gene. 23.
Exodi. 40.
3. Reg. 7. 8
1. Regū. 21.
1. Regū. 10.
Gene. 35
1. Macha. 3
Iudi. 20
Exo. 23. 24

A Encęnia aũt fuere ob dedicationẽ Iudæ Machabæi. Proin apud Christianos esse & haberi ecclesias, nõ est nouitiũ inuentũ. Nã & tpe Pauli apud Corinthios ecclesia fuit, in qua congregabãtur Christifideles, illa (inquã) à priuatis domibus discrimẽ habuit. Sic em̃ prę se ferre vident verba Pauli, indicantia verã esse q̃d dicimus. Sic em̃ ait: Conuenientibus vobis in ecclesiã, & itez: Cõueniẽtibus in vnum, dñicam cœnã manducare, vnusquisq; em̃ cœnã suã præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam dei contemnitis ꝛ & confunditis eos, qui non habent? Et tandem in fine cõcludit, dicens: Itaq; fratres mei, cũ conuenitis ad manducandũ, inuicẽ expectate, si quis esurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis. Hæc est illa domus, quę peculiari nomine, non solum ex Esaia, sed ex ore Christi cognomen orationis habet. Nam simul atq; ex templo eiecisset ementes ac vendentes, euertisset q; mensas nummulariorum, testatur adijciens: Hanc domum esse suam, & eam quidem orationis, increpans eos, quod ex illa fecissent speluncam latronum. Talem esse vtpote domũ orationis, agnouerunt quotquot in Euangelio laudem habent. Sic primo loco Christus toties in templo prædicasse legitur. Sic duodecim annos habens, in templo sedit ac docuit. Sic frequenter prædicauit in templo, id quod etiam pontifici respondisse legitur. Sic Symeon venit in spiritu in templum. Sic Zacharias audit angelum sibi loquentem in templo. Sic Anna filia Phanuel continuo manet in templo, non discedens ab illo, die ac nocte seruiens deo, suis orationibus ac ieiunio. Sic Apostoli manent in templo, post ascensionem domini, semper laudantes, ac benedicentes dominum in templo. Sic Petrus & Iohannes ascenderũt in templum ad horã orationis nonam, Actor. 2. Et nos cũ
B publicano in tẽplo orantes iustificationẽ sperare debemus, Lucę. 18. Est & secundo domus hæc apotheca sacramentor, in eadem em̃ sacramenta, quę fluxerunt ex latere Christi dispensamus, inter quæ honoratiorem locũ habet Eucharistia, de qua re vere thema Iacob patriarchæ aptari potest. Vere dñs est in loco isto. Vnde dñs in tẽplo sancto suo. Quod si dignatus est dñs apud Israheliticam gentẽ sedere super Cherubin, Esa. 37. & 2. Reg. 6. & 7. & per nebulam in templo Salomonis esse ac apparere, quis dubitabit vnq̃ non esse etiã ac manere apud nos in hoc Eucharistię sacramento, vbi sese nobis toties promisit, & in vltimo valedixit ꝛ Ecce ego vobiscũ sum om̃ibus diebus, vsq; ad consummationẽ seculi. Studeamus itaq; vt posteaq̃ nos cũ Centurione dixerimus: Dñe non sum dignus, vt intres sub tectũ meũ. Et posteaq̃ humiliauerimus nos, cum Zachęo statura pusillo, etiã illũ in domũ nostrã spontanei ac gaudẽtes suscipiamus, & salus domui nostrę proculdubio fiet, eo q; & nos simus filij Abrahę. i. pr̃is multar gentiũ, hoc est, Christi simus, q venit ad saluandũ oẽs gẽtes. Adeo em̃ humilis est ille, vt nõ graueť subire domũ publicani Zachæi, nõ domũ Matthæi, nõ domũ Marthæ, nõ domũ Symeonis leprosi, nõ domũ socrus Petri, nõ domũ patrisfamilias, in quã pręcessit homo lagenã aquæ portãs in Hierl'm, non tandẽ etiã domũ Caiphæ, Herodis, atq; ipsius etiã Pilati, propter salutẽ nostrã. Et ipse cõtinuo vigilat ad ianuã domus nostræ, pulsans si qs aperiat illi. Est quoq; & in hac domo scala Iacob, quę tres gradus habet, fidẽ, spem, & charitatẽ, habet & angelos ascendẽtes & descendentes, & hic nihil aliud est, nisi domus dei. & porta non inferor, sed porta cœli. Ad hanc domũ dei, non modo non manufactam, sed & æternam in cœlis perducere dignetur nos oẽs is, per quem, in quo &
C ex quo sunt omnia, ipsi honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Esaiæ. 56
Lucæ. 19
Iohannẽ. 2
Lucæ. 2
Iohan. 18.
Lucę. 2
Psal. 10
Matth. 28
Matth. 8.
Lucę. 9

SERMO XXXIX.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c̃. vt supra.

ARGVMENTVM.

De authoritate sacerdotali.

Qui maior est in vobis fiat sicut minor, & qui pręcessor est, sicut ministrator, Lucæ. XXII.



Reuissima sunt verba, sed ex his tria discenda. Quippe sicut in veteri testamento placuit Deo Opt. Max. vt pro felici gubernatione semper præficeretur potestas aliqua, sic præficitur Abraham pater multarum gentium. Sic præficitur Moyses iuxta montem Oreb, vt educat populum Israel ab Aegypto. Eoq; mortuo præficitur Iosue. Ait enim illi dñs: Moyses famulus meus defunctus est, post quẽ venerũt iudices vsq; ad tẽpora Samuelis, & post illos fuere reges, qualis erat Dauid, Iosaphat, Ezechias, q sane multo tempore rexerũt in Iuda & Hierusalem. Præfecit quoq; deus eos, qui spũalia gubernarent, inter quos præposuit Aaron, ac filios eius Eleazarũ & Ithamar, ac tã stricta lege

Gene. 17
Exodi. 3
Iosue. 1

ęta lege ſacerdotale iudicium poſuit, vt etiam mortem inferri præceperit illi, qui non obediret. D
Sic enim Deuterono. 17. legitur: Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, inter ſanguinem, cauſam, leprā, & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit dominus deus tuus, veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequerisq; ſententiam eorum, neq; declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtrā. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdoti, qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo ex decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat. Et longum eſſet, ſi recenſere velim, quæ de vtriuſque gladij poteſtate vetus teſtamentum habet. In nouo autem teſtamento, ſub obedientia Cæſaris natus eſt Chriſtus, & manifeſtis verbis docuit: Date Cæſari, quę Cæſaris ſunt, & quę dei ſunt deo.
Matth. 22. Luc. 20. Et vltra, ne quē quàm ſcandalizaret, ecce mirabili modo ex ore piſcis pro ſe & Petro, facit ſolui
Matth. 17. vectigal, etiam ſi filius & liber eſſet. Quantum vero ad eccleſiaſticam pertinet poteſtatem, nemo eſt, qui ignoret, quod Matthæi. 16. dictum eſt Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Et ad omnes diſcipulos, Matth. 18. Quæcunq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Et quicunq; eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Aethnicus & publicanus. Hac poteſtate vſus eſt Petrus, qui vt fieret electio Matthiæ, ſermonem fecit elegantem, præſentibus E
Acto. 1. etiam alijs Apoſtolis, prædicauit ad populum, ſententiam tulit in Ananiam & Zaphyram,
Acto. 5. etiam Symonem increpauit, ita vt in Actis Apoſtolorum, ſemper illius à Chriſto data poteſtas præfulſerit. Hæc autem poteſtas non venit ab homine, ſed à deo, ſic enim ſcriptura ait:
Acto. 8. Omnis poteſtas à deo eſt. Hinc ad Pilatum Chriſtus: Non haberes in me poteſtatē vllam, niſi
Roman. 13 datum tibi fuiſſet deſuper. Qualis autem poteſtas eſſe debeat, hodierni Euangelij verba declaIohan. 19 rant, nam ſic Chriſtus docuit: Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſit ſicut qui miniſtrat. Talis fuit Moyſes amicus dei, qui vt eſt Exodi decimooctauo: A mane vſq; ad veſperum ſedit pro tribunali, vt audiret populum, & quoties peccauit populus, ille ſequeſtet & medius fuit. Talis fuit Salomon, qui etiam non dedignabatur duas audire meretrices. 3. Regum 3. Talis fuit Ioſaphat rex, qui circuiuit terram ſuam, & commonefecit iudices ſuos, ne per-
2. Para. 19. uerterent iudicium, quod non ipſorum ſed dei eſſet. Vnde cum Ia ſit nomen dei, & ſaphat iudicem ſignet. Idcirco dei iudex dictus eſt, & in illius valle Chriſtus, cui data eſt omnis poteſtas, tam in cœlo, quàm in terra iudicabit cum duodecim Apoſtolis, ſedentibus ſuper duodecim thronis, duodecim tribus Iſrahel. Sic enim ex ore Petri ſciſcitantibus Apoſtolis: Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis: Quod vos, qui ſequuti eſtis me, *in regeneratione quum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrahel & omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros,* F
propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Faxit & ipſe deus, vt & hanc ſimul conſequamur, Amen.

SERMO XL.

Quum videritis arcā fœderis domini dei veſtri &c. vt ſupra, Ioſue. III.

ARGVMENTVM.

De planctu ſuper Aaron ac alios.



Edeuntes plene ad arcam fœderis, à cuius materia paululum digreſſi ac exſpatiati ſumus, hæc in memoriam vobis reuocamus, quod vltimo loco tradidimus in monte Hor, Aaron magnum pontificem, ſuis veſtibus exutum ac ſpoliatum, illiusq; filium Eleazarum indutum & poſt hæc eundem eſſe illic mortuum, quod quum viderit omnis multitudo occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas, ex qua hiſtoria diſcimus mortuos etiam eſſe plangendos. Nam ſi præſentem hiſtoriam etiam contulerimus cū euangelio, & hiſtoria Iohannis vndecimo, de planctu ac ſepultura ſuper mortuo Lazaro, deprehendimus meras eſſe nugas, & figmenta ſatanæ eoq;

A næ,eorum qui (proh dolor)noſtris temporibus inſtinctu ſatanæ mortuis Chriſtifidelibus triplicem impietatem inferre non verentur. Sunt enim qui docere præſumunt, mortuos non eſſe plangendos. Iterum ſunt, qui pro Chriſtifidelium ſepultura nullam rationem aut curam habendã eſſe putãt. Et poſtremo loco ſunt, q̃ non mõ morituris opa bona diſſuadẽt, ſed & illis poſt mortẽ ſuffragia negãt. Hoc triplex genꝰ hoĩm, q̃ toto cœlo erret, nõ ex lacunis & ciſternis veteribus, aquas nõ retinẽtibus, ſed ex fluminibus paradiſi ſacræ ſcripturæ, totam terrã irrigantibus, producamus in lucẽ. Mortuos itaq; plangẽdos eſſe, docet Abrahã pater ille cũctaꝝ gentiũ, de q̃ legit Gene.23. cꝑ mortua Sara vxore eius, in ciuitate Arbe, quæ vocatur Hebron, in terra Chanaan, venit Abraham, vt plangeret & fleret eam, & Iſaac tantum de morte matris dolorem habuit, vt multo tempore vſq; ad aduentũ Rebeccæ, dolor temperari non potuit. Geneſis.24. Et Iacob ille credẽs Ioſeph filium ſuum deuoratum à fera peſſima, ſcidit veſtes, induitq; ſe cilicio lugens filium multo tempore, Geneſis.37. Mortuo vero Iacob, Ioſeph ruit ſuper faciem patris flens & deoſculans eum, & fleuit eum Aegyptus ſeptuaginta diebus, poſtea iuxta aream Achat celebrarant exequias planctu magno atq; vehementi, impleuerantq; ſeptem dies, & ideo vocatum eſt nomen loci illius planctus Aegypti, Geneſis. 50. Mortuo Aaron ſacerdote illo magno in monte Hor, quemadmodum ab initio ſermonis præſentis diximus: oĩs multitudo fleuit ſuper eo, triginta diebus per cunctas familias. Numeri.20. Mortuo vero Moyſe ſeruo domini, in terra Moab, quum eſſet centum & viginti annorum, cuius non caligauit oculus, neq; dentes moti ſunt, fleuerunt eum filij Iſrael in cãpeſtribus Moab triginta diebus, Deuterono.34. capº. Samuele autem illo magno propheta defuncto congregatus eſt vniuerſus Iſrael, & planxerunt eũ

B nimis .1. Reg.25. De Dauide vero legitur, cꝑ vbi interfecti fuiſſent ab Amalechitis in Sicelech, viri & mulieres, leuauerit vocem cum his, qui cum eo erant, & planxerunt donec in eis deficerent lachrymæ.1. Reg.30. Et is quum audiſſet mortuũ eſſe Saulem, ſcidit veſtimenta ſua, & planxit eum. Sic ipſe Dauid planxit filium ſuũ Amon, multis diebus ploratu magno.2. Regũ.3. Sic per inſidias interfecto Abner, Dauid ad omnem populũ, ait: Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plãgite ante exequias Abner. Porro rex Dauid ſequebatur feretrum, cumq; ſepeliſſet Abner in Ebron. Leuauit rex vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulũ Abner, fleuit autem & oĩs populus, plangensq; rex & lugens Abner.2. Reg.5. Ioſia vero rege mortuo, vniuerſus Iuda & Hieruſalẽ luxerunt eũ, Hieremias maxime, cuius oĩes cantatores, atq; cantatrices vſq; in præſentem diem lamentationes ſuper Ioſiam replicant.2. Paral.35. Iam dies me deficeret, ſi oĩes veteris teſtamenti planctus recenſuero factos ſuper mortuos. Reſtat autem, vt videamus in nouo teſtamento, quid in ea re factum ſit, & ecce Lazaro mortuo, non modo Maria plorat cum Iudæis, qui illic erant, ſed & lachrymatus eſt Ieſus, Iohannis.11. cap. Qualis autem & quantus proculdubio planctus ſuper morte ſaluatoris fuerit, ex Euangelio facile præſumendum eſt. Nam Iohannis viceſimo legitur: Maria ſtabat ad monumentum foris plorans, cui non ſolum angeli dixerunt: Mulier quid ploras, ſed etiam ipſe Ieſus. Cæterum Actorum octauo legitur, viros religioſos ſuper Stephanum feciſſe planctum magnum, Actoꝝ.9. Quando in Ioppe moriebatur Torcas, eam circũſteterunt oĩes viduæ flentes, Impietas itaq; eſt docentium mortuos neutiquã plangendos eſſe, nec minor impietas eſt eoꝝ qui docere præſumunt, mortuos honeſta ſepultura ſepeliendos non eſſe. Nam Gene.23. legitur: Abraham ſepeliſſe Saram in Ebron,

C quæ eſt Arbe, & propterea Arbe nomen accepit à quatuor. Arba enim Hebraice quatuor ſonat, quod in eo loco quatuor viri maximi ſepulti ſint, Adam videlicet, Abraham, Iſaac & Iacob Geñ.25. Dum mortuus eſſet Abrahã, centũ ſeptuaginta annoꝝ, ſepelierunt eũ Iſrael & Iſaac in Hebron. Mortua Rachele vxore Iacob, ſepulta eſt in via, quę dicitur Ephrata, hæc eſt Bethlehem, erexitq; Iacob ſuper ſepulchrũ eius: Hic eſt titulus Rachel, vſq; in præſentẽ diem. Et Iſaac cũ eſſent centũ & octoginta annoꝝ, appoſitus eſt populo ſuo ſenex, & ſepelierunt eum Iacob, & Iſaac filij ſui. Sed & ipſe Iacob, quum appropinquare cerneret diem mortis vocauit filium ſuum Ioſeph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manũ tuam ſub fœmore meo & facies mihi miſericordiã & veritatem, vt non ſepelias me in Aegypto, ſed dormiã cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq; in ſepulchro maiorum meorum, Geneſis quadrageſimoſeptimo. Deinde paulo poſt, Gene.49. ſic legitur de Iacob, vt benedixerit duodecim filijs ſuis, ac hiſce verbis præſcripſerit: Sepelite me cum patribus meis, in ſpelunca quæ eſt in Hebron, vbi ſepultus eſt Iſaac cũ Rebecca coniuge ſua, & vbi Lya condita iacet. Ioſeph autẽ adiurauit filios ſuos, dicens: Deus viſitabit vos, aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto, & mortuus eſt repletis centum decem vitę ſuę annis, & conditis aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Aegypto, hæc oſſa leuata fuere de ſepulchro, exeuntibus Iſraelitis de Aegypto. Sic eñ Exo.13. ſcriptũ eſt: Tulit Moyſes oſſa Ioſeph ſecũ. Hęc oſſa ſemper in caſtris erant quadraginta annis, & mortuo Ioſue filij Iſrael ſepelierunt ea in Sychen, Ioſue viceſimoquarto: Et ipſum Ioſue ſepelierunt in finibus poſſeſſionis ſuę iuxta montem Ephraim, Heleazaꝝ autem filium Aaron, ſepelierũt in Gabaath, Samuelem prophetam, ſepelierũt in Rammata. Et valde quàm memorabilis iuxta ac

Gene.35

religio-

religiosa est historia de viris Iabes Galaad, quomodo sepelierint Saul & Ionathan, propter D
1.Regū.13. quod factum, Dauid misit nuntios ad viros Iabes Galaad, dicens: Benedicti vos à domino,
2.Reg.2 qui feciſtis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepeliſtis eum. Quid vero dicam
de ossibus Helisæi, quæ tam miraculosa veneranda'q; fuerunt, vt è solo tactu suscitarent cada-
2.Regū.3 uer mortuum? Peccant itaq; grauiter, qui mortuorum ossibus insultant, ac irreuerenter tracta-
re non verentur. Ad hoc vnus propheta Amos in pastoralibus Tecue habitans, cap.2. sufficiat,
sic enim prophetauit: Hæc dicit dominus super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non
conuertam eum, eo quòd incenderit ossa regis Idumææ vsq; ad cinerem, & mittam ignem in
Moab, & deuorabit ædes Charioth, & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ, & disper-
det iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eis, dicit dominus. Vide q̄
implacabilis hic fuerit dominus, quòd regis Idumæorum ossa combusta fuerint. Irreligiosum
itaq; impium, & à Christiano instituto alienum esse iudico, non debito ritu ac solitis cerimo-
niis sepelire mortuos Christifideles. Tanta enim est apud deum sepeliendi cura, vt non solum
Mariam sororem Moysi fecerit sepeliri in Cades, Numeri vicesimo capitulo. Sed ipsum
Mosen mortuum, ipsemet dominus sepeliuit in valle terræ Moab contra Phogor, & non co-
gnouit homo sepulchrum eius, vsq; in præsentem diem, Deuteronomij vltimo ca. De quare
Iudas frater Iacobi, sic scripsit: Quum Michael archangelus cum diabolo disputans altercare-
tur, de Moysi corpore, non est ausus iudicium ferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi deus.
Quanta deniq; cura fuerit regibus in Israel, vt singuli sepelirentur in sepulchro maiorum, libri
regnorum in sexcentis locis declarant. Toties equidem legitur: Mortuus est ac sepultus in se- E
pulchro parentum. Dormiuit cum patribus suis, ac sepultus in Mausolo patrum suorum. Sed
maledictio magna fuit, aduersus Ioachim filium Iosiæ, de quo Hieremiæ.22. sic scriptum est:
Propterea hæc dicit dominus ad Ioachim filium Iosiæ regem Iudæ: Non plangent eum, væ fra
ter, & væ soror non concrepabunt ei, vę domine, & væ inclyte, sepultura asini sepelietur putre-
factus, & proiectus extra portas Hierusalem, ascende Libanum, & clama in Basan, da vocem tu
am, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt oēs amatores tui. Loquutus sum ad te in abun
dantia tua, dixisti non audiam. Hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem me-
am. Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt. Et tunc confun
deris & erubescas ab omni malitia tua, quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris. Quomodo
congemuisti, quum tibi dolores quasi dolores parturientis. Viuo ego dicit dominus, quia si fue
rit Iechonias filius Ioachim regis Iuda annulus in dextera mea, inde euellam eum. Et dabo te
in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Na
buchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum, & mittam te & matrem tuam, quæ
Marc.6. genuit te in terram alienam, in qua nati non estis, ibiq; moriemini. In Euangelio vero de Iohan-
ne Baptista sic legitur, vt esset decollatus in carcere, qui illius discipuli erant, venerūt, & tulerūt
corpus eius, & posuerunt illud in monumentū. Sic honorificè positus fuit etiā in monumentū
Acto.8. Lazarus, Iohan.11. Et Stephanum lapidatum curauerunt viri timorati. Sed ad sepulturam do-
mini saluatoris nostri, si conuerterimus oculos, inueniemus de illo per prophetam Esaiam præ-
dictum esse: Erit sepulchrum eius glorioſum, Esaiæ vndecimo: Et murmurantibus discipulis, ac
in primis Iuda Scariotha, aduersus mulierem rigantem, osculantem, & vngentem, mussitante,
F
respondit dominus: Quid molesti estis huic mulieri, bonum opus operata est in me, mittēs em
vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit, Matth.26 Iudæ vero sic ait: Sine illā
vt in diem sepulturæ meæ seruet illud, Iohan.12. Inde sequutum est, quod hodie nemo non no-
uit, q̄ honorifice sepultus sit dñs, sic enim Iohā.19. legitur, ꝙ Ioseph ab Arimathia tulerit corpus
Iesu, venit etiam & Nicodemus ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. Accepe
Matth.28 runt ergo corpus Iesu, & ligauerunt lintheis cum aromatibus, sicut mos est Iudęis sepelire. Erat
Lucæ.24. autem in loco vbi crucifixus est Iesus, vnus hortus, & in horto monumentum nouum, in quo
nondum quisquàm positus fuerat, & in hoc monumentum posuerūt illū. Ego vero data opera
prætereo mulieres, quæ ad monumentum properarunt, & quomodo venerunt cum aromati-
bus. Iam etiam reliqua quæ habentur infinita propemodum hinc inde in sacris literis, annume-
rare possem, quibus omnibus solummodo hoc agitur, vt optimus quisq; Christianus videat, q̄
pia ac catholica sit res mortuorum, cadauera mandare sepulturis. Et nisi mea me fallat opinio.
Eccls.6. Ecclesiastes ille neutiquàm frustra sic prædicat: Hæc vanitas & miseria magna est, si genuerit
quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius
non vtatur bonis substantiæ suæ, sepultura'q; careat, de hoc ego pronuntio, quòd melior illo sit
abortiuus. Hæc vobis dixisse volui, circa Aaron vestibus pontificalibus exutum ac mortuum,
vt & ipsi ab hac Iouiniani, ac Picardorum recentium impietate cauentes, intelligatis, quid mor-
tuis debeamus, vt & nos aliquando debitis non fraudamur exequijs & suffragijs, Amen.

Sermo

A

SERMO XLI.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De alba veste sacerdotis accedentis ad arcam.



CTo esse vestimentorꝫ pontificalium genera, licet in Leuitico nõ nisi septem recensentur, & quid sibi prima vestis velit, in superioribus sermonibus declaratum est. Restat vt ad reliqua transeamus itaqꝫ ad alteram vestem sacerdotalem, quæ nimirꝫ conficitur ex lino, tunica, ποδήρης, i. talaris dicitur duplici syndone, quam & ipse Iosephus byssinam vocat, appellaturq; Hebraice chitonet. i. χίτων, quod Hebræo idiomate linea vertitur, hæc adhæret corpori, & tam arcta est, tamq; strictis manicis, vt nulla omnino in veste sit ruga, quæ ad imos etiã talos vsq; descendat. Huius vestimenti loco sacerdotes catholici cõsueuerunt vti alba, qua dñs noster seruator Christus tpe suæ passionis illusus ab Herode ad Pilatum remissus est. Significabat autem hæc vestis, quod quisquis ad Lucæ. 23

B arcam domini præsumat accedere, is hac prius alba veste, hoc est pura conscientia indutus appropinquare tandem audeat. Id quod apud Corinthios exigebat Paulus, docens: Probet seipm 1. Corꝫ. 11.
homo. Et hoc est quod Apoca. 3. legitur: Habes pauca nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecũ in albis, quia digni sunt, qui vicerit sic vestietur vestibus albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius, sic viginti quatuor seniores sedẽtes super thronos vigintiquatuor, amicti fuerunt stolis albis. Apoca. 4. Et turba magna, quam dinumerare nemo poterat ex oñibus gẽtibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni, fuerũt amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Apoca. 7. Quæ quidem stolæ albæ significant, vt quisquis ad nuptias æterni regis intrare voluerit, veste nuptiali, eum hoc est alba stola insignitũ esse conueniebat. Sic in figuram saluandorum, Lucæ. 9. Quum in monte Thabor transfiguratus est dominus, resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Matth. 17. Et iuxta Lucæ descriptionem: Vestitus eius albus erat & refulgens Lucæ. 9. Et hac ratione angeli visi sunt in vestibus albis. Sic Iohan. 20. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumẽtũ, & vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi erat positum corpus Iesu, Iohan. 20. Et quid dicam? Dum coram apostolis Christus, cum captiua captiuitate cœlũ ascenderet, videntibus illis Psal. 67
eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cũq; intuerentur in cœlum euntem illum, Ephe. 4
ecce duo viri astiterunt iuxta illos, in vestibus albis, qui & dixerũt: Viri Galilæi, qui statis aspiciẽ Acto. 1.

C tes in cœlũ, hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eũ euntem in cœlo. Ex his oñibus manifeste docemur, si quis ad arcam domini, imo in æternum tabernaculum, de quo hodiernum celebratur Euangelium, subintrare cõstituerit, necesse illi cõprimis erit, ne nigri alicuius Aethiopis maculas habeat, sed Sythonia niue cãdidior fit oportet. Sic eñ psal. 14. legitur: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Mox respondetur: Qui ingreditur sine macula. Et hoc est quod agnum paschalem Exodi. 12
citra maculam esse conueniebat. Hoc est illud, de qua Canticorꝫ. 4. Macula non est in te. Et talem exigit Christus ecclesiam ad Ephesios. 5. non habẽtem maculam, qualem nec habere debuit hæc tunica byssina sacerdotalis. Sed hic vehementer dolendum venit, esse non paucos sane, de quibus Hieremiæ. 13. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & ipsi poterunt benefacere, cum didicerint malum. Conscientiæ autem triplicem inuenio speciem. Prima est pura & laudabilis, de qua ad Roma. 9. Testimonium mihi perhibẽte conscientia mea. Rursus. 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Et ad Romanos. 2. Testimonium reddente illis conscientia eorꝫ. Hinc vsu venit, vt dixerint veteres proverbialiter: Conscientiã esse mille testes. Et hæc illa ipsa est, de qua propheta ait, Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. Hac conscientia cõfisus est Zachæus, quando Lucæ. 19. dixit: Ecce domine dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplum. Sed filius iniquitatis & huius seculi, villicus in hodierno Euangelio conscientia sua abusus est, qui suo imposuerat dño iuxta parabolam recitatam, Lucæ. 16. In qua primo loco docemur agnoscere nos villicos esse, i. dispensatores bonorꝫ nostrorꝫ, quæ quidẽ omnia domini sunt, vnde. 1. Paralipomenon. 27. Tua est dñe magnificentia, potentia, & gloria, atq; victoria, tibi laus, cũcta quæ in cœlo sunt & in terra, tua sunt. Et hoc est quod Matth. 25. paterfamilias peregre profectus dedit vni quinq; talenta, alij

duo, alij vero vnũ. Et in ſumma cum apoſtolo dico: Quid habes, quod nõ accepiſti? 1. Corꝛ. 4. D
Quiſquis ergo huiuſcemodi bonis abuſus fuerit, nec de mammona iniquitatis fecerit amicos, q̃
olim eſſent eum recepturi in æterna tabernacula, is bonam conſcientiam non habet. Sed qui &
Matth. 25. quales ſint hi receptores illius, voce Chriſti declaratum eſt. Sic em̃ ait: Amen dico vobis, quic-
Lucæ. 16. quid feciſtis vni de his fratribus minimis, mihi feciſtis. Propterea cum diues veſtiretur quotidie
byſſo & purpura, & epularetur ſplẽdide, & interea Lazaro fortiter eſuriendũ eſſet, ita vt nemo
illi vel de reliquijs menſæ porrigeret ſeu communicaret, vnde viuere potuiſſet, inde diues ſepul
tus eſt in inferno. Cæterum de alio diuite legimus, qui dum horrea ſua vbertim repleuiſſet, de
pauperibus ne tantillum quidem in mentẽ venerat, ſed ſolum ex bonis illis momentaneis con-
Luc. 12 ſolabatur animã ſuam, & tantũ vt illa requieſceret cogitabat. Is tandem audit vocẽ: Stulte hac
nocte repetent animam tuã, quæ aũt paraſti cuius erunt? Et hoc eſt, quod de diuite dicitur, faci
Matth. 19. lius eſſe, non tamen impoſſibile, camelum tranſire pe foramen acus, q̃ diuitem intrare in regnũ
dei. Id quod etiam intellexiſſe, & idem propemodum ſenſiſſe videri poteſt ſaluator noſter, vbi
Marci. 10 ad ſe accedenti reſpondit: Vade, quæcũq; habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſauꝛ
Luc. 18 in cœlo. Raro em̃ de male partis cũ Zachæo conſcientia formaꝛ. Secundo loco cõſcientia eſt,
cuius meminit diuus Paulus. 1. Timoth. 4. hiſce verbis: Spũs manifeſte dicit: Quia in nouiſſimis
temporibus recedent quidam à fide attẽdentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmonioꝛ, in ſi-
mulatione falſiloquioꝛ, cauteriatam habentium conſcientiã ſuam. Et quemadmodũ cauterium
corium corrumpit, notam q̃ infligit, ita & fallacia vitiat conſcientiã, quæ dolo maleuolentiæ a-
liud ſcit, & aliud profitetur, denotat ad perditionem. Iam em̃ hos immutari negat, vt ſalutẽtur,
quia ſicut cauterium immutari non poteſt, ita nec eoꝛ animus emẽdari. Nihil em̃ peius ſimu- E
Matth. 12 latione, tales em̃ hi ſunt, quales & Iudæi illi, qui intelligentes Chriſtũ dei virtute operari, in Be-
elzebub hæc ab eo fieri dicebant. Tales olim phariſæi & hypocritæ fuerunt, de qbus Mat. 23.
Væ vobis ſcribæ, phariſæi & hypocritæ, qui decimatis mentam & anethũ, & ciminum, & reli-
quiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudiciũ, & miſericordiã, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa nõ
omittere. Duces cæci excolantes culicem, camelũ aũt glutientes. Væ vobis ſcribę & phariſæi hy
pocritæ, qui mundatis quod deforis eſt calicis & parapſidis, intus aũt pleni eſtis rapina & im-
mũditia, Phariſæe cæce, mũda prius quod intus eſt calicis & parapſidis, vt fiat id quod foris eſt
mundum. Væ vobis ſcribæ & phariſæi, & hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quę
à foris apparent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuoꝛ, & omni ſpurci-
tia. Sic & vos à foris quidẽ apparetis hominibus iuſti, intus aũt pleni eſtis hypocriſi & iniquita-
te. At hodie vtinã non ſint, qui de minimis rebus magnã, & maximis nullã conſcientiã fouent,
Quod ſi in vlla re mediũ ſeruandũ fuerit, norma equidẽ habenda eſt mediocritatis in forman-
da cõſcientia. Non profecto laudãda eſt conſcientia, in qua muſcæ, & cyniphes Aegyptiorum
non nihil loci ſibi vendicant. i. vbi de rebus minimis conſcientia timida ſit. Nec minus hæc lau
Prouer. 18 danda cõſcientia eſt, quæ tam ampla & lata eſt, vt etiã pro peccato non habeatur latrocinium,
id q̃d cõmune eſt peccatori, qui ſubmerſus eſt in profundũ peccatoꝛ, quippe contemnit. Ter
tio loco cõſcientia eſt deſperata, per quam Iudas Iſcariotis traditor ille rediit ad Iudæos, mani-
feſte agnoſcens ſeſe peccaſſe, quod tradiderit ſanguinem iuſtũ, veꝛ quia in eum intrauerat ſata- F
nas, deſperare cepit vſq; adeo, vt laqueo ſibimet mortẽ conſciſceret, vnde medius crepuit, ac ſe-
Actoꝛ. 1. pultus vbi fuiſſet in inferno, epiſcopatum eius accepit alter. Hic aũt circũſpectius agẽdum eſt:
Nam latet anguis in herba. Ne deſperes obſecro de immẽſa ac ineffabili dei miſericordia, nam
Matth. 12 vbi deſperaueris, peccaſti illico in ſpiritũ ſanctũ. De quo peccato hanc ſententiã dedit dñs: Qui
dixerit verbũ contra filiũ hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra ſpiritũ ſanctum, non
remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neque in futuro. Quàm magna ſit miſericordia dei, iam multis
retroactis ſeculis patriarchæ, prophetæ, & ſancti dei homines veteris teſtamenti compluribus
Pſal. 32. modis annuntiarũt, inter quos Dauid ille propheta atq; etiã peccator cõfidenter ait: Miſericor
Pſal. 35. dia dñi plena eſt terra: Miſericordia dñi vſq; ad cœlos: Miſericordia dñi ſuper cœlos: Miſeri-
Pſal. 39 cordia dñi in æternũ, &c. Sed nato Ieſu Chriſto dño, tum demum repleta eſt miſericordia dñi
Iohan. 8 in vniuerſa terra. Sic in adulterio depræhenſa mulier, miſericordiam ſenſit. Sic mulier in ciuitate
Lucæ. 7 peccatrix largiter experta eſt, quãtæ miſericordiæ ſit ſaluator noſter. Sic Zachæus publicanus
Lucæ. 19. Sic Matthæus Theolonarius, & cæteri miſericordiam à dño cõſecuti fuerunt. Et de latrone ni-
Matth. 9. hil aliud boni lectũ eſt, q̃ quod latronem ſociũ blaſphemantem emẽdauerit, & his verbis vſus
Luc. 23. fuerit: Memento mei domine, dum veneris in regnum tuum. Qui continuo audit: Amen dico
tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Quibus hiſtorijs manifeſte docemur oñes, etiã ſi quaſi mucro
ne acutiſſimo pugnatur conſcientia, tamen eo vſq; permoueri neutiquã debeat, vt ad deſpera-
tionem pertrudatur. Prouerb. 12, aut teneant nos torſiones & dolores parturientis. De quibus
Eſaiæ. 13. Sitq; nobis animi afflictio, & portemus confuſionẽ atq; tormẽta, de quibus Ezechie-
lis. 16. Nihilominus ad fontẽ bonoꝛ omniũ & exuberantẽ, dominum nempe Ieſum Chriſtũ,
qui ſua miſericordia irrigat vniuerſum orbem, ſi aculei cõſcientiæ nos exagitent, recurrendum
erit.

A etit. Eapropter quisquis sacramentum hoc Eucharistiæ vel sumere, vel accedere volet, nisi alba hac, i. conscientia pura & sana indutus, istud nunq̃ alioquin committat. Induite itaq; cũ hac po diri alba veste sacerdotali, conscientiã albam, & si peccata vestra fuerint vt coccinum quasi nix dealbabũtur, & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erũt. Faxit deus, vt ille nos hyssopo suo aspergat, & super niuem dealbemur, Amen. Esaiæ. 1.

SERMO XLII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c̃. vt supra, serm̃. i.

ARGVMENTVM.

De cingulo sacerdotali.



B Xplanatum est superiori sermone, vt sacerdotij vestimentum, secũdum fuerit, nempe tunica de lino. Præsenti vero sermone, tertium genus vestimenti sacerdotalis, sic inspirante gratia dei tractare decreuimus. Est hoc aũt Hebraice dictũ abaneth, quod nos zonam aut cingulum vertere possumus, quod inquam cingulum formã exuuij serpentis colubri repræsentat, textum autem est, sub tegmine cocci, purpuræ, hyacinthi, & stamine byssino, ob decorem & fortitudinẽ, atq; ita polymita arte variegatum distinctũq;, vt arbitrari possis diuersos flores & gẽmas non modo intertextas, sed artificis manu reuera additas. Et quia Moyses famulus dei defunctus est, Iosue primo, hoc est Exodi. 23. si videris neminẽ ter in anno venire ante conspectum domini, nec offerre munera in tẽplo, nec Exodi. 34. iugulare pascha, nec azyma edere, nec offerre primitias, nec primogenita consecrare, quũ hæc omnia non modo vides consecrari dicito: Quia Moyses famulus dei defunctus est. Quũ vero videris introire gentes ad fidem ecclesiæ, extrui altaria, non cruore pecudum respargi, sed pretioso Christi sanguine comparari. Quum videris sacerdotes & leuitas, non sanguinem hircorũ & taurorũ, sed verbum dei per spiritus sancti gratiam ministrantes, tunc dicito: Quia Iesus post Moysen susceptt & obtinuit principatum. Non ille Iesus filius Naue, sed Iesus filius dei. Quum videris, quia pascha nostrum immolatus est Christus, & azyma edimus synceritatis & veritatis. Quum videris fructus terræ bonæ in ecclesia, tricesimos, sexagesimos, & centesimos. i. viduas & virgines, & martyres. Quum videris multiplicari semen in Israel ex ijs, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Et quũ videris filios dei, qui dispersi erant, congregari in vnum. Quum videris sabbatizare populũ dei, nõ otiũ gerentem à conuersatione communi, sed otiũ gerentem ab operatione peccati. Quũ hæc omnia vides, dicito: Quia Moyses famulus dei defunctus est, & Iesus filius dei obtinuit principatum. Per cingulũ itaq; sacerdotale testamenti veteris hoc intelligitur, quod figurabat tentationẽ quidem satanæ, quæ in zona sacerdotis figuram serpentis habuit. Et hodiernæ dominicæ epistola, diuersarũ rerum figuram habet. Nam quod. 1. Corinth. 10. Paulus de nube & transitu maris ac petra meminit, hæc in figura ac vmbra facta sunt nostri. Cæterũ ne efficiamur idololatræ nec fornicemur, nec tentemus dominum sicut quidam eorũ tentauerunt, & à serpentibus perierunt, quidam etiam murmurantes interierunt ab exterminatore. Hæc oñia in figura cõtingebant illis. Postremo vero iuxta prædictã epistolam, tentatio vos apprædendere non debet nisi humana. Fidelis aũt deus est, qui non patitur vos tentari supra id, quod possumus. Quod si tẽtati fuerimus, & baltheo vel zona militari accingamur, fortiter resistamus, faciet idem deus, vt tentationi resistere valeamus. Et hoc cingulum sacerdotale figurat, quod serpentis illius callidissimi colores varios habet, vt ab illius præstigiosis tentationibus cauere discamus, tentatoris eñ nomẽ habet. Sunt qui ægre sustineant, & plane iniquo animo ferant, si quando tentati fuerint. Sed primo loco scriptura docet, hominem Christianũ etiam à deo nonnunq̃ tentari. Sic habetur Gene. 22. Tentauit deus Abraham. Et mox ad Hebræos. 11. Fide obtulit Abraham Isaac cũ tentaretur. Paulopost Exodi. 16. Ecce ego pluam vobis panem de cœlo, egrediatur populus & colligat, quæ sufficiunt per singulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea an nõ. Et Deuter. 8. Adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atq; tentaret, & nota fierent quæ in animo tuo versabantur, vtrum custodires mandata illius an non. Et Deuter. 13. Tentat vos dominus deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum an non in corde vestro, & in tota anima vestra. Sic tentauit dominus deus Iob. Et in hac tentatione, si quis sese hoc cingulo pontificali succinxerit, eueniet illi, quod. 2. Petri. 2. legitur: Nouit dominus pios de tentatione eripere. Et quod Iacobi. 1. legitur: Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam quũ

Matth. 13. Iohan. 1. 1. Cor. 5. Iohan. 11 Esaiæ. 66.

probatus fuerit, accipiet coronã vitæ. In hac autem tentatione cuncti clamare debent ad dñm, D
dicentes: Deus in adiutoriũ meũ intende, Domine ad adiuuandum me festina, & proculdubio
erit dñs adiutor noster. Cæterę tentatio est satanę, de qua Matthæi. 4. Marci. 1. Lucæ. 4. Quòd
videlicet ductus sit Iesus in desertum, vt tentaretur à satana diabolo. Sic Petrus ad Ananiam,
Acto. 5. Cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto? Et. 1. Corinth. 7. Reuertimi-
ni in idipsum, ne forte tentet vos satanas. Est etiam tẽtatio carnis, & aduersus hanc tentationẽ,
remedium est Iohannis Baptistæ de zona pellicea, circa lumbos figuratũ per zonam sacerdo-
talem, Matth. 3. & Luc. 12. sint lumbi vestri præcincti. Ac. 1. Petri. 1. Succincti lumbos mẽtis ve
strę. Ad cuius exemplũ Iudith super lumbos cilicium posuit. Et Hieremiæ. 13. posside tibi lum-
bare lineum. Ad Ephesios autem septimo: State succincti lumbos vestros. Ecce hæc est tenta-
tio mundi ac satanæ, quam nulli vel pauci admodũ euadere secure possunt. Sed parum est ten-
tari, nisi tentatione vincaris. Ad patrem igitur orandũ ac dicendum est: Ne nos inducas in ten-
tationẽ. Idcirco inuigilãdũ est cũctis mortalibus ne in tẽtationẽ incidãt. Et quũ serpẽs ille calli
dior oĩbus animãtibꝰ sua tẽtatione primos nostros parẽtes cadere fecit, propterea zona illa ser
pentini coloris, memoriale fuit illius grauissimi casus. Et hodie figura est, vt qui stat, videat vn-
diquaq; ne tẽtatione serpẽtis cadat. Sub hac tentationis specie, qui cito volunt fieri diuites. 1. Ti
moth. 6. illi plerũq; tentationi subiacẽt, & in laqueũ incidũt diaboli, & in desideria multa inutilia
& nociua, quæ demergũt homines in interitũ & perditionẽ. Significat etiã hæc zona, imo huc
instigat, vt debeamus ad omne opus bonũ esse parati, id quod aliꝭ verbis & similitudinibus sic
1. Corint. 9 declarauit Paulus: Omnis qui in agone contendit, ab oñibus se abstinet, & illi quidẽ vt corru-
ptiblem coronam accipiant, vos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertũ,
sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo, ne for- E
2. Timo. 2. te quum aliꝭ prædicauerim, ipse reprobus efficiar, & hac parte nemo coronabitur, nisi qui legi-
time certauerit. Ad hanc coronam perducere nos dignetur is, per quem, in quo, & ex quo sunt
omnia, ipsi honor & gloria in sęcula sęculorum, Amen.

SERMO XLIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra

ARGVMENTVM.

De functione Leuitica in sancto Laurentio.



POst vestes sacerdotales sacras, quas prioribus contionibus audistis, iã
ex ordine sequitur alia vestis, ephod nempe, quæ tunica talaris voca-
ta est, tota hyacinthina ex materia eiusdem coloris assutas habẽs ma-
nicas, in extrema parte appendebantur ad pedes septuaginta tintina
bula, & totidem mala punica, ijsdem contexta coloribus, quibus zo- F
na sacerdotalis, inter duo tintinnabula vnum malũ est, inter duo ma
la vnum tintinabulũ, & idcirco duo tintinabula vesti apposita sunt,
vt cum ingrederetur pontifex in sancta sanctoꝝ, totus sonorus ac vo
calis incederet, quod hisce verbis ordinatum est, vt audiatur sonitus,
quando ingreditur, egredituŕq; sanctuarium in conspectu dñi, & nõ
Exodi. 28. moriatur. Et hæc prima est tunica sub Moyse, sequetur & alia posthac. Sed quid hic audimus
præceptum à Moyse, duabus nimiꝝ tunicis induendũ esse sacerdotẽ? Sed à Iesu Christo, dño
nostro longe aliud præceptũ est in Euangelio, siquidem, vt iuxta materiã homicidij, adulterij,
ac cõcupiscentiæ, inter se longe diuersa sunt, lex & Euangeliũ, ita & in tunicis inter se non nihil
discriminis habere conspiciuntur. Nã præcursor Christi Iohãnes Baptista, Lucæ. 3. interroga-
tus à turbis, quid faciemus? Respondit: Qui habet duas tunicas, det nõ habenti, & qui habet es-
cas, similiter faciat. Hæc est illa vox clamãtis in deserto, quam equidem vocẽ, ipse Chrũs firma-
Matth. 10. uit, nam sic discipulis ille præcepit: Nolite possidere aurum, neq; argentũ, neq; pecuniã in zo-
nis vestris, nõ peram in via, neq; duas tunicas, neq; calciamẽta, neq; virgã. Dignus est eñ ope-
rarius cibo suo. Et Marci. 6. præcepit eis, ne induerentur duabus tunicis. Sed quid aliud dicã nõ
habeo, q̃ quod vocem domini repetam, Iosue. 1. Moyses defunctus est, & manet qũo Iohãnes
in deserto docuit, vt qui habet duas tunicas, det non habenti. Hic hodierna festiuitate manife-
stissimum fit in diuo Laurentio, quem vere vt aurum probauit ignis, cuius celebritas natalis nõ
iam pridem, sed longo ante tempore instituta est. Siquidem non ex historia, quam Lombardi-
cam vocant, sed ex diuo Ambrosio ecclesiæ lucerna desumpta est, q̃ ante mille & fere ducẽtos
annos, tẽpore vtriusq; Theodosii vixit. Idem q̃q; sancti huius & à deo laurẽati Laurentij scri-
psit hi-

A pſit hiſtoriam,proprium etiam de natali diui Laurentij & leuitæ, & martyris ſermonem fecit ad populum. In primo autem libro officiorum hanc ſequentem & hiſce verbis narrat hiſtoriã: Quo progrederis ſine filio pater,aiebat ad Sixtum Laurentius, pater & theſaurarius pauperꝫ, quo ſacerdos ſancte ſine diacono properas? Tu nunq̃ ſacrificium ſine miniſtro offerre conſue ueras? quid tibi in me ergo diſplicuit pater? num degenerem probaſti,experire bene vtrum ido neum miniſtrum elegeris,cui commiſiſti dominici ſanguinis conſecrationem? Cui conſumandorum ſacramentorum tui ſanguinis conſortium negas? Vide ne periclitetur iudicium tuũ,dũ fortitudo laudatur. Abiectio diſcipuli eſt detrimentum magiſtri. Quid quod illuſtres & præſtantes viri diſcipulorum certaminibus quàm ſuis libentius vincũt? Deniq; Abraham filiũ obtulit,Petrus Stephanum præmiſit. Et tu pater oſtende in filio virtutem tuam. Offer quẽ euer tiſti,vt ſecurus iudicij tui comitatu nobili peruenias ad coronam. Tunc Sixtus ait: Non ego te fili derelinquo ac deſero,ſed maiora tibi debẽtur pro fide Chriſti certamina. Nos quaſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipimus. Te quaſi iuuenem manet glorioſior de tyranno triumphus, mox venies,flere deſiſte,poſt triduũ me ſequeris. Inter ſacerdotem & leuitam hic medius numerus decet,non erat tuum ſub magiſtro viuere quaſi adiutorem quærens. Quid conſortium meæ paſſionis expetis? totam tibi hæreditatem eius dimitto. Quid præſentiam noſtram requiris? Infirmi diſcipuli magiſtrum præcedant,fortes ſequantur,vt vincant ſine magiſtro,qui iam non indigent magiſterio. Sic & Helias Heliſæum reliquit,tibi ergo commẽdo meæ virtutis ſuc

B ceſſionem. Non prætereamus ſanctũ Laurentium: Viden hic? Quicũq; Philiſtæũ aut Caphar naitam agis,etiam in miſſa ſub Decio Cæſare,oblatum eſſe ſacrificiũ. Poſtremo vt ad tunicã Euangelij,vnde noſtra oratio digreſſa eſt, reuertamur, ſcribit idem Ambroſius lib.2.officiorꝫ cap.28. Quòd dum quærerẽtur à diuo Laurentio theſauri eccleſiæ,promiſit ſe demonſtraturꝫ. Sequenti die vbi pauperes in rem præſentem adduxit,denuo igitur interrogatus,vbi eſſent theſauri,quos promiſerat,oſtendit pauperes,dicẽs: Hi ſunt theſauri eccleſiæ,& vere theſauri in q-bus Chriſtus eſt,in quibus & Chriſti fides eſt. Deniq; apoſtolus ait: Habemus theſaurum iſtũ in vaſis fictilibus. Ab hoc leuita docemur,vt eleemoſynis noſtris pauperꝫ miſereamur,ac rationem habeamus. Ad quam viam nos primo loco lex Moyſi veluti manu inducit. Nam etſi lex Moyſi dura ac in lapideis tabulis ſcripta fuerit,nihilominus tamẽ iuxta pauperes ſeſe benigne exhibet atq; miſericordẽ. Sic eñ Deute.15.præcepit Moyſes: Si vnus de fratribus tuis,qui morantur intra portas ciuitatis tuæ,in terra quam dñs deus daturus eſt tibi,ad paupertatẽ peruenerit,non obdurabis cor tuũ,nec contrahes manũ,ſed aperies eã pauperi,& dabis mutuũ, quo eũ indigere perſpexeris. Et iterꝫ: Non deerunt pauperes habitationis tuæ. Idcirco præcipio tibi,vt aperias manum fratri tuo pauperi ægeno. Leuitici vero.19. Cũ meſſueris fruges terræ tuæ,non tondebis vſq; ad ſolũ ſuperficiem terræ,neq; remanẽtes ſpicas colliges, neq; in vinea tua racemos,& grana decidẽtia cõgregabis,ſed pauperibus & perigrinis carpẽda dimittes. Hinc Moabitis illa mulier Ruth,ſpicas collegit poſt terga metentium. Porro Deuter.23.ſic legit: Ingreſſus vineã proximi tui,comedes vuas quantũ tibi placuerit,foras aũt ne efferas tecũ. Si intraueris ſegetem amici tui,franges ſpicas,& manu cõteres,falce aũt nõ metes. Animaduertis hic,quãta cu

C ra fuerit Moſaicæ legi,de pauperibus? Quin & aliæ ſcripturæ hoc itidẽ habẽt. Sic eñ Iob.29. de ſe vir ille ſimplex rectus ac timens deũ,gloriat oculis videſ, teſtimoniũ reddebat mihi,eo q̃d liberaſſem pauperẽ vociferantẽ,& pupillũ,cui nõ eſſet adiutor,benedictio perituri ſup me veniebat,& cor viduæ cõſolatus ſum,oculus fui cæco,& pes claudo,pater eram pauperꝫ. De Tobia ex tribu Neptalim legitur,q; cũ eſſent in captiuitate,quotidie veniebat per omnẽ cognatio Tobiæ.1. nem ſuã,& cõſolabatur eos,diuidebatq; vnicuiq; prout poterat de facultatibus ſuis, eſurientes alebat,nudisq; veſtimẽta præbebat,& mortuis atq; occiſis ſepulturã ſolicitus exhibebat. Danielis aũt.4. propheta ille magnus Nabuchodonoſor regi nullũ ſanius poterat dare conſiliũ, q̃ vt diceret: Peccata tua eleemoſynis redime,& iniqtates tuas miſericordijs pauperꝫ,forſitan ignoſcet deus delictis tuis. Dauid aũt ille propheta Pſal.40. Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem,in die mala liberabit eum dñs. Propterea de iuſto ſic ait,Pſalm.36. Iunior fui etenim ſenui,& nõ vidi iuſtũ derelictũ,& ſemen eius quærens panẽ. Tota die miſeretur & cõmodat,& ſemen illius in benedictione erit. Salomon aũt filius Dauid Prouer.3. Honora deum de tua ſubſtantia,& de primitijs omniũ frugum tuarꝫ, da pauperibus & implebuntur horrea tua ſaturitate,& vino redundabũt torcularia tua. Venio nũc ad Eſaiam dicentẽ: Frange eſurienti panem Eſaiæ.58 tuum,& ægenos vagosq; induc in domũ tuam. Cum videris nudum,operi eum & carnẽ tuam ne deſpexeris,tunc erumpet quaſi mane lumen tuũ,& ſanitas tua citius orietur,& anteibit faciẽ tuam iuſtitia tua,& gloria dñi colliget te,tunc inuocabis & dñs exaudiet te,Clamabis, & dicet: Ecce adſum,quia miſericors ſum dñs deus tuus. Et paulopoſt: Cum effuderis eſurienti animã tuam,& animã afflictam repleueris,orietur in tenebris lux tua,Et tenebræ tuæ erunt ſicut meridies,Et requiem dabit tibi dñs tuus ſemper,& implebit ſplendoribus animã tuã,& oſſa tua liberabit,&c. Ecce,quoniã tot prophetarum teſtimonijs verum eſt,quod ſenior Tobias iuniorẽ

2.Corꝫ.4.

hiſce verbis inſtruxit: Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynã, & noli auertere faciem tuã ab vllo pau D
pere, ita eñ fiet, vt nec auertatur à te facies dñi. Quomodo poteris, ita eſto miſericors. Si multũ
tibi fuerit, abundanter tribue, Si exiguũ tibi fuerit, etiã exiguum libẽter impartiri ſtude. Præmiũ
eñ bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis, quoniã eleemoſyna ab omni peccato & à morte
liberat, & non patietur animã tuã ire in tenebras. Illud idem hodierni officij teſtatur ac confir-
mat epiſtola ſcripta per Paulum. 2. Corinth. 9. Qui parce ſeminat, parce & metet: Qui ſeminat
in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Et iterũ: In omnibus ſemper omnẽ ſufficien-
tiam habentes, in omne opus bonũ, ſicut ſcriptũ eſt: Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius ma
net in ſeculum ſeculi. Quanta vis aũt ſit eleemoſynæ, & quam gratiã apud deum habeat, etiam
Euãgelij teſtimonio manifeſtũ fit. Sic eñ Matth. 19. Chriſtus docuit: Si vis pfectus eſſe, vade &
vende omnia quæ habes, & habebis theſaurũ in cœlo. Lucæ vero. 18. itidẽ legitur, & Matth. 6.
Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiũt
& furantur, theſaurizate aũt vobis theſauros in cœlo, vbi nec erugo, nec tinea demolitur, & vbi
fures non effodiunt & furantur. Hoc ipſum eſt, quod de diuite auaro prophetizatur: Theſauri-
zat, & neſcit cui congregabit ea. De hoc diuite auaro parabola eſt, Lucæ. 12. cui dixit deus: Stul
te hac nocte animam tuam repetent à te, quæ aũt paraſti, cuius erunt? Sic eſt qui theſaurizat, &
non eſt in deum dives. Hoc hodierna die ſanctus Laurentius diligenter obſeruaſſe videt, qui
leuita Sixti martyris & pontificis non modo alterã tunicam, ſed & totum theſaurũ eccleſiæ diſ- E
perſit, deditq; pauperibus. Horum pauperũ rationem habendam eſſe ab ijs, qui Euchariſtiæ ſa-
cramentum ſumere volunt, etiam Paulus. 1. Corinth. 11. hiſce verbis teſtatum reliquit: Vnuſquiſq;
eñ cœnam ſuam præſumit ad manducandũ, & alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Nũ-
quid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut eccleſiã dei contẽnitis, & cõfun-
ditis eos, qui non habent? Ecce quantã de pauperibus curam Paulus habuerit, Quod ſi mundus
ad Euchariſtiã accedere velis, da eleemoſynã. Sic eñ ingenue promiſit dominus, Luc. 11. Date
eleemoſynã & omnia munda ſunt vobis. Et Lucæ. 12. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemo
ſynam. Qualis autem & quanta merces ſit expectanda, ſi pauperibus eleemoſyna detur, in ex-
Matth. 25. tremo iudicio iuſtus iudex manifeſte teſtabitur, dicẽs: Venite benedicti patris mei, poſſidete pa
ratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui eñ & dediſtis mihi mãducare, ſitiui & de
diſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me, nudus, & operuiſtis me, infirmus & viſitaſtis
me, in carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quãdo te
vidimus eſurientem, & pauimus te, ſitientem, & dedimus tibi potum, quando autem te vidi-
mus hoſpitem, & collegimus te, aut nudũ, & cooperuimus te, aut quãdo te vidimus infirmum,
aut in carcere & venimus ad te? Et reſpondens rex dicet illis: Amẽ dico vobis, q̃diu feciſtis vni
ex his de fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tũc dicet rex & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedi-
te à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui eñ, & non
dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & non collegiſtis
me. Nudus eram, & nõ cooperuiſtis me. Infirmus & in carcere eram, & non viſitaſtis me. Tũc F
reſpondebunt ei & ipſi, dicẽtes: Domine, quando te vidimus eſurientem & ſitientem, aut hoſpi
pitem, aut nudum, aut infirmũ, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis
dicens: Amen dico vobis, quàmdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibũt
hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam, Amen.

SERMO XLIIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri, &c̃, vt ſupra. ſerm̃. i.

ARGVMENTVM.

De duplici Ephod, & quid figurauerit Ephod ac oratione.



Eclaratis quinq; veſtimentorũ ſacerdotalium generibus, reſtat vt ſextũ
aggrediamur, & hoc Hebraica lingua Ephod dicitur. Septuaginta ve-
ro Epomida. i. ſuperhumerale appellant. Aquila vero Epirroma nomi
nauit. Et vbicũq; in Exodo, ſiue in Leuitico ſuperhumerale legitur, He
bræi Ephod legere conſueuerunt. Erat aũt hoc ſacrum pontificis ve-
ſtimentum, & ſolis conueniebat pontificibus, proculdubio in figuram,
vt olim nonnulla forent ſub Euangelio miniſtranda, quæ non conue-
niebant ſacerdotibus, ſed ſolis epiſcopis ac pontificibus. Id quod hodie
in adminiſtratione ſacrorum ordinum, & cõfirmandis pueris ac rebus
alijs, rite videmus eccleſiam obſeruare catholicam, quæ diſcrimen ha-
bet in-

A bet inter episcopos ac sacerdotes. Ephod itaq; vt ad cepta reuertamur, ad Cohen gadol, id est, pontificem magnũ pertinet. Constat autẽ duplex fuisse Ephod, lineũ quidem, & hoc hebraice dicebatur Baad. Nam Baad Hebraica lingua linũ dicitur. Et tali Ephod lineo Samuel, & octo- 1. Regũ. 22.
gintaquinq; viri sacerdotes vestiti fuerunt. Et illud idem, Dauid ante arcam dñi portasse refer-
tur. Soli autẽ sacerdoti magno licuit hoc Ephod indui, quod ex auro, hyacintho, purpura, coc- 2. Regũ. 6.
co, byssoq; contextũ erat. In vtroq; deinde humero habuit hoc Ephod duos lapides onychi- Exod. 28
nos, in quibus sculpta fuerunt nomina filiorũ Israel. Sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in
altero, iuxta ordinem natiuitatis eorũ opere sculptoris. Et cęlatura gemmarij (inquit dominus)
sculpes eos nominibus filiorũ Israel, auro inclusos, atq; circundatos, & pones in vtroq; latere su
perhumeralis memoriale filijs Israel. Portabitq; Aaron nomina eorum coram domino, super
vtrunq; humerũ ob recordationem. In singulis itaq; lapidibus sena patriarcharũ nomina sunt,
quibus Israheliticus populus diuiditur, in dextro humero maiores filij Iacob, in leuo minores
scripti sunt, vt pontifex ingrediens sancta sanctorũ, nomina populi, pro quo rogaturus est do-
minum, portet in humeris. Et hoc est quod Paulus Apostolus ad Hebræos docuit, vt pontifex
ex hominibus assumptus, pro hominibus constitutus sit, vt offerat dona & sacrificia pro pecca-
tis, pro peccatis (inquam) populi, ad Hebræos. 5. & 7. Et is pontifex in anno semel secundum
tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorũ, ingressus est, vbi erat testamentũ, orauitq; non mo
do pro se, sed & omni populo. Eo vero orante intra sancta sanctorũ, etiam foris orabat popu- Hebr. 9
lus in templo. Sic enim Lucæ. 1. legitur: Factũ est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias
in ordine vicis suæ ante deum, secundũ consuetudinem sacerdotij sorte exijt, vt incensum pone
B ret, ingressus in templum domini, & oñis multitudo populi erat orans foris hora incensi, expe
ctans Zachariam, & mirabantur, quod tardaret &c. Et ait ad illum angelus: Ne timeas Zacha-
ria, quoniã audita est oratio tua. Quum itaq; hodiernæ diei euangeliũ nos doceat, domum dei
domum orationis esse, & propterea ante arcam seu potius ante conspectum domini sedentis su
pra Cherubin, propitiatorium & arcam, nomina filiorum Israel, propterea portata fuisse, vt sa Psal. 79
cerdos magnus interpellaret pro populo, hinc inde mos Christianorum manauit, vt qui ad sa Psal. 98.
crum Eucharistiæ sacramentũ accedere velint, orare doceantur, ac cum Centurione dicant:
Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbũ, & sanabitur ani Matth. 8.
ma mea. Propterea in reliqua parte sermonis declarare proposuimus tria, primo, vt ad verum
Christianum pertineat orare dominum deum, deinde pro quibus rebus orandum, tertio, quo
in loco orandum sit. Vt itaque promissioni nostræ satisfacere valeamus, in manus accipimus id
quod Psalmo. 36. scriptum esse legimus: Spera in domino, & fac bonitatem, & inhabita terram
& pasceris in diuitijs eius. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela do-
mino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium
tuum tanquàm meridiem. Subditus esto domino, & ora eum. Lucæ. 18. Oportet semper orare,
& non deficere. 1. ad Thessalonicenses. 5. Sine intermissione orate. Ad Romanos. 12. Orationi
instantes. Ad Colossenses quarto: Orationi instate vigilantes. Matthæi. 7. Petite & accipietis.
Ad Philippenses quarto: Petitiones vestræ innotescant apud deum. Continuo itaq; rogandus
est dñs. Sic orauit Deuteroñ. 9. Moyses quadraginta diebus ac noctibus panem non comedẽs
& aquã non bibens, oransq; dixit: Domine deus ne disperdas populũ tuũ, & hæreditatem tuã,
C quã redemisti in magnitudine, quos eduxisti in manu forti, recordare seruorum tuorum, Abra-
ham, Isaac & Iacob. Exodi vero. 32. Iterum Moyses sic orabat: Cur domine irascitur furor tuus
contra populum, recordare &c. Sic in necessitate sua Anna vxor Helchanæ, rogat ad dominũ,
& exaudita dixit: Exultauit cor meum in domino. Sic Dauid longa oratione orauit ad dominũ.
2. Regum. 7. Hoc fecit & Iosaphat. 2. Paralipomenon. 20. Fecit & Manasses rex. 2. Paralip. vl-
timo. Fecit hoc Esaias ca. 26. 33. & 37. Fecit hoc Daniel. 9. Fecerunt hoc Apostoli. Nam vnani-
miter in orationibus perseuerabant, qui & hoc à Christo didicerant, qui abijt in desertum locũ
vt oraret, Marc. 1. Qui & ascendit in montem, vt solus oraret Matth. 14. Et in monte Oliueti fa
ctus in agonia, prolixius orabat, Lucæ. 22. orauit & dixit: Pater, si fieri potest, transfer hunc cali
cem à me. Et vt nomina filiorũ Israel tanquã supremus pontifex portaret ad conspectum dñi,
etiã orauit pro persequentibus & crucifigentibus eũ, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciũt, qd
faciunt. Imo & hacre Paulus eiusce modi testimonium ad Hebræos dedit, quod in diebus car- Hebræo. 5
nis suæ, sacerdos ille in æternũ, secundũ ordinẽ Melchisedech obtulerit preces, supplicatiõesq;
ad eũ, qui posset illũ saluũ facere à morte cũ clamore id faciens valido, ac lachrymis, exauditusq;
sit pro sua reuerentia. Quid ergo nostrorũ temporũ impij quidã hæretici Lutherani turbato-
resnõ modo publice apud Germanos pacis, sed & totius reipublicæ Christianæ docent: ex ab-
soluta necessitate euenire oñia, quũ viri patriarchæ & prophetæ Apostoli, imo & ipse Chri-
stus orasse legantur. Abeant itaq; in malã crucem, qui similia docere non verentur. Abeant apo
stolicæ ordinũ, votorũ ac iuramentorũ. Age supest vt differamus secundo loco, pro quibus rebus
orare liceat. Et hic audi quid dicã. Pro victoria aduersus hostes orare nos posse scriptura docet.

Sic enim Exodi.17. legitur: Venit Amalech, & pugnabat contra filios Israel in Raphidim, di- D
xitq; Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalech cras, ego stabo in verti-
ce collis, habens virgã dei in manu mea. Fecit Iosue, vt loquutus erat Moyses, & pugnauit con-
tra Amalech. Moyses autem & Aaron, ascenderũt super verticem collis, cumq; leuaret Moy-
ses manus, vincebat Israel, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Manus autem
Moysi erant graues. Sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eũ in quo sedit. Aaron autem
& Hur sustentabant manus eius ex vtraq; parte, & factũ est, vt manus illius non lassarentur, vsq;
2.Para.20 ad occasum solis, & victor euasit Iosue aduersus Amalech, non tã gladio, quàm oratiõe Moy-
si. Præterea, Iosaphat rex, timore perculsus, totum se contulit ad rogandũ dominũ, & prædica-
uit ieiunium in vniuerso Iuda. Congregatusq; est Iudas ad deprecandũ dominũ. Sed & oẽs
de vrbibus suis venerunt ad obsecrandũ eum. Et ait: Domine deus patrũ nostrorũ &c. Conclu-
dens cum hisce verbis: Quum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus refiduũ,
vt oculos nostros dirigamus ad te, & reuelauit illis Iasihel victoriam aduersus hostes, qui sese
mutuo cędebant. Insuper Ezechias.4.Regũ.19. audiens blasphemiam Sennacherib, scidit vesti
menta sua, & optus est sacco, ingressusq; est domũ domini, ac precibus obtinuit, vt angelus oc-
cideret vna eademq; nocte de exercitu Assyriorũ cẽtum octoginta quinq; millia virorũ, ipsum
vero Sennacherib proprij filij gladio percusserunt. Iudas Machabæus.1.Machabæorũ.4. con
gressurus cum hostibus, orat ac triumphat, Iudith autem illa mulier vidua religiosa, orauit domi
num, & caput Holophernis amputare illi conceditur. Porro constat factas esse orationes, vt à
4.Regũ.4 mortuis resurgerent, qui defuncti fuerunt. Sic Helisæus orauit ad dominum super mortuo pue- E
ro, posuitq; mirabili modo os suum super os eius, & manus suas super manus eius, & oscitauit
puer septies aperuitq; oculos. Cæterum Iacobi quinto, sic legitur: Infirmatur quis in vobis indu
cat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes oleo in nomine domini, & oratio fidei
saluabit infirmũ, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Quid multis?
In cunctis tribulationibus orandus est dominus. Sic tres pueri orant in medio fornacis arden-
tis. Danielis.3. Et descendit angelus domini, excussitq; flammam ignis de fornace, & fecit medi
um fornacis, quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neq; contristauit, neq;
quicquàm molestiæ intulit. Respiciamus modo ad Danielem, qui faciem suam posuit ad dñm
deum suum rogare & deprecari in ieiunio, sacco & cinere, & orauit ad dñm in media captiuita
Daniel.9 te. Susanna vero mulier, ingemuit, & ait: Angustiæ sunt mihi vndiq;. Si eñ hoc egero, mors mi
hi est, si non egero, non effugiã manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in ma-
Dani.13 nus hominum, q̃ peccare in conspectu domini. Et in angustijs cõstituta mortis, exclamauit vo
ce magna: Deus æterne qui absconditorũ es cognitor, qui nosti oñia, antequã fiant. Tu scis, qa
falsum testimoniũ tulerũt contra me. Et exaudiuit dñs vocem eius, quumq; ducerent eã ad mor
Ionæ.2. tem, suscitauit dominus spiritũ pueri iunioris, cuius nomen Daniel. Sic Ionas ille propheta in
medio piscis orauit ad dominum deum suum, & piscis euomuit Ionam in aridã. Sed & Stepha-
nus Actorum.7. inter medios lapidantes orat, quod & Christum fecisse sciebat, Lucæ.22. Quo
1.Timot.2 vero loco orandum sit, breui oratione dicemus, & hoc manifestũ est ex Paulo in omni loco le-
uandas esse puras manus in oratione. Sic orant Apostoli, & motus est locus, Actorũ.4. Sic Pau
lus nomine Tharsensis orat, Actorũ.9. Sic in Ioppe ascendit Petrus in superiora domus vt ora-
ret. Sic quum orassent, cũ ieiunationibus commendarunt eos dño. Sic aliquãdo orant in littore F
maris. Et ipse Christus orat in monte, Matth.14. in deserto, & alijs locis. Docetq; orare, volen
tem intrare cubiculum. Sed & scriptura docet templum domũ orationis esse, id quod hodiernũ
Euangelium Lucæ.19. manifeste declarat. Sic enim dominus ait: Domus mea, domus orationis
est. Hæc autem scriptura Esaiæ.56. hisce verbis expressa est: Domus mea domus orationis voca
bitur cunctis gentibus. Hinc est quod Genesis.30.35.&.38. & in alijs locis de Bethel legimus, &
maxime Amos.5. Nolite quærere Bethel. Est autem Bethel domus dei, quæ semper domus ora
tionis erat. Inde.1.Machabæorum.3. Locus orationis erat in Masphat. Et cum esset à Salo-
3.Reg.8 mone templum extructum in Hierusalem, ecce sacerdotes portantes arcam domini, vnà cum
Salomone templum consecrarunt. Et inter cætera Salomon ait: Audi domine hymnũ & ora-
tionem, quam seruus tuus orat coram te hodie, vt sint oculi tui aperti super domum hanc, nocte
ac die super domum, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem, quam orat
in loco isto ad te seruus tuus, vt exaudias deprecationem serui tui, & populi tui Israel, quodcũq;
orauerit in loco isto, & exaudies in loco tabernaculi tui in cœlo, & quum exaudieris propitius
eris. Si peccauerit homo in proximum suum, & habuerit aliquod iuramentum, quo te-
neatur astrictus, & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies
in cœlo, & facies, & iudicabis seruos tuos. Condemnans impium, & reddens viam suam
super caput eius, iustificansq; iustum, & retribuens ei secundum iustitiam suam. Si fugerit
populus tuus Israhel inimicos suos, quia peccaturus est tibi, & agentes pœnitentiam, & confi-
tentes nomini tuo venerint & adorauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo,

& dimitte

A & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorꝝ. Si clausum fuerit cœlum & non pluerit propter peccata eorꝝ, & orantes in loco isto pœnitentiã egerint nomini tuo, & à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suã, exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata seruorꝝ tuorꝝ, & populi tui Israel. Et ostende eis viam bonã per quã ambulent. Et da pluuiã super terram, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut erugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, om̃is plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuoratio, & imprecatio, quæ acciderit om̃i homini de populo tuo Israel. Si quis cognouerit plagã cordis, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & neq; vias repropitiaberis, & facies, vt des vnicuiq; secundũ om̃es vias, sicut videris cor eius. Quia nosti solus cor oĩm filiorꝝ hominũ, vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terrę, quã dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cũ steterit de terra longinqua propter nomen tuum, audietur nomen tuum magnũ, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbicũq;. Quum venerit ergo & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies om̃ia pro quibus inuocauerit te alienigena, vt discant vniuersi populi terrarꝝ nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent, quia nomen tuum inuocatũ est super domũ hanc quã ædificaui. Hinc est quod toties in Euãgelio Christus legitur intrasse templum eo scilicet tempore, quo facta sunt encęnia in Hierusalem. Sic Iesus inuenit cæcum in templo, Iohãnis. 5. Sic rursus ascendit in templum, Iohãnis. 7. Sic diluculo venit in templũ, Iohannis octauo: Sic ambulabat in templo, Iohãnis. 10. Sic interrogatus corã pontifice ait: Semper docui in synagoga & templo. Et Anna prophetissa filia Phanuel non discede-
B bat è tẽplo vacãs ieiunijs & orõnibus die ac nocte. Sic Symeon iustus & timoratus ingrediẽs templum, suscipere meretur dominum in vlnas suas. Sic duo ascenderũt in templũ, vt orarent, Lucæ. 18. De Apostolis autem Lucæ vltimo sic legitur: Erant semper in templo laudãtes & benedicentes deum. Actorꝝ vero. 2. Quotidie perdurantes vnanimiter in templo. Et Actorum. 3. Petrus & Iohãnes ascendebant in templũ, ad horã orationis nonã, Actorꝝ vero. 5. sic legitur. Erãt vnanimiter om̃es in porticu Salomonis. Et ipse angelus Apostolis ait: Ite & stantes loquimini in templo plebi, om̃ia verba vitæ huius. Et omni die non cessabant in domo, & circa domos docentes, & euãgelizantes Christum Iesum. Si quis itaq; ad arcã domini, Eucharistiæ videlicet sacramentum cupit accedere, domũ orationis cum pontifice magno Christo Iesu & illius Apostolis ascendat & oret. Nec solum pro suo proprio nomine oret, sed & cum pontifice deferat Ephod lineum, ad cuius humeros inscripta sint etiam nomina filiorꝝ Israel, hoc est, proximorꝝ nostrorꝝ, ita enim docet & præcepit Apostolus: Orate pro inuicem. Clamemus itaque & oremus ad missarum diuina officia, imitantes maiores ac antecessores nostros etiam in templo, cum Apostolis vnanimiter, & dominus exaudiet nos, Fiat, fiat.

SERMO XLV.

Quum videritis arcã fœderis domini dei vestri &c. vt supra, Iosue. III.

C

ARGVMENTVM.

De intercessione ad deum.



Ermone præcedenti declaratum est, cur in duobus lapidibus onychinis, qui pendebãt in Ephod, id est, superhumerali potissimũ, quod sacerdos ingressurus sancta sanctorꝝ, memor esset duodecim filiorũ ac tribuum Israel, in oratiõibus suis coram dño deo Israel, sedenti supra Cherubin, iuxta testimoniũ Esaiæ. 37. Sequitur nunc vestimentũ septimum pontificale quod Hebræi Hoschen, Græci λόγιον appellant, & nos rationale vocamus, Germanicè Bruestklainat, pãnus quidem breuis ex auro, quatuor textus coloribus, hoc est, ijsdem quibus Ephod, id est, superhumerale, habens magnitudinem palmi per quadrum, & huic intexti sunt duodecim lapides miræ magnitudinis. De quo pontificali ornatu sic legitur: Exo. 28. Hoschen. i. rationale iudicij facies opere polymito, iuxta texturam superhumeralis ex auro, hyacintho, qurpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta. Quadrangulum erit & duplex. Mensuram palmi habebit, tam in longitudine, q̃ in latitudine, ponesq; in eo quatuor ordines lapidum. In primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus. In secũdo carbũculus, & saphyrus & iaspis. In tertio, ligurius, achates & amethystus.

In quar-

In quarto chrysolitus, onychinus, & beryllus, inclusi auro erunt per ordines suos, habebuntq; D
nomina filiorꝫ Israel duodecim nominibus, cꝫ labūtur singuli lapides nominibus singulorꝫ per
duodecim tribus. Hisce duobus vestimentorum pontificalium generibus audit deuotio vestra,
quantæ curæ deo fuerint duodecim tribus Israel. Nam in Ephod, quasi à tergo, portabant no
mina filiorum Israel, id quod in hodiernum diem, Leuitarꝫ hoc est subdiaconorum & diacono
rum ad altare ministrantiū, epistolam & euangeliū dicentiū, cum lapidibus ac gemmis tunicæ
repræsentant. Et quod iterꝫ ante pectus in rationali deferre cogebant pontifices duodecim la-
pides, in quibus erant insculpta nomina filiorꝫ Israel, id hodie pontifices ante pectus deferre cō
sueuerunt. Erant autē noīa filiorꝫ Israel, Ruben, Symeon, Leui, Iuda, Zabulon, Isachar, Dan,
Gad, Azer, Nephthalim, Ioseph, Beniamin, iuxta ordinem descriptū, Genesis. 49. Dum daret
benedictio, & res valde secreti mysterij est, quod dum numerant tribus Israel. Nume. 1. nume-
rantur quidē oīes, sed tribū Leui non fecit numerari dñs. Porro Leuitæ per gyrū tabernaculi
figebant tentoria, ne fieret indignatio super multitudinem filiorꝫ Israel, sed per gyrū taberna-
culi ad orientem erat Iudas, iuxta quē Isachar & Zabulon, ad meridiem vero Ruben, iuxta quē
Symeon & Gad, ad occidentem plagā filij Ephraim, Manasse, & Beniamin. Ad aquilonē ve-
ro filij Dan, Azer, & Nephthalim, Nume. 2. & erant sic sexcenta tria millia quingenti quinqua-
ginta, nec numerati fuere Leuitæ. Horꝫ nominū simul & virorꝫ ac mulierum memores esse de-
buerunt in orationibus pontifices ingredientes sancta sanctorum. Cuius rei memoriale lapides
onychini, ac duodecim lapides in rationali fuerunt. Propter huiuscemodi secretum repetitum
in lapidibus, operæ pretium visum est nobis, quædam alia non inutilia, sed maxime salutifera, &
olim profutura vobis de oratione proferre & enuntiare. Et quantū ad prȩsentem pertinebit ser
monem, de oratione tria breui compendio enarrabimus. Primo loco, quomodo fit orandum: E
At Christianis orandū est, non instar pharisæorum & hypocritarꝫ, de quibus Matth. 6. Quum
oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearꝫ stantes orare.
Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Hoc vero loco cautius circumspiciendum erit,
ne pedem ostendamus, quum Christum audis dicentem, ne instar hypocritarum ores, sic, vt ab
hoīibus videaris, qui alibi docuit: Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videāt opa vestra bo-
na. Quasia hæc inter se aduersantia putes? Quandoquidem non sic orandum esse putauit, vt nō
videatur à patre, sed dumtaxat ab hominibus, à quibus vere mercedem recepisse credendus
est, quisquis ea intentione orauerit, vt ab hominibus videatur. Et hoc est quod Iohannis quarto
legitur: Veri adoratores adorabunt in spiritu & veritate. Et. 1. Corint. 14. Orabo spiritu, & ora-
bo sensu, psallā spū, psallā & mēte. Matthæi quoq; 15. post prophetā lamentat: Populus meus
labīs me honorat, cor aūt eorꝫ longe est à me. Id quod etiā Esaiæ. 29. conquerebat dñs, di-
cēs: Eo quōd appropinquat populus iste ore suo, & labīs suis glorificat me, cor eius longe est à
me. Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi & stupēdo
&c. Eapropter Exodi. 14. etiam ad mare rubrū in spiritu orante Moyse, dicit dominus: Quid
clamas ad me? Et. 1. Regum. 1. Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia eius mouebantur
& vox penitus non audiebatur. Lucæ vero septimo: Mulier in ciuitate peccatrix, etiam lachry-
mis orans, ac tacens, audit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hæc non
propterea recensere voluimus, quasi non etiam labia mouenda sint, quum & Psalmo. 50. sic oret
Propheta: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuā. Et propterea ho- F
mini p̄ cunctis animantibus data est lingua, vt laudet & oret dominum. Vnde ad Romañ. 14.
Omnis lingua confitebitur deo. Et propterea spiritus sanctus dispartitis linguis apparuit. Acto
rum. 2. Porro teste Paulo diuisiones sunt gratiarꝫ ac linguarꝫ, prout hodierna docet epistola. 1.
Corint. 12. Nam & Psalmo. 118. sic legitur: Septies in die laudem dixi tibi. Matthæi. 16. Oran-
tes autem sic dicite: Et ipse Christus orans in monte Oliueti, non solum in spiritu, sed & ad pa-
trem orauit. Et posteaquā dixisset hymnum, exiuit trans torrentem Cedron & expressis verbis
non tantū animi reuolutiōe ter orauit ad patrem. Errant itaq; toto cœlo, qui nostris tēporibus
arbitrātur sufficere, quando gloriati fuerint sese in spū, hoc est, si dīs placet, nunq̄ orare. Est &
secundo loco orandum humiliter, vnde Ecclesiastici. 35. Oratio humiliātis se penetrat cœlos. Et
sic princeps vnus humiliter orat pro filia, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est, sed ve-
ni impone manū tuā super eā, & viuet. Sic orasse videtur hęc mulier, quę sanguinis fluxum pas-
sa est duodecim annis. Et quæ accessit retro, tetigit fimbriam vestimenti, dicens intra se: Si teti
gero tantū vestimentū eius, salua ero. Sic Matthęi. 15. Mulier illa Chananæa clamās: Miserere
mei domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Et dñe adiuua me, humiliter orans,
audita est. Quin & ipsa theotocos Iohā. 2. in nuptijs Chanæ Galilææ, suā humanitatem nō de-
seruit orās ac Laconice dicens: Vinum non habent. Quicunq; ergo suis precibus & precationi
bus voluerunt placare dominum, in cilicio & cinere sese humiliauerunt. Sic Psalmo. 34. Quum
mihi molesti essent, induebar cilicio. Sic Iudith. 4. Induebāt se sacerdotes cilicijs. Sic. 3. Reg. 21.
Achab scidit vestimenta sua, & operuit carnē suā, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit

demisso

A demisso capite. Et dicit dominus: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me. Sic Ionæ.3. Niniuitarũ rex abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere clamans, & dixit, in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquã, nec pascantur, & aquã non bibant, & operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad dominũ in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorũ, quis scit, si conuertatur & ignoscat deus, & reuertatur à furore iræ suæ & non peribimus? Et vidit deus opera eorũ, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitiã, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Et hoc est, quod Hieremias hortatus est propheta, dicens: Filia populi mei, accingere cilicio, & conspergere cinere. Et in Euangelio Matthæi. 11. hanc humilem precationẽ cõmemorauit, dicens: Væ tibi Corrosaim væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ eẽnt virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. In spiritu autẽ præuidit idipsum Psaltes, Psal. 50. Sacrificium deo spiritus contribulatus, & cor contritũ atq; humiliatum deus non despiciet. Est denique tertio orandũ cum magna fiducia ad deum. Vnde Marci. 11. Quicquid orantes petitis, credite, & accipietis. Iacobi. 1. Postulet cũ fiducia, nihil hæsitans, Lucæ. 11. Qui perseuerauerit pulsans, aperietur ei. Et Iacobi. 5. Multũ valet deprecatio iusti assidua. Pro quibus tamen & rebus & hominibus orandũ sit, postero sequenti sermone declarabimus. Interea vero nostri officij perpetuo esse videtur, vt intra sancta sanctorũ, orante & sacrificante magno sacerdote, & in superhumerali ac rationali, vestra & vestrorũ nomina portante, etiã foris more catholicorũ oremus. Oratio enim penetrat cœlos, & quemadmodum orationes Tobiæ ac Cornelij ascende- Esaiæ.38 Tobiæ.3.

B runt in cœlum ante conspectum domini, ita proculdubio & nostræ ascendent in cœlum, Actorũ.10. Fiat, fiat.

Hiere.6

SERMO XLVI.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c. Iosue tertio.

ARGVMENTVM.

De Assumptione diuæ virginis Mariæ.



C Ntellexistis charissimi, duodecim lapides pretiosiores non modo in superhumerali, & onychinis duobus lapidibus, sed & rationali, seu λόγιω, similiter extitisse. Et quod in illis sculpta fuerint duodecim nomina filiorũ Israel. Is duodenarius numerus filiorũ Israel, inter quos geniti fuerunt ex Lya, Ruben, Symon, Leui, Iudas, Isachar, & Zabulon, ex Rachele vero Ioseph & Beniamin. Ex Bala autem ancilla Rachelis, Dan, & Nephthalim. Ex Celpha vero ancilla Lyæ, Gad, & Azer orti, originem cœpit habere ex multis figuris ac historijs, quemadmodum etiam partim in superiori quodam sermone enumeratũ extitit. Nam propterea Exo. 15. inuenti fuerũt in Helim duodecim fontes aquarũ, & ad radices montis ædificato altari, per duodecim tribus erecti sunt titu li, Exod. 24. Hinc duodecim lapides ad Iordanem positi sunt Iosue. 4. Sic boues duodecim super mare æneũ. 3. Re. 7. Sic. xij. leunculi, super sex gradus throni Salomonis. 3. Reg. 10. Sic Christus duodecim annos habẽs Israhelitis prædicare cœpit in tẽplo. Et idem duodecim elegit Apostolos. Matth. 10. Marc. 3. quibus & hoc dedit, vt de reliquijs fagmentorũ duodecim cophinos leuarent. Et is hanc potestatẽ dedit illis ipsis Apostolis, Matth. 19. quum ait: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione, quũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos, super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israhel. Sed perpende quid viderit in visiõe secretarius Christi Iohãnes dilectus discipulus. Cœlũ quidẽ nouũ & terrã nouã imo ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo, habentem charitatem dei, & habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis angulos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab oriente portæ tres. Et ab austro portæ tres. Et ab occasu portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum & agni. Et qui loquebatur mecũ (ait in pathmo sub Domiciano Iohannes) habebat mensurã arundineã aureã, vt metiret ciuitatẽ, & portas eius & murum. Et ciuitas in quadro posita est, & lõgitudo eius tãta est, quãta & latitudo, & mẽsus est ciuitatẽ de arũdinea aurea, p stadia duodecim millia, & latitudo & lõgitudo & altitudo eius æqlia sunt, & mẽsus ẽ muros eius. 144. cubitorũ, mẽsura hominis, q̃ ẽ angeli. Et erat structura muri ei⁹ ex lapide Iaspide. Ipsa vero ciuitas aurũ mũdũ, simile vitro mũ

Gene.35

Apoca.21.

do, &

do,& fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Et fundamentũ primum, Iaspis: secundum, Zaphyrus: tertium, Calcedonius: quartum, Smaragdus: quintum, Sardonix: sextũ, Sardius: septimũ, Chrisolitus: octauum, Beryllus: nonum, Topasius: decimum, Chrysopassus: vndecimũ, Hyacinctus: duodecimũ, Amethystus. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt p singulos,& singulæ portę erãt è singulis margaritis,& platea ciuitatis aurę mundũ, tanq̃ vitrum pellucidum,& templum non vidi in ea. In hanc ciuitatem sanctam Hierusalem hodier na die assumpta est virgo dei genitrix intemerata Maria. Quicquid interea oblatrent, obganniant q̃ nostri seculi perditissimi hæretici, impiè docentes, post Christi in cœlum ascensionem sanctorum neminem, nec etiam diuam virginem Mariam conscendisse cœlos, vtcunq; de ea prædictum & prophetatum sit, quòd ipsa sit arca sanctificationis suæ. Quippe sicut in arca nostra fuit inclusum manna in sequentes generationes, ita in diuæ virginis Mariæ vtero clausus fuit in nonum vsq; mensem Christus, qui verum & immortale est manna, etiam si Nestoriano rumpantur ilia Codro. Hæc est illa quæ misericordiam cecinit à progenie in progenies, vere sanctificata, quod in ea macula non esset. Vere denique hodie glorificata, etiam si millies apostata Lutherus prædicauerit illam non venisse in cœlum. Quàm impium autem hoc dogma sit, ex Euangelio manifestum fit. Siquidem sic suis discipulis prædicauit Christus, Iohannis. 12. Si quis mihi ministrat, me sequatur,& vbi ego sum, illic erit & minister meus. Quis iam dubitat Mariam vere ancillam domini gratia plenam? Apostolos ac martyres extitisse dei ministros? Sic eñ. 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Et. 2. Cor. 3. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Et. 2. Cor. 6. In oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. Et in hodierno Euangelio: Martha satagebat circa frequens ministerium. Sed nullibi in Euangelio legitur: humilius ministerium, quàm huius virginis, quæ Lucæ primo ait: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundũ verbum tuum. Quæ & in cantico suo fatetur ingenue: Respexit dominus humilitatem ancillæ suæ, ecce eñ ex hoc beatam me dicent oñes generationes solis Lutheranis exceptis, qui hanc veluti lixam habent,& reputãt alijs mulieribus similem, etiã si sexcẽties ab angelo, ab Elisabeth quoq; benedicta & beata dicatur. Cæterum Iohãnis. 14. Si abiero & præparauero vobis locum iterum venio,& recipiã vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Christum vero conscendisse cœlos, quis vnquã Catholicorũ negauit aut dubitauit? Testes huiusce rei fuerunt Apostoli. Sunt & angeli dicentes: Viri Galilæi, quid aspicitis in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Cæterum testes sunt de captiua captiuitate patriarchæ & prophetæ. Testis est ecclesiæ nostræ insignis patronus diuus Stephanus, qui vidit cœlos apertos,& Iesum stãtem à dextris dei. Quod si Christus cœnam æterni conuiuij,& vini deficati præparauit, quis prohibet, ne & illo gaudeant Apostoli, & in primis diua virgo Maria? Deinde Iohãnis quinto, sic Christus ait: Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit,& credit ei qui misit me, habet vitam æternam,& in iudicium non venit, sed transiet à morte in vitam. Sed nemo est qui fidelius & constantius crediderit quàm virgo Maria, cui Elisabet inquit: Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te omnia, quæ dicta tibi sunt à domino. Ecce ibi Elisabeth hanc beatam vocat, qualem etiam benedictam inter mulieres vocat angelus, & illius ventrem beatum, vbera denique eius beata, mulier hæc inter turbas vocauit. Confirmat illam beatam esse vox Christi. Benedictam vocat illam Elisabeth. Et gratia plenam archangelus. Sola Lutheranorũ fæx in sermone de diuite & Lazaro audet asserere hanc nondum esse beatam,& alicubi (forsan in specu trophonij) expectare diem nouissimũ. Sed audi quid dicam? Enoch translatus est, ne videret mortem, ambulauit q̃ cum deo,& non apparuit, quia tulit eum deus. Helias per turbinẽ & currum igneum ascendit in cœlum, post quem clamabat Helisæus: Pater mi, pater mi, Currus Israel,& auriga eius. Latroni in cruce promittit Christus, dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Ecce hodie dicit: Quid quod multa corpora sanctorum, quæ dormierant, surrexeruut,& exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem,& apparuerunt multis,& vt Psalmista ait: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatẽ solus. Et iam sola Theotocos Maria perpetua virgo, cuius etiam sub cruce, Christus pendens in cruce, memor extitit. Gloria filij non fruitur, neq; vsq; in magnum annum Platonis, aut ad calendas Græcas, vel ad extremũ iudicium vsq; (vt ipsi somniant) fruetur? ita pertinaciter asseuerantibus Lutheranis, Crescionianis grammaticis iamiam prodeuntibus ex Dianæ schola, qui facti sunt theologi, ac theologiæ doctores, antequàm fierent discipuli, aut cum Maria semel sedissent ad pedes domini audientes verbum illius. Verum enimuero orat in spiritu Dauid, Psalmo .141. Educ de carcere animam meam. Lamentatur idem psal. 119. sic dicens: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, multum incola fuit anima mea. Ingemiscit ille & optat Psalmo .41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Et toties prophetæ cupierunt faciem videre domini. Vnde Exodi. 33. Ostende mihi faciem tuam,& Psalmo. 79. Ostende nobis faciem tuam,& salui erimus. Canticoꝝ. 2. Ostende mihi faciẽ domi

D E F

Lucæ. 10

Gene. 5
Hebræ. 11.
4 Regũ. 2.
Lucæ. 23

Matth. 27

A ciem domini. Proculdubio & ipſa faciem illius videre deſiderauit, quam in cruce pendentẽ, triſtis & lachrymas vidit, cuius faciem etiam deſiderãt videre angeli. Iſta eſt de qua Canticoꝝ. 6. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol? Iſta eſt arca domini, nam in ſuo vtero regem regum, & dominum dominantium geſtauit, cui prędictum fuerat: Surge domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. Iſta eſt caſtellum, de quo Pſal.131. hodiernum Euangelium ſonat, in quod ſubintrauit dominus. Iſta eſt tabernaculum domini, de quo Pſal. 45. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus dñs. Et ipſa de ſe Eccleſiaſtici. 44. ait Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et Eccle. 24. Quaſi Cedrus exaltata ſum in Lybano, & quaſi cupreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades. Et quaſi plantatio roſæ in Hiericho. Sed & aduerſus hũc impium errorem quo Lutherani regnum cœlorum cunctis ſanctis inſtar phariſæorum & hypocritarum præcludunt, & tamen ipſi non ingrediuntur. Iam Paulum audiamus, & manifeſtum eſt, ex Paulo ſanctos eſſe ac cenſeri filios, hęredes quidem dei, & cohæredes Chriſti. Quod ſi Chriſtus hæreditatem æternam poſſidet, quare Lucæ. 11 non & illi, quos cohæredes Chriſti fecit Apoſtolus, æternam poſſident hæreditatem, quando Roma. 8 vnuſquiſq; in finem vitæ confeſſus eſt domino? Tu es deus meus, hæreditas, & pars hæreditatis, tu es qui reſtituiſti hæreditatem Iſrael? Nec fruſtra Paulus ait: Si compatimur, conglorificabimur. Sed quis ignorat de compaſſione virginis à Symeone prophetatum eſſe? Tuam ipſius animam pertranſibit gladius? Id quod in fuga ac reditu Aegypti, tam ſæue furẽti in pueros Herode principium habere cœpit. Et quũ eſſet puer annoꝝ duodecim, ait: Ego & pater tuus dolentes quærebamus te, & ſub cruce quis dubitat illam non eſſe lachrymatã? Nempe quis ma-

B trem, niſi mentis inops, in funere nati flere vetat? Compaſſa eſt itaq;, conregnat ergo iuxta verbum apoſtoli. Cæteꝝ &. 2. Timoth. 4. ſic idem apoſtolus inquit: Bonum certamẽ certaui, curſum conſumaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dñs. Sed hic videant hæretici, qua conſcientia velint doctori gentium (qui ter virgis cæſus eſt, ſemel lapidatus, ter naufragium fecit, à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepit, nocte & die in profundo maris fuit, in itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in falſis fratribus, & labore, & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieuniis multis fuit) coronam æternæ vitæ, nunc mille quadringentis & pluribus annis remorari? Non erubeſcunt tamen conari, quæ nullis probationibus fulcire queunt. Sed quomodo electionis vas ad Philip. 1. dicere potuiſſet: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto, ſi nõ mox poſt diſſolutionem corporis animæq; migrationẽ, certo tenuiſſet, ſe fore cum Chriſto? Sed & idem apoſtolus. 2. Corinth. 5. ſic ait: Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluetur, quod ædificationẽ ex deo habemus non manufactam, ſed æternam in cœlis. Ecce quid hic manifeſtius teſtari potuiſſet apoſtolus, quàm q̃d ingenue teſtatus eſt, ſi domus noſtræ habitationis diſſoluta fuerit, habeamus æternam in cœlis. Iudæis poſt lapſum Adæ, cœlũ æneum erat ac clauſum. Sed ſicut in Adam oẽs moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Et Iohanni in pathmos per ſpiritum reuelata fuit ciuitas noua & ſancta Hieruſalem, ad quam perducere nos dignetur is, ex quo, per quẽ Roma. 11

C & in quo ſunt omnia. Ipſi honor & gloria, in ſecula ſeculorum Amen.

SERMO XLVII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri, &c̃. vt ſupra, ſerm̃. 1.

ARGVMENTVM.

De interceſſione diuæ virginis Mariæ ac ſanctorum.



VXta pretioſiſſimorum lapidum materiam conuenit, etiam vt paulo penitius introſpiciamus, quid reliqua non inferioris myſterij ſibi velint. Eapropter arcam domini, hoc eſt diuam virginem, hodierno ſermone in nouam Hieruſalem, ſanctam ciuitatem cœleſtem introducere inſtituentes, dei dono ac gratia datum eſt, vt priorem orationis materiam continuaremus. Non autem abs re viſum eſt nobis, ad ædificationem veſtram interceſſionis ſanctorum declarare materiã. Nã ſicuti ſunt ac inueniuntur, qui diuam virginẽ ac matrem à cœleſti regno excludunt, ita (prohdolor) inuenti ſunt noſtroꝝ temporum hæretici, qui eam aduocatam & mediatricem noſtram erga deum, pertinaciſſime aduerſus catholicorum piam ſententiam negant. Interrogati vero, quid eos ad eam

ac tantam impietatem moueat, ita respondent: Paulum scripsisse. 1. Timoth. 2. Vnus est deus, vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pro omnibus redemptionem. Et. 1. Iohannis. 2. Si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christum. Et ad Hebræos. 4. Ipse est pontifex, qui potest compati infirmitatibus nostris, tētatus autem per omnia ipse, pro similitudine absq; peccato. Ad huius gratiæ thronū cum fiducia adeamus, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ecce inquiunt: Vnus est mediator, vnus est aduocatus, vnus est pontifex. Non ergo quisquam alius pro nobis interpellare debet aut poterit. Sed age videamus, quàm tota via, totoq; cœlo ridicule veluti cæci duces cæcorum errent, ac Andabatarum more pugnent, palpentq; cum cæcis obcæcati parietes in meridie, & quàm necesse esset admouere illorum oculis lutū ex sputo domini factum, eo quod scripturas vel omnino ignorent, vel si aliqua ex parte intelligunt, dissimulātes deprauant, inq; alienissimum intellectum obtorto collo detorqueant. Nam & si Chrūs pro nobis mediator, aduocatus, & interpellator iure dicat optimo, tamē adhuc vt alij pro alijs orare, imo & exaudiri possint, istud non tam veteris, quàm noui testamenti testimonio, abunde satis comprobatum est. Gene. enim. 18. Abraham non solum semel, sed sexies orās pro Sodoma, exauditus est. Etiam si non essent inter tot homines decem, quorum innocentia potuisset liberare omnes. Orat Moyses pro Pharaone contra ranas, & mortuæ sunt ranæ de domibus, villis
Exodi. 8. & agris. Orat idem Moyses extensis manibus ad dominum, & cessauerunt tonitrua & grādo,
Exod. 17 nec vltra stillauit pluuia super terram. Orat Moyses, & Amalechitæ vincuntur. Orat Moyses, posteaquàm dominus voluit delere gentem Israel, & placatus est dominus ne faceret malum,
Nume. 11. quod loquutus fuerat aduersus populum suū. Orat Moyses ad dominū, & absorptus est ignis,
Nume. 25. vocauitq; nomen loci illius incensio, eo quod incensus fuisset contra eos ignis dñi. Orat Moyses pro populo, vt serpentes tollantur igniti. Orat Helisæus. 4. Regum. 6. pro mortuo puero, &
Iudith. 4. 8 suscitatus est. Orat vidua Iudith pro populo, & exaudita est. Et ad finem libri patientissimi Iob 42. sic legitur: Postquàm loquutus est dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Elipham Themanitem: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis loquuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob, sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis. Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia, neq; enim loquuti estis coram me rectū sicut seruus meus Iob. Abierūt ergo Eliphas Themanites, & Baldath Suites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut loquutus fuerat dominus ad eos, & suscepit faciem Iob. Dominus quoq; conuersus est ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis, & addidit dominus omnia,
1. Regū. 21. quæcūq; fuerunt Iob duplicia. Samuel orat pro populo suo: Absit (inquit) à me hoc peccatū à domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. Sed vt ad tabernaculum fœderis & intro ad arcam domini quoq; redeamus, quando thema nostrarum contionum toties repetitum est, vt sacerdotes stirpis Leuiticæ portent arcam domini. Restat ergo vt videamus, quid & quantum hac parte profuerint, etiam iussu domini sacerdotum orationes. Et
Leuit. 1. in professo est per Leuiticum hoc commune haberi & esse, per sacerdotem offerri sacrificium,
Leuiti. 2 holocaustum, & oblationes alias, & orare iuxta cornu altaris ad placādum dominum. Hinc super altare memoriale fit cum oratione in odorem suauissimū domino. Leuitici. 2. Et nullum fere peccatum erat, super quo non rogaret sacerdos. Sic per imperitiam peccante populo, ac oblato vitulo rogabat sacerdos, & propitius erat ei dominus. Quod si princeps peccauit, iterum sa-
Leuit. 4 cerdos pro peccato rogabat, & dimittebantur. Et si anima per ignorantiam peccauit, simili modo rogabat sacerdos. Pro anima quoq; quæ iurauerat, & protulerat labijs suis, vt vel male quid faceret, vel bene, & nō fecerit, & idipsum vel iuramēto vel sermone firmauerit, oblitaq; postea intellexerit delictum suum, egit pœnitentiam pro peccato, orabat pro ea sacerdos, & pro peccatis eius. Quod si qua anima præuaricata fuerat cerimonias, per errorem q; peccauerat, rogabat pro ea sacerdos. Quod si nesciens & per errorem deliquerat domino, iterum orat sacerdos.
Leuit. 12. Leuitici. 5. Sic pro puerpera sacerdos orat. Sic pro leproso orat, Leuitici. 14. Sic pro patiente
Leuit. 15 fluxum sanguinis. Sic non modo pro se & domo sua rogat sacerdos, quod Leuitici. 16. plus semel scriptum est, imo pro se, domo sua, atq; adeo tota multitudine rogare tenebatur in conspectu domini. Sic enim Leuitici. 10. scriptum est: Iratus Moyses contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, qui sancta sanctorum est, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis & rogetis pro ea in conspectu domini, præsertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi? Respōdit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram domino, mihi autem accidit quod vides. Quomodo potui comedere eam, aut placere domino mente lugubri? Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem. Quid q; non modo per Moysen scriptum est, quomodo sacerdos quotānis intra sancta sanctorum, quæ Hebraice Kadosch Kadoschim dicta sunt, & ad arcam veniens orauerit pro

A uerit pro populo,ſed & illud idem Paulus commemorauit Hebræis: Hæc aũt oñia idcirco recenſere voluimus,vt plenius intelligere poſſetis,quantum profuerit oratio ſacerdotum pro alijs in teſtamento veteri. Sed quod nonnulli interceſſionẽ Chriſtifideliũ,quæ & iuxta catholicoꝝ ritum fieri conſueuit:reijcere videntur,admiranda ac abhorrenda res eſt.Nã præcepto & exẽplo Chriſti etiam pro alijs rogare debemus & obſtringimur.Sic enim Matthæi.5. ſcriptum legitur:Orate pro perſequentibus,& calumniantibus vos.Quid quod Chriſtus ipſe pro crucifigentibus ſe orabat: Et vnius Chriſtifidelis pro altero interceſſionem comprobare ac corroborare videtur precatio dominica,quæ non tam pro orante q̃ quibuſuis alijs ſalutifera exiſtit. Siquidẽ orans,dicit nõ pater mi,ſed pater noſter,rurſus non dicit panem meum quotidianum da mihi hodie,ſed panem noſtrum pluratiue da nobis hodie. Non item dimitte mihi, ſed dimitte nobis.Non debita mea,ſed noſtra potius.Ita & in alijs ſequentibus punctis animaduertere licet.Quibus præceptis & doctrina manifeſtum fit nobis ſic orandum, vt non minus pro cæteris oñibus,q̃ priuatis noſtris perſonis oremus.Quandoquidẽ vero,aduerſarij fundamenta ſua videntur ex Paulo recipere. Agedum videamus num & Paulus alicubi doceat nos orare poſſe & debere pro alijs.Eſt itaq; in profeſſo hoc fere in omnibus Pauli epiſtolis inuenire,vt à principio vniuſcuiuſq; epiſtolæ fateatur ingenue,ſeſe in orationibus fratrum eſſe memorem.In medio vero ſingularum epiſtolarum fratres,vt pro ſe inuicem orent,hortatur.In fine vero rogat, vt & ipſi orent.Sic ad Romanos,Theſſalonicenſes,Coloſſenſes,Philippenſesq; ſcribit, ſeſe eorundem fratrum continuam & ſine intermiſſione in orationibus habere memoriã. Et ad eoſdẽ ſcribit,vt orationibus inſtent,vt eum in orationibus adiuuent.Ad Roma.15. vt orẽt,quo ſermo dei currat.2.Theſſ.3.Id quod non ſcire ac meminiſſe non poſſunt,qui Paulinæ lectioni aliquãdo ſtuduerunt. Dandus itaq; & habendus erit de mediatore & aduocato talis intellectus,vt etiã
B alij pro nobis interpellare poſſe recte videantur,quod ſi viui hic interpellamus pro nobis inuicem,quid prohibet quod nõ itidẽ de ſanctis in cœlo doceamus.Sic primo loco de angelis ſcriptura docet.Nam propheta Zacharias ſic ſcribit dixiſſe angelum: Domine exercituũ,vſq;quo tu non miſereberis Hieruſalem,& vrbium Iuda,quibus iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt.Et reſpondit dominus angelo,qui loquebatur in me bona verba conſolatoria. In Iob autẽ ſic habetur,Iob.33.Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus,vt annũtient hominis æqtatem,miſerebitur eius & dicet:Libera eum vt non deſcendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier,conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs,reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ,deprecabitur deum,& placabilis ei erit,& videbit faciẽ eius in iubilo,& reddet homini iuſtitiam ſuam. Quod ſi hoc datum eſt angelis,nimirũ ſi de ſancta genitrice dei,catholica prædicet eccleſia, de qua ex Eccleſiaſtico libro,ſic in hodierno cãtatur officio:In oñibus requiẽ quæſiui,& in hæreditate dñi morabor,tũc præcepit & dixit mihi creator omniũ,& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo,& dixit mihi:In Iacob inhabita,& in Iſrael hæreditare,& in electis meis mitte radices,& ſic in Sion firmata ſum,& in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui,& in Hieruſalem poteſtas mea,& radicaui in populo honorificato,& in partes dei mei hæreditas illius,& in plenitudine ſanctoꝝ detentio mea. Quaſi Cedrus exaltata ſum in Lybano,& quaſi cypreſſus in mõte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades,& quaſi plantatio roſæ in Hiericho. Quaſi oliua ſpecioſa in cãpis,& quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquã in plateis, ſicut Cynamomũ &
C Balſamũ aromatizans odorẽ dedi,quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Sed quid opus eſt multis? non ſolum diui & magni Gregorij apud Latinos Lætania nongentoꝝ ac plurium annoꝝ clamat:Sancta Maria ora pro nobis, ſed & Græcoꝝ authoritas, atq; religio de ſancto tũ inuocatione ac interceſſione,nullatenus dubitauit. Et Lutheranoꝝ potior pars diuoꝝ interceſſionẽ admittit,quanquã pro ſua temeritate inuocationẽ neget. Securiſſima itaq; via eſt,propter redemptionem Chriſtum facere mediatorem,& nihilominus ad eundem, quemadmodũ & ad patrem,inceſſanti voce clamare:Chriſte Ieſu fili dei viui,miſerere nobis.Ad virginẽ vero,quæ ante & poſt paruum,atq; etiam in partu virgo fuit atq; permanſit, ad angelos quoq; apoſtolos,martyres,confeſſores,virgines & viduas:Orate pro nobis.Et fiet vt aliquando nos angeli dei portaturi ſint in ſinum Abrahæ.Sancti vero noſtri amici in æterna tabernacula recepturi,illic nos eſſe,bonum imo optimum erit nobis,Amen.

Ecci.24

SERMO XLVIII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri,&c. vt ſupra

ARGVMENTVM.

De cerimonijs iuxta Euchariſtiam.



Bunde satis,ni fallor,prioribus aliquot sermonibus explicatum fuit, D
vt sacerdos in anno semel ingressurus ad sancta sanctorum, Græce
dicta ἅγια ἁγίων,variis vsus fuerit indumentis, diuersisq; cerimoniis,
& vt vestimenta sacerdotis diuina peragentis,memorialia sint passio
nis dominicæ.Sed quum in hoc inciderimus seculũ,quo (prohdolor)
non pauci sunt, qui cum Nabuchodonosor ac Antiocho non verẽ-
tur spoliare non modo tabernaculum exterius, & quicquid est intra
sancta sanctorum,sed & totum templum domini euertere, depręda-
ri,ac æquare solo, murmurantq; cum Iuda Ischariote fure illo,q lo-
culos habuit,si quando sumptus pro honore dei fiant, arbitrantes in
Euangelio cunctas cecidisse cerimonias:Facta sunt,inquiunt,in excusationẽ scelerum & sacrile
giorum omnia noua,& transierunt vetera.Ob id Christum in cruce dixisse inquiunt. Consu-
matum est.Et iam verum hoc accidisse,quod Iosue primo ait dominus:Moyses defunctus est
Quibus ita respondendum esse putamus: Verum esse cerimonias legis Mosaicæ abolitas esse.
Non enim amplius locum habẽt,quod Genesis.17.legitur:Masculus cuius præputij caro præ-
cisa non fuerit,delebitur de populo suo,quia pactum meũ irritum fecit.Siquidem ad Galath.5.
docet apostolus:Si circũcidamini,Christus vobis nihil proderit.Et Actorum.15.Communi a-
postolorum & seniorum decreto constitutum est,nõ oportere posthac circũcisionem seruare.
Galat.2 Sublata est itaq; illa acutissima petra,cum qua Sephora vxor Moysi,circumcidit præputium fi
lij sui.Exo.4.Nec sunt amplius cultri illi lapidei,de quibus Iosue.5. Fac tibi cultros lapideos,&
circumcide secundo filios Israel.Hæc est illa circumcisio,quam toties Paulus disputauit aposto E
lus.Et potissimum ad Colossenses tertio quæ iam nihil est.Hæc erat nõ quidem ex Moyse,sed
ex partibus.Exodi septimo:Cecidere itaq; omnes circumcisionis cerimoniæ,& locum habet,
quod.1.Corinth.7.scripsit apostolus:In præputio aliquis vocatus est non circumcidatur.Ces-
sant insuper expiationum,lustrationum ac asperfionum sanguinis cerimoniæ, quarum aliquot
millia Mosaici libri tradiderunt.Et nec ter in anno itur in Hierusalem. Nam lex per Moysen
data est,veritas per Iesum Christum,lex & prophetæ dũtaxat ad Iohannem stabãt. Matth.11.
& Lucæ.16.Prædictum enim fuerat Esaiæ.2.& Micheæ.4.Quod de Sion esset exitura lex &
verbum domini de Hierusalem.Et his loquitur lex,qui in lege sunt,ad Romanos tertio:Neque
Exodi. 21. nunc locum habet,quod dictum est antiquis:Oculum pro oculo, dentem pro dente. Sed si qs
Deute,19 percusserit te in dexteram maxillam tuam,præbe illi & alteram,& ei qui vult tecum in iudicio
contendere,& tunicam tuam tollere,dimitte illi & pallium.Et quicumque angariauerit te mille
passus,vade cum illo & alia duo. Sola itaq; inter præcepta legis remanent hæc decem verba,
quæ scripsit dominus deus digito suo.De quibus Exodi.31.& Deuter.9.Hæc quidem oñia vi-
dentur figurata esse,quod Exodi.32.perfractæ sunt tabulæ,& posthac restitutæ, quæ tabulæ e-
tiam in arca continebantur.3.Regum.8.&.2.Paralipomenon.1.ad Hebræos.9. Sed interea nõ
ceciderunt cerimoniæ Euangelij,quibus vsus est Christus,vsiq; fuerunt Apostoli,quorum ex-
emplo docemur,vt quemadmodum ipsi fecerunt,ita & nos faciamus id quod manifeste nobis
hodierni Euangelium diei probat.Est etenim res magni mysterij, quod Marcus capite septi-
mo scribit,de surdo ac muto,vt saluator noster eum hominem seorsim apprehenderit de tur- F
ba,quod sanctos digitos suos miserit in auriculas eius,& expuens,sancta saliua tetigerit linguã
Psal.105 eius,suspiciens in cœlum ingemuerit,ac Hebraice dixerit: Effeta, quod est adaperire,potuisset
ille quidem solo & vnico verbo sanare surdum & mutum.De eo enim prophetatũ fuerat: Mi-
sit verbum suum,& sanauit eos,id quod re ipsa probauit ac ostendit. Nam Centurionis puer
paralyticus,quàmprimum ad Centurionem dixit dominus:Vade & sicut credidisti fiat tibi, sa
natus est ex illa hora, Matth.8. Leproso vnum verbum ait:Mundare,& confestim mundata
est lepra eius.Imperat ventis & mari,& facta est tranquillitas.Dæmonibus ait:Ite,& abeunt in
porcos.Matth.8.Paralytico dicit:Surge & tolle lectum tuum & vade in domum tuam, & sur
rexit,& abijt in domum suam Matth.9.Puellę mortuæ ait:Puella surge,& surrexit puella. Mu
lieri sanguinis fluxum patienti ait:Sis sana,fides tua saluam te fecit,& salua facta est mulier ex
illa hora.Chananeæ ait:Fiat tibi sicut vis,& sanata est filia eius ex illa hora. Lazaro iam qua-
Iohan.11 triduano fœtenti ait:Lazare veni foras,& statim prodijt,qui fuerat mortuus ligatus manus &
Iohan.9. pedes institis,& facies illius sudario erat ligata.In plerisq; autem alijs miraculis diuersis & varijs
est vsus cerimonijs,quemadmodum Iohannis nono legitur,iuxta miraculum cæci nati: quod
expuerit saluator noster in terram,feceritq; lutum ex sputo & liniuerit lutum super oculos cæ-
Iohan.8. ci,eidemq; præceperit,vt iret,ac sese lauaret in natatoria Siloe. Sic & de muliere adultera, ante-
quàm illam absolueret,sese bis inclinauit & scripsit in terrã.Hisce & similibus cerimonijs,vn-
diq; refertum est Euangelium.Vnde non absq; ratione, nec sine sancto exemplo Christi,re-
cepit ecclesia proprijs& varijs vti cerimonijs.Primo enim suis cerimonijs vtitur in sacramẽ-
Iohan.3. tis.Nam cum disceret ex Euangelio ecclesia,docuisse Christum eum qui velit intrare regnum

dei,

A dei,oportere renaſci ex ſpiritu ſancto & aqua. Et quod Petrus princeps apoſtolorum reſpon
derit Actorum ſecundo: Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. Et Actorum. 8. iuxta quandam aquã
Philippus baptizauit eunuchum, Aethiopem potentem, Candacis reginę Aethiopum. Et Pau- 1. Cor. 1.
lus in aqua baptizauit domum Stephanę. Et ipſe Iohannes Baptiſta à baptiſmo cognomẽ ac-
cepit, qui in Iordane, non modo Iudæos, ſed & ipſum Chriſtum baptizauit. Propterea & ec- 1. Timo. 3
cleſia, quæ eſt domus dei, & columna veritatis, cerimonijs externis circa ſacramentum baptiſ-
matis, quod olim ſalutis ianuam vocauere punici, vtitur. Et ab hodierna hiſtoria ſurdi & muti
cœpit eccleſia, vt catechumeni ſaliua linirentur in auribus ac locis alijs, dicereturq; Hebraice il- Marci. 7.
lis, Effeta. Circa Euchariſtiæ vero ſacramentum, quũ videret eccleſia, quæ facta fuerunt in cœ-
na nouiſſima, ſimilibus vtitur cerimonijs. Siquidem panem præparat azymum. Nam quũ hoc
inſtitueretur ſacramentum, dies azymorum erant, & ſacerdotali benedictione benedicitur pa-
nis, benedicitur & calix, & fit communicatio ac participatio corporis & ſanguinis, iuxta verbũ
apoſtoli, perficiturq; ſacramentum. Et quum hoc fit mortis dominicæ memoriale, vnde ceri-
moniæ: quæ ſignis externis poſſunt ad cultum dei, & maxime ad recordationem paſſionis do-
minicæ mouere pias mentes, etiam additæ ſunt. De quibus tandem oñibus, etſi ſingillatim ſcri
ptura non ſit, nec habeatur, ſufficit tamen per totum Chriſtianorum orbem ſemper obſerua-
tus vſus eccleſiæ. Paulus enim de hac re Corinthijs ſcribens, adiecit in fine: Cætera cum vene- 1. Cor. 11.
ro, diſponam vobis. Ex quibus quidem verbis facile datur agnoſcere circa Euchariſtiam nõ vo
luiſſe Paulum cuncta perſcribere, quæ in ritu ac cerimonijs iuxta Euchariſtiam viſa fuere ne-
ceſſaria, ſed quædam obſeruanda inſtituiſſe communi ritu. Et hoc eſt quod Theſſalonicenſibus
B hiſce verbis præcepit: State & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue p epi- 2. Theſſ. 2
ſtolam noſtram. Ecce hic etiam ſeruari præcepit æquo paſſu ea dogmata, quæ vel in ſcriptis
per epiſtolam, vel in prædicatione per ſermonem tradita fuerant. Capharnaitarũ itaq; & Phi-
liſtæorum ac Ozitarum, Euchariſtiam ac eccleſiam dei perſequentium, temeritas intolerabilis
eſt, omnes cerimonias ab officijs amouere diuinis. Docet equidem ſcriptura ſancta precatio-
nes ad deum ſuas habuiſſe cerimonias. Sic. 4. Regum. 1. Quinquagenarius orans, genua flectit.
Sic Salomon genua flectit, & manus tendit ad cœlum. Sic Eſdras ſcriba ille ſanctus genua fle- 2. Para. 6
ctit. 1. Eſdræ. 9. Sic genu flexus homo pater pro filio lunatico orat Matth. 17. Sic Stephanus po
ſitis genubus orat. Sic Petrus Dorcadem ſuſcitaturus genu flexus orat. Actorũ. 9. Sic Paulus ge
nua flectit ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ad Epheſios tertio: Et ipſe Chriſtus non ſolũ Lucæ. 22
genua flectit orans in monte, ſed cecidit in faciem ſuam. Et quum Paulus ſit auſus prædicare, Philip. 2
vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, quid obſtaret, q-
minus idem facerent Chriſtiani, quod Chriſtum, Petrum, Paulum, ac alios viderint feciſſe apo
ſtolos? Sic etiam Paulus poſitis genubus orauit, cum oñibus eũ ad nauim deducẽtibus, Acto-
rum. 20. Propterea vos cunctos hortor & rogo, remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſ-
ſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, ad Hebræos duodecimo: Claudi-
cat vtroq; pede, qui diuerſis ac varijs implicatur erroribus. Sunt & inuenti, qui in orationibus
non modo ſuper genua, ſed facies etiam ceciderunt. Sic Abraham, vbi ſecum loquentem audi- Gene. 17.
uit dominum, cecidit in faciem ſuã. Sic Iſraelitæ videntes gloriam dei, ceciderunt in facies ſuas. Nume. 14
C Sic vterq; Tobias cecidit in faciem, Et tres in monte Thabor diſcipuli ceciderunt in faciẽ, quũ Tobiæ. 12.
coram eis ſeſe tranſfiguraret dominus. Et ipſe Chriſtus procidit in faciem ſuam orans, Matth. Matth. 17.
16. Quid ꝙ in oratione leuantur quoq; manus? vnde Dauid: Eleuatio manuum mearum ſacri-
ficium veſpertinum. Et Paulus iubet in omni loco leuari puras manus, proin catholica & ad-
modum digna res eſt, vt quum videritis arcam fœderis, hoc eſt Euchariſtiam portari, genua
flectatis, ac adoretis eum, quem adorant omnes angeli dei, faciatisq; perinde, vt in templo pu-
blicanus ille peccator, tundentes pectora veſtra, & vnuſquiſq; dicat: Deus propitius eſto mihi
peccatori. Ac cum Samaritano redeatis ad dominum, agentes illi gratias, quod ſeſe vobis man
na ſupercœleſte dederit, & non vt olim Iſraelitæ nauſeatis quaſi ſuper leuiſſimo ci
bo. Quãdoquidem panis figuratus in manna, quod erat in arca, is ac ta
lis eſt panis, cui proprium eſt, vt vocetur panis vitæ, quem q
mãducat, nõ morietſ, ſed viuet in ęternũ, Amen.

SERMO XLIX.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri, &c̃, vt ſupra. ſerm̃. 1.

ARGVMENTVM.

De duplici adoratione, latriæ & duliæ.



Numer. 10. Exodi. 34

IN hodierno Euangelio satis copiose intellexit dilectio vestra, cerimonias ecclesię in missa nec frustra, nec sine Euangelio esse, ad hoc etiam & institutas & obseruatas, vt genua nostra flectentes, adoremus dominum. Et quia dum tabernaculum domini moueretur, arcamq; fœderis portarent sacerdotes stirpis Leuiticæ, primo dicebat Moyses ad eleuationem arcæ: Surge domine & dissipentur inimici tui & fugient, qui oderũt te à facie tua. Quum autem deponeretur, aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel, tanta fuit maiestatis diuinæ cum Moyse loquẽtis veneratio, vt quũ descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas testimonij, & ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis domini. Videntes autem Aaron & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propius accedere, vocatiq; ab eo reuersi sunt tam Aaron q̃ reliqui principes synagogæ. Et postq̃ loquutus est ad eos, venerunt ad eum etiã oẽs filij Israel, quibus præcepit cuncta quę audierat à domino in monte Sinai, impletisq; sermonibus posuit velamen super faciem suam. Qui ingressus ad dominum, & loquens cum eo auferebat, donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quę fuerant illi imperata, qui videbãt faciem Moysi egredientis. Sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos. Hic autem caue, quisquis es pius auditor, ne in errorẽ labaris, arbitrans cornutã fuisse Moysi faciem, nã ex Hebraico cõtextu, facies nõ fuit quasi cornibus bouinis cornuta, sed radiãs. Et hoc verba textus indicant. Ignorabat enim Moyses, q̃ cutis faciei suæ esset radians. Ex hoc potest emẽdari praua vulgi cõsuetudo, q̃ duobus cornubus pingunt Moysen. Non eñ cornua è fronte egrediebãtur, sed & frons, & nasus, & mentum radiabãt. Et miꝝ quod Hieronymus nõ considerata veritate Hebraica animaduerterit, quod etiã Septuaginta transtulerunt, qui bene hunc locum verterunt, γνῶναι ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Et Moyses ignorabat, quod glorificatus eẽt cutis aspectus faciei suæ. Cæterum sic vltra legitur Exodi. 33. Moyses tollens tabernaculum tetendit extra castra procul, vocauitq; nomen eius, Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam quæstionẽ, egrediebatur ad tabernaculũ fœderis extra castra. Cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisq; in ostio papilionis sui. Respiciebantq; tergum Moysi, donec ingrederet tẽtorium. Ingresso aũt illo tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostiũ. Loquebaturq; dominus cum Moyse, cernẽtibus vniuersis quod columna nubis staret ad ostiũ tabernaculi, stabantq; & adorabãt per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cum ille reuerteretur in castra, arcaq; illa mota, populus adorabat dominum, id quod post figuram & vmbrã, ad Eucharistiæ sacramentum cuncti facere consueuerũt catholici. Et quia adorationis materia plus semel in sacris scripturis legitur. Idcirco in reliqua præsentis sermonis parte, materiã adorationis tractare placuit. Prohibuit, Exodi. 20. dñs vniuersa sculptilia, oẽmq; similitudinẽ, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, ac eorum quæ sunt in aquis & in terra, adijciens, nõ adorabis ea neq; coles. Ego enim sum dñs deus tuus, fortis, zelotes. Imo hoc ipsum præceptum tam fortiter strinxit, vt Deute. 17. sic legatur: Quũ reperti fuerint apud te, intra vnã portarum tuarũ, quas dominus deus tuus dabit tibi, vir aut mulier, qui faciunt malũ in cõspectu domini dei tui, & transgrediantur pactum illius, vt vadant & seruiant dijs alienis, & adorent solẽ & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepit. Et hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensq; inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israel, educes virum ac mulierem, qui rem sceleratissimã perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. Hoc præceptum transgressi fuerunt multi reges in Israel. Inter quos etiam Salomon vnus numeratur, qui coluit Astharten deam Sydoniorũ, & Chamos deum Moabitarũ, & Moloch idolum Ammonitarũ. Hoc etiam peccato grandi peccauere Romani, qui commutauere gloriã incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & pecudũ, quadrupedum & serpentium. Coluerunt itaq; & seruierunt creaturæ potius q̃ creatori, & in tantã vsq; euecti fuerunt dementiam, vt etiam cœperint adorare talpas & vespertiliones. Proin si recte scripturas intueamur, adoratione latriæ solum deum adorare possumus, creatorem & seruatorem nostrum, qualis vtiq; est solus deus, cui soli summus debetur honor, qui potest vel exprimi, vel excogitari. Huic enim nos omnes creaturæ in cœlo & terra summæ obligationis vinculo astringimur, quum solus ipse bonitate sua, omniq; beneficentia ad creaturas sit eminentissimus, à quo & in quo omnis est nostra sufficientia, mediate & immediate, à quo quicquid sumus & habemus, recipimus, qui summe est adorandus. Quia summus etiam summe bonus ipse est. Hinc lex domini dei nostri mandauit: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Quod dominus repetens, illud idem obiecit tentatori diabolo, se quum creatura eẽt, adorari cupienti, Vade satana, ait Iesus: Scriptum est enim, dominũ deũ tuum adorabis, & illi soli seruies.

3. Regũ. 11. Roma. 11

Deute. 6 Matth. 4

Quãdo-

A Quandoquidem autem deus ſummus eſt, ideo ſumme venerandus eſt. Errauerunt itaq; Iſraelitæ vitulum adorãtes aureum. Errauerũt (inquàm) qui ſeruierũt ſculptilibus Chanaan, qui immo lauerũt filios ac filias dæmoniis, & non deo, dñs quos ignorabãt. Errauerũt adorãtes vitulum in Dan, ſacrificãtes etiã deo Moloch in ſuã perniciẽ, & grauem interitum ſeducti ſunt. Et tãta eſt veneratio vnius dei, vt etiã ad hoc locus electus ſit ſemper aliquis peculiaris. Vnde in Silo adorabãt, & in monte Gaſerezim adoraſſe leguntur, de qua adoratione dñs ad mulierem iuxta fontem Iacob. Iohã. 4. Et hoc eſt, quod toties Pſalmiſta ad adorãdũ nos inuitat. Pſalmo eñ viceſimooctauo: Adorate dñm in atrio ſancto eius. Pſal. 95. Adorate eum oẽs angeli eius. Pſal. 131. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Et Eſa. 60. Adorabunt veſtigia pedum tuorum. Et hęc eſt adoratio, quã Theologi non fruſtra Latriã eſſe dicent. Quo verbo vſi fuerũt etiam Septuaginta, & qui Græcum ſcripſerunt Euãgelium. Et hac adoratione venerati ſunt tres reges Magi puerum in Bethlehemitico diuerſorio vagientem iuxta præſepe, procidentes enim obtulerunt munera dño, aurum, thus, & myrrhã. Et hac adoratione Chriſti præſentiã ſub ſpecie panis, id quod abſconditum eſt inuiſibili modo, veneramur & colimus, cum ſchola catholicorum affirmãtes, accidentia in ſacramento altaris eſſe ſine ſubiecto, nihil è ſchola Peripatheticorum diſputãtes, quod ad vnum impoſſibile ſequatur quodlibet, ſed interim nihil hæſitantes in Academia Chriſti, quod eſt impoſſibile apud homines, valde poſſibile eſt apud deum. Nam fortitudo dei, Gabriel, hoc primus nuntiauit, non eſſe impoſſibile apud omne verbum. Eſt & aliud adorationis genus in ſcriptura ſancta, quod ſeruile tamen eſt, id quod Theologi σουλεύειν vocãt. Sic Geneſis. 37. Ioſeph narrat ſomnũ quod vidit dicens: Putabã nos ligare manipulos in
B agro, & quaſi conſurgere manipulũ meũ & ſtare, veſtros q; manipulos circumſtãtes adorare manipulum meũ. Reſponderũt frẽs eius: Nunquid rex noſter eris, aut ſubijcimur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomnio x atq; ſermonũ inuidiæ, & odij fomitem ſubminiſtrauit. Aliud quoq; vidit ſomniũ, quod narrãs fratribus, ait: Vidi per ſomniũ, quaſi ſolem & lunã, & ſtellas vndecim adorare me. Quod cum patri ſuo, & fratribus retuliſſet, increpauit eũ pater ſuus, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomniũ? Num ego & mater tua & frẽs tui adorabimus te ſuper terrã? Id quod poſthac Geñ. 42. factũ eſſe legit, de quo nimis prolixũ ſit futurũ, plenã narrare hiſtoriã, dum frẽs Ioſeph pro frumẽto in Aegyptũ venirẽt, ipm Ioſeph adorauerũt. i. incuruati ante Ioſeph. precati ſunt. Sic Geñ. 33. Iacob, Lya & Rachel cũ ante Eſau ſeſe incuruaſſent, ſcriptura dicit: Et ipſe progrediẽs adorauit pronus in terrã ſepties, donec appropinquaret frater eius. Cõe eſt itaq; in ſcripturis, vt patrociniũ quærentes, adorare dicãtur. Sola aũt & vera & principalis forte adoratio ſpectat ad deũ. Vnde qñ Cornelius voluit adorare, Petrus eleuauit eũ, dicẽs: Surge & ego ipſe homo ſum. In Apocalypſi vero Iohãnes quãdo voluit adorare angelũ, cecidit q; ad pedes eius, vide ne feceris, cõſeruus tuus ſum, & fratrũ tuorũ habentiũ teſtimoniũ, deũ adora. Et ſequit in fine eiuſdẽ libri: Ego Iohãnes, q audiui & vidi hęc, & poſtq audiſſem & vidiſſem, cecidi vt adorarẽ ante pedes angeli, q mihi hęc oſtẽdebat, & dixit mihi: Vide ne feceris, cõſeruus eñ tuus ſum, & fratrũ tuorũ prophetarũ, & eorũ q ſeruãt verba prophetię libri huius, deũ adora. Religioſiſſime itaq; cõuenit in hoc Euchariſtiæ ſacramẽto, cuius figurã geſtat mãna in arca fœderis, venerari Chrm dñm & Saluatorem noſtrũ, id quod in præſentem vſq; diem cũcti fecere catholici, ob id
C quãdo videritis arcã fœderis domini dei veſtri, & ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ portãtes eã. Debita veneratione conſurgite, & ſequimini eam.

Exodi. 32
Pſalm. 105
Ioſue. 18
Deuter. 27
Actor. 10
Apocal. 19

SERMO L.

Quum videritis arcã fœderis domini dei veſtri &c. vt ſupra, Ioſue. III.

ARGVMENTVM.

De virga Aaronis in arca.



Oſteaquàm chariſſimi fratres, multa ac varia, quę circa tabernaculum teſtimonij ac arcam fœderis acta ſunt, hodierna die nobis occurrit, quod Numeri decimoſeptimo legit, Moyſen accepiſſe virgas duodecim, duodecim tribuum Iſrael, & virgam Aaron (iuxta veritatem Hebraicam) poſuit in medio earum. Has quum poſuiſſet Moyſes coram domino in tabernaculo teſtimonij, ſequenti die regreſſus, inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amigdalas formati ſunt. Hæc virga in tabernaculo teſtimonij ſeruata fuit. Quinimo in arca fœderis, iuxta id, quod teſtatur Paulus ad Hebræos. 9. Et figurabat, hæc virga

Aaron ſuperbenedictam virginem Mariam, cuius natiuitatem hodie non ſine lætitia per totũ D
terrarꝫ orbem celebrat eccleſia. Nam inter oẽs mulieres ſola fuit inuenta, quę mereretur audi-
Lucę.1. re Gabrielem archãgelum à deo miſſum, ſibiq; dicentem: Aue gratia plena dñs tecum. Et vi-
de vt feliciſſime germinarit, floruerit, ac fructũ dederit hęc virga, quę ſpũ ſancto ſuperuenien-
te, & virtute altiſſimi obumbrãte, concepit & peperit filiũ Emanuelem. Demus Sarã mulierem
fuiſſe ſanctã, Heſter fuiſſe reginam glorioſam, Iudith fuiſſe religioſam, Annã matrem Samuelis
deuotiſſimã, nulla tamen ex his hoc meruit, vt ex illa naſceretur Ieſus Chriſtus filius Dauid, fili-
us Abrahã. Hæc eſt illa ſtella matutina, quę habitantibus in denſiſſimis Aegyptiorum tenebris,
hodie exorta eſt. Hæc eſt illa roſa in Hiericho, quę hodie prodit, & ſi arida appareat, hęc eſt flos
Cant.2 campi, qui ſemper ſolem ſequitur, lilium q; conualliũ odoris optimi. Hæc eſt illa virga Aaron,
quæ aduerſus communem naturę curſum germinat, floret, frondet, ac dulciſſimũ fructum amy
gdalarum profert. Qualis autem & quãta ſit illius natiuitas, hodiernum teſtatur Euãgelium, in
quo hoc aduertere oportet Euãgeliſtam hoc voluiſſe, vt traderet dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum, à quatuordecim patriarchis, à quatuordecim regibus, ac à quatuordecim ſacerdo
Gene.4 tibus natum eſſe. Nam ſi computaueris ab Abrahã vſq; ad regem Dauid, inuenies generatio-
nes quatuordecim. Quod ſi computaueris à Dauide vſq; ad trãſmigrationẽ Babylonis, ſimili-
ter generationes quatuordecim inuenies, ſed & hoc mirabile eſt. Si ab Enoch primo homine,
qui cœpit inuocare nomen domini exordiaris, & recenſueris vſq; ad Abrahã, ſimili modo qua-
tuordecim generationes inuenies. Sic eñ numerabis Enoch, Mathuſalem, Lamech, Noe, Sem
Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Ren, Salug. Nachor, Tharo, Abrahã. Id quod etiã Lucas Euã-
geliſta partim numerauit. Lucę tertio. *Reliquas vero, ſi vel Mariã ſpeciali priuiligio, vel Ieſum* E
Chriſtum computaueris, iterum quatuordecim generationes inuenies. Verum enimuero hic
hæretici Heluidiani obgãniunt, hoc Euãgelium ad Mariã nihil pertinere, quãdo hoc de gene-
Num.vlt. ratione Ioſeph Mariæ viro, ſonet. Sed hoc diligenter ponderare neceſſe eſt, quod ſic de filiabus
Salphaad ſcriptũ eſt, vt nubãt quibus volunt tãtum vt ſuę tribus hominibus, ne commiſceatur
poſſeſſio filiorum Iſrael de trihu in tribũ. Oẽs eñ viri ducent vxores de tribu & cognatiõe ſua.
Et cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familijs, nec
ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneãt, vt à domino ſeparatæ ſunt. Non poterat itaq; deſponſa-
ri Maria, iuxta Euãgelium alteri, niſi de ſua tribu, qualis erat Ioſeph. Sed non vt de illo naſcere-
tur Chriſtus. Non enim dicit Euãgelium, de quo natus eſt Chriſtus, ſed de Maria, de qua na-
tas ſit ille. Nam antequã conuenirent, inuenta eſt habens in vtero de ſpiritu ſancto. Et ob id Io
Matth.1 ſeph occulte volens dimittere illam, audit: Ne timeas accipere Mariã coniugem tuã, quod eñ
in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt, pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe eñ
ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorꝫ. Hoc autem totum factũ eſt, vt adimpleretur quod
dictum eſt à domino per prophetã dicẽtem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiũ, & vo-
cabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur, nobiſcum deus. Circa hanc generationem,
perinde vt circa admirabilem virgæ Aaron fructificationem forent nobis dicenda plurima, vt-
pote de ineffabili filij dei æterna generatione, de humana generatione, ſi computaueris à Chri-
ſto vſque ad Adam, quod Lucas fecit de diuina & humana generatione Chriſti, ex virgine
Maria, quæ & theotocos dici meruit. Sed vobis in conſolationem illud vnicum in memorias
veſtras reducere placuit, maximũ eſſe, quod in genealogia Chriſti, peccatores etiam extiterint. F
Concedamus age, quatuor mulieres in hac genealogia cõmemoratas. Thamar videlicet, Raab.
Gene.38 Ruth & Berſabee, propterea à peccatis excuſari poſſe, quod Thamar à Iuda decepta fuerit, q
fidem datã labefactarat. Et quod ipſe Iudas purgãs eam, ait: Iuſtior me eſt, quia non tradidi eã
Sela filio meo. Et Raab licet meretricis nomen ſortita ſit, iuxta latinam verſionem, tamen ipſa
Ioſue.6. timuit deum, & fidem eius commendat Apoſtolus, ad Hebrꝫos.11. Et in Hierichonte ſe fideliſ-
ſimam præbuit. Ruth vero ſic excuſabitur, quod mulier hæc Moabitis Noemi, & ſe ad pedes
Ruth.3 Booz humiliter in lecto poſuerit, multa religioſæ pietatis inſignia dedit. Et Berſabee vxor Vrię
2.Regũ.11. rapta fuerit à Dauid. Nihilominus in profeſſo eſt. Dauid ac alios aliquot reges è quibus natus
eſt Chriſtus peccatores extitiſſe maximos. Nam quis poterit negare, Dauidem peccatorem, q
Pſalmo.50. ſic orat: Miſerere mei deus ſecũdum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum
mulitudinem miſerationum tuarꝫ, dele iniquitatem meam. Et laua me ab iniquitate mea, & à
peccato meo munda me. Tibi ſoli peccaui, & malum corã feci &c. Et ipſe Dauid propter Vriã
2.Regũ.12 dixit ad Nathan prophetã, peccaui domino. Et. 2. Regum. 24. dixit Dauid ad dominum: Pec-
caui valde in hoc facto, ſed precor domine, vt tranſferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtulte egi ni
mis. Et iterum, quum vidiſſet angelum cedentem populum. Ego ſum qui peccaui, & ego inique
egi, iſti, qui oues ſunt, quid fecerunt? De hoc rege natus eſt Chriſtus. Sic enim promiſſum erat,
Hieremiæ viceſimotertio, ſic prophetatum erat: Ecce dies venient dicit dominus, & ſuſcitabo
Dauid germen iuſtũ, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudiciũ & iuſtitiã in terra, in diebus
illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen, quod vocabunt eum do-

minus

A minus iustus noster. Et adeo illis exploratum erat Messiam dicendum filium Dauid, vt quum eos percontaretur dñs. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Incunctãter dixerunt ei: Dauid. Quinetiã quum ipsum, ita eos monente spiritu dei, tanquã suum Messiã & suum regem exceperunt, dicebãt: Osianna fili Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Sed & eum filiũ Dauid innuit angelus, apud Lucã, sic alloquens virginem: Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Et regni eius non erit finis. Nec solum Dauidi facta est promissio, sed & alijs promissus est Christus. Quemadmodũ Iacob dicẽte scriptura: Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel & ludæ, vt in Genesi habetur: Catulus (inquit) leonis Iuda. Et subijcitur paulopost: Et quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de œmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiũ. Quæ de promissiõe Messiæ intelligi certũ est. Sed & de Phares filio Iudæ & Teldech libri Ruth Messiã promissum intelligunt Hebræi, item & de Iesse dicente Esaia: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Porro ꝗs hic nominauit Euãgelista, finiũtur in Dauid primã implentes Thessaradecadem. Quotquot itaq; peccatores & peccatrices in Euãgelio numerati sunt, consolationem præbent, de ineffabili misericordia dei. Et ipse manifeste dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Veni saluũ facere, quod perierat. Et non opus est medico ijs, qui bene habẽt. Venit filius hominis saluum facere, quod perierat. Venit quippe vt ouem reduceret errãtem. Et nos peccatores bene sperare docuit, qui in sua natiuitate, propterea Iesu nomen accepit. Venit em̃ vt saluum faceret populum suum à peccatis eorꝝ. Et propterea natus est ab ea virgine & matre, quæ ex Ioachim & Anna hodie nata est. Quemadmodũ diuus

B Hieronymus ferè ante mille annos sese in sacris historijs legisse testatus est]. Quod si in Iohannis Baptistæ natiuitate gaudebant multi, longe dignius est, vt hodie in natiuitate Mariæ, quæ nata est ex regali progenie, gaudeãt omnes. Gaudeamus itaque omnes in domino diem festum celebrantes in honore natiuitatis virginis Mariæ, de cuius solennitate gaudent angeli, & collaudant filium dei, Amen.

Lucę. 20.
Matth. 21
Lucę. 1
Nume. 24
Gene. 40
Esaiæ. 11
Matth. 9.
Matth. 1.

SERMO LI.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c̃. vt supra.

ARGVMENTVM.

De duabus Tabulis.

C 

Idiciſtis chariſſimi, in hodierno antemeridiano ſermone, virgã Aaron admirabilem, primo iuxta arcã in tabernaculo teſtimonij, & poſthac iuxta ſententiã Pauli in arcã fœderis poſitã eſſe. Ad hoc, quid hæc virga figurarit intellexiſtis. Et quia teſtatur idem Apoſtolus, in arca fœderis etiã extitiſſe tabulas teſtamenti, id quod etiam. 3. Regum. 8. &. 2. Paralippo. 5. legitur, vbi ſcriptum extat. In arca erãt duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat in eam Moyſes in Oreb, quãdo pepigit dominus fœdus cum filijs Iſrael, quum egrederetur de terra Aegypti. Sed quales & à quo, & quomodo datæ ac ſcriptæ fuerint, docet hiſtoria, quæ eſt Exod. 32. vbi in hæc verba ſcriptum habetur: Reuerſus eſt Moyſes de monte, portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua, ſcriptas ex vtraq; parte, & factas opere domini. Scriptura quoq; dei ſculpta erat in tabulis. De ijs Deuteron. 9. ſic Moyſes ait: Dedit mihi dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito dei, & continentes omnia verba, quæ loquutus eſt vobis in monte de medio ignis, quãdo contio populi congregata eſt. Fuerunt itaq; tabulæ illæ ſcriptæ digito dei, & ex vtraq; parte, quocũq; modo verterent, legi poterãt. Id quod præ cæteris ſcripturis, omnium linguarꝝ, & literarꝝ alphabeticarum mirabilius eſt. Et ſignificabant hæ tabulæ duæ duplicia mandata ſeruari debere. Mandatum quidem dilectionis dei, & mandatũ dilectionis proximi. Hæc duo mandata duarum tabularum, Moyſes de monte deſcendens geſtabat in duabus manibus, vt eſt in Deuteron. Itaq; altera tabula ſignificabat præcepta, quæ ad deum pertinent ſeruari debere. Altera monſtrabat, quæcunq; circa proximum eſſent, ſimili modo ſeruanda. Eaq; omnia in figura contigerunt, vt quiſquis ad arcam fœderis, in qua manna cœleſte ſeruatur intra ſancta ſanctorum, communionem ſcilicet Euchariſtiæ velit accedere, memor eſſe debeat, vt mandata, quæ ad deum, & quæ ad proximum, tam affirmatiua, quàm negatiua cuſtodiat. Nam ſicuti præcipitur, vnum colendum eſſe deum. Sabbatum ſanctificãdum. Honorandos parentes. Ita tabulæ prohibebant, ne quis nomen dei ſumat inuanũ. Ne quis concupiſcat aliena. Ne quis furtum faciat. Scripta fuere olim hæc mandata in tabulis lapideis.

Hebræo. 9
Exodi. 20.

Nam

Nam dabantur populo, qui plane lapideus erat, ac duræ ceruicis. Vnde Exodi. 32. ait dominus ad Moysen: Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit. Et Exodi. 33. Mittã præcursorem tuum angelum, vt eiçiat Chananæum, & Amorrhæum, & Ethæum, & Pherezæum, & Ephæum, & Gebusæum. Non eñ ascendã tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne forte disperdã te in via. Et Deuterono. 9. Scito (inquit Moyses) quod non propter iustitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terrã hanc optimã in possessionem, quum durissimæ ceruicis sis populus. Vide quæ ac quanta mirabilia huic populo fecerit per Moysen dominus, coram Pharaone rege Aegypti. Exo. 14 Vide potro quæ præstarit iuxta mare rubrum, iuxta petrã, ẽ qua tanq̃ flumina eduxit aquas Exod. 17 At interea nihilominus (vt est Psal. 77.) apposuerunt peccare ei in irã, concitauerunt excelsum in inaquoso. Et tẽtauerũt deũ in cordibus suis, vt peterent escas aĩabus suis, & male locuti sunt de deo, dicentes: Nunquid poterit deus parare mensam in deserto. Quoniã percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Ideo audiuit dñs & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel. Quia non crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandũ, & panem cœli dedit eis. Panẽ angelorũ manducauit homo, cibaria misit eis in abundãtia. Transtulit austrũ de cœlo, & induxit in virtute sua Aphricum. Et pluit super eos ficut puluerem carnes, & ficut arenã maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorũ eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorũ attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. Adhuc escæ eorũ erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos. Tales nostris temporibus Capharnaitæ multi sunt, qui etiã sciẽtes tempore diui Cęcilij, Cypriani martyris, & episcopi Carthaginensis, miraculose ipsam veritatẽ Christi, in sacramento plus semel apparuisse. Et quod sub diuo Gregorio digitus in hostia miraculose apparuerit. In multis deniq; locis diuersorum regnorum, & potissimũ Germaniæ, licet sacramentum visibili specie, ac miraculoso prodigio apparuerit, ac huiusce miraculi tot in præsentẽ diem vestigia sint, adhuc tamen indurata sunt corda illorũ. Imò non ita pridem accidit, q̃ quum Capharnaitæ aliqui, rubo (quod aiunt) arefacto præfractiores homines, è sacrario contemptũ ac omnino irreuerenter viaticũ amouissent, grãdinem de cœlo mire horrendã ac inauditã senserunt, ita vt etiã orbem ruiturum formidarint. Quãmuis quotidie aduersus eos similia portenta fiant plagarum, tamen adhuc indurati in sua Exodi. 7, 8 9, & 10. pertinacia, instar Pharaonis permanent, quem (inquàm) à sua duritia, nec virga versa in colubrũ nec aquæ sanguinolentæ, nec ranæ, nec cyniphes, nec musca grauissima, neq; mors pecudum, neq; vesicæ turgentes, nec fulgura, nec grando, nec ignis, locustæ vel tenebræ, & alia id genus, vel signa, vel portenta auertere potuerunt. Caue ergo, quisquis olim saluari cupis, hæresibus & erroribus aduersus ecclesiam catholicã irretiri, ne forte tibi vsu veniat, ac cõtingat lapideũ cor. In Euangelio nãq; non lapideum, sed carneum cor quęritur. Sic enim. 2. Corint. 3. docet Apostolus: Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur, ab omnibus hominibus manifestati, quoniam epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Conuertimini itaque ad dominum deum vestrum, & salui eritis, Amen.

SERMO LII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri &c. Iosue tertio.

ARGVMENTVM.

De murmurantibus aduersus Manna & Eucharistiam.



INtellexistis prioribus concionibus aliquot varia & diuersa, quæ circa arcã fœderis contigisse scriptura sacra declarat. Audite (quęso) nunc quid ingratis cõtigerit olim Iudæis, aduersus mãna cœleste murmurãtibus. Sic aũt legit Nume. 11. Ortũ esse murmur populi, cõtra dñm. Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat flagrauit desiderio carniũ, sedens & flens, iunctis sibi pariter filijs Israel, dicentes: Quis dabit nobis ad vescendũ carnes? Recordamur pisciũ, quos comedebamus in Aegypto gratis. In mentem nobis veniũt cucumeres & pepones, porriq; & cepe, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Numeri vero. 21. loquutus est ingratus populus contra dominum, ac Moysen, ac ait: Cur eduxisti nos de Atgypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo?

Propter

A Propter hanc ingratitudinem, vt est Nume. 11. Iratus dominus ignem de cœlo deiecit, qui deuorauit extremã castrorũ partem, & vocauit nomẽ loci illius, incensio, eo quòd succensus fuisset contra eos ignis dñi. Et sequitur: Adhuc carnes erãt in dentibus eorũ, nec defecerat huiuscemodi cibus. Et ecce furor domini concitatus in populũ, percussit eum plaga magna nimis, vocatusq; est ille locus. Sepulchra concupiscentiæ. Ibi eñ sepelierunt populũ, qui desideraverat carnes. Sed & alibi, vtpote Numeri. 21. Misit dñs in populũ ignitos serpentes, ad quorũ plagas & mortes plurimorũ, venerunt ad Moysen atq; dixerunt: Peccauimus, quia loquuti sumus contra dominũ & te. Vides hac parte, vt murmurantes aduersus manna, igni, terra, atq; serpentibus puniti fuerint. Et hodiernum Euangeliũ aduersus ingratos aptissime quadrat. Lucæ enim .17. Quum essent à lepra, grauissimo quidem morbo & exitiabili, cæterisq; magis contagioso, decem leprosi mundati, non nisi vnus, & is quidem Samaritanus reuersus est, gratitudinis officium præstans, occurrere decem, steterunt à longe decem, leuauerunt vocem decem, vnanimiter dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Non imponebatur illis vt septies sese in Iordane lauarent. Quemadmodũ Naaman ille Syrus princeps, ad vocem prophetæ Heliæ sese lauare 4. Regũ. 5
coactus est. Non exclusi fuerunt extra castra septem diebus, quemadmodũ Maria soror Moysi & Aaron, Numeri. 12. Non hanc probã sustinere coacti sunt, super cute, carne, pilis, vlceribus, candore, cicatrice, maculis, fronte, caluicie, quemadmodũ Leuitici. 13. scriptum est: Nihil item de duobus passeribus, ligno cedrino, hyssopo, & eiuscemodi multis rebus alijs, iiunctũ est illis, quemadmodũ scriptum est, Leuitici. 14. Sed dũtaxat audiunt Christum dicentem: Ite, ostendite vos sacerdotibus, & inter eundũ mundati sunt oñes. Vnus autem solũmodo ex eis Leui. 17
B reuersus, magna voce magnificauit deum, cadens insuper in faciem, & pedes eius, gratias egit. Quod vbi Christus vidit, ingratitudinem taxare, gratitudinem vero commendare volens, diuina consideratione interrogat. Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? id quod maiori venustate proprietatis ac gratia leporis græce sic legitur: Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν. Οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν, οἱ δὲ ἐννέα πῦ. Porro quod subsequitur in eodem Euãgelio ita habetur. Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena, & ait illi, qui gratias egit. Surge, vade, quia fides tua te saluũ fecit. Quũ itaq; figura de manna puniat ingratos, & Eucharistia à gratiarũ actione nomen acceperit, hodiernum quoq; euãgelium gratitudinem laudet, & taxet ingratos, propterea quãtum per tempus licuerit, nonnulla de gratitudinis virtute, ac ingratitudinis vitio ad vestrã ædificationem prædicare decreuimus. Sed hoc loci, post Ciceronẽ & Senecã disputare nolumus, num ingratitudini detur aliquis accusationis aut actionis locus. Quin hic potius in schola supercœlesti (in quã raptus doctor ille gentiũ electionis vas, doctissimus euasit) hic inquã quid sit esse gratũ & ingratũ, erga deũ Opt. Max. audiamus. Discendũ est hic simplici ac pusillo gregi, si præceptor sis, habeasq; discipulos multos, quod si maior illorum pars grata non fuerit, vt cogites etiã hoc euenisse Christo, qui duodecim dũtaxat discipulos habens, ab vno tñ ex illis, pro vilissimo triginta denariorũ pretio, vsq; in mortẽ traditus & venditus est. Quod si reipublicæ salutẽ quæfieris, atq; hæc ingrata fuerit, cogita quod in Euãgelio la- 2. Cor. 12.
mentatus est dñs, dicens: Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quem- Matth. 23
admodũ gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Et populo meus, quid feci tibi, aut in quo molestus fuit tibi? Docemur hoc in Euãgelio, ingratitudinem quãtum fieri potest, euitare,
C ac gratias vicissim agere deo, pro vniuersis & tã multiplicibus beneficijs. Sic docuit Paulus. 1. ad Thessalonicenses. 5. In oñibus grãs agite. Et. 2. ad Thessalonicẽses. 2. Nos debemus grãs agere deo. Et ad Ephesios. 5. Cantãtes & psallentes in cordibus vestris dño, grãs agentes semper pro oñibus in nomine dñi nostri Iesu Christi, deo & patri. Sic grãs egit dominus, Iohãnis. 11. dicens: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Et Marci. 8. Septem panes multiplicare volens, grãs egit. Imò & ante & post institutionem sacramenti grãs egit, vt est Mat. 26. Luc. 22. Et. 1. Cor. 11. Hymno deniq; dicto, egressus est trãs torrentẽ Cedron. Quo exẽplo docemur, vt Iohan. 8.
deo nihil retribuere possimus. Nã qs prior dedit ei & retribuet illi. Et ipse Psalmo. 49. ait: Meæ Roma. 9.
sunt oñes bestiæ syluæ, pecora in montibus & boues. Cognoui oñia volatilia cœli, & species agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Et alibi: Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersa quę super cœlos sunt, laudent Psalm. 23
nomen domini. Et hoc est, quod ait Apostolus: Ex ipso, in ipso, & per ipsum sunt oñia. Et qd habes, quod non accepisti? Ita verissimum est quod Actorum. 17. prædicauit Athenienſibus Romañ. 11.
Paulus, dicens: Hoc ego annuntio vobis: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic 1. Cor. 4.
cœli & terræ quum sit dominus: non in manufactis templis habitat, nec manibus colitur indigens aliquo, quum ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia, fecitq; ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere deum, si forte attrectent eum, aut inuitent, quàmuis non longe sit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum poetarũ dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Restat itaq; vt iuxta verbum Osee reddamus Osee. 14

damus domino vitulos labiorũ nostrorũ. Vituli autem orationes, laudes, gratiarumq; actiones in deum sunt. Sacrificium enim deo, est spiritus contritus & cor contribulatum. Laudandus est itaq; continuo deus. Vnde Psal. 112. Laudate pueri dominũ, Laudate nomen domini. Et Psalmo. 116. Laudate dominũ omnes gentes. Laudate eum omnes populi. Et Psal. 148. Laudate dominum de cœlis. Laudate eum in excelsis. Et Psal. 150. Omnis spiritus laudet dominũ. Sic cum magna gratiarum actione post transitũ maris rubri, Moyses laudauit dominum, dicens: Cantemus domino. Sic Anna laudauit dominũ, dicens: Exultauit cor meum in domino. Sic Delbora prophetissa, & Barach gratias egerunt domino, pro victoria contra Zizarã, ducem exercitus regis Chanaan. Et Ezechias rex propterea ægrotasse dicitur ad mortem, quod post inaudi tam victoriã, & Assyrij regis interitum non cecinerit laudes domino. De qua re Hieronymus super. 38. caput Esaiæ. In omnibus itaq; debemus gratias agere deo. Et quanto potentiores sumus, tanto maiores ac frequentiores gratiarũ actiones deo agere conuenit. Nam dominus est, qui pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat, suscitat de puluere egenum, & de stercore erigit pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines orbis terræ, & posuit super eos orbem. Laudandus est autem dominus, quoniã bonus, qui aperit cœlum nubibus, & parat terrę pluuiam. Qui producit in montibus fœnum & herbã seruituti hominũ. Qui dat iumentis escam ipsorũ, & pullis coruorum inuocantibus eum. Qui dat niuem sicut lanã, & nebulam sicut cinerem spargit. Et hoc est illud alleluia, id est, laudate deum, quo inscripti sunt aliqui psalmi. Alleluia enim nihil aliud sonat, quàm laudate deum. De quo Tobiæ. 13. Et Apocalypsis. 15. Sic & propterea Dauid statuit cantores, vt dominum laudarent in turmis. 2. Paralipomenon. 30. Sic præcepit Ezechias Leuitis, vt laudarent dominum. 2. Paralippo. 29. Constituitq; Leuitas in domo domini cum cymbalis, & psalterijs, & cytharis, secundum dispositionem Dauid regis, & Gaad vidẽtis, & Nathan prophetæ. Manasses autem rex Iuda, quum captus teneretur in Babylone, inter cætera fic ait: Laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tibi est gloria in secula seculorum, Amen. Sic Dauid Psal. 118. Septies in die laudem dixi tibi. Et Psal. 21. In medio ecclesiæ laudabo te. Et Psal. 34. Cantabo tota die laudem tuã. Sic tres pueri, quasi ex vno ore laudabãt dominum deum. Danielis. 3. Et gratissima laus fuit Christo, eorum qui cecinerunt ad ingressum ciuitatis Hierusalẽ, dicentes: Benedictus qui venit in nomine domini, osanna in excelsis. Quid quod media nocte Paulus & Sylas orantes, laudabãt deum. Et in prima Christi natiuitate, audita est vox angelorum, laudantium deum, & dicentium: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis &c. Porro Lucæ. 24. de Apostolis hoc legitur: Erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Quisquis ergo fueris, immola deo sacrificium laudis, offeras ei hostiam laudis. Ad Hebræos decimotertio: Quæ quidem hostia olim pro gratiarum actione fieri consueuerat. Et vos omnes laudem dicite domino deo nostro. Apocalypsis. 19. Imitantes gratitudinem leprosi, qui tanta gratia meruit audire dominum sibi dicentem: Surge, vade, fides tua te saluum fecit. Ad Eucharistiam itaq; gratias agite domino deo nostro, & erit vobis dominus merces magna nimis, Amen.

Exo. 15.
1. Reg. 2
Iudic. 5
1. Reg. 2
Psal. 112
Psalm. 146
Psalq. 147
Matth. 21
Lucæ. 19
Actor. 16.
Lucæ. 2
Psal. 49
Leui. 22
Lucę. 17

SERMO LIII.

Quum videritis arcã fœderis domini dei vestri &c. vt supra, Iosue. III.

ARGVMENTVM.

De Blasphemia in deum.



Proximo sermone auditum est, ingratos, & qui ad gratiarum actiones parati non sunt, in idoneos haberi, vt manna cœleste mãducent. In præsentiarum vero occurrit, quod hisce verbis Leuitici. 24. scriptum est: Ecce ingressus filius mulieris Israhelitidis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Israel iurgatus est in castris cum viro Israelita. Quumq; blasphemasset nomen domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan. Miseruntq; eum in carcerem, donec nossent quid iuberet dominus, qui loquutus est ad Moysen, dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes, qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus, & ad filios Israel loqueris. Homo qui maledixit deo suo, portabit peccatum suum. Et qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur, lapidibus obruet eũ oĩs multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphe-

mauerit

A mauerit nomẽ domini, morte moriatur. Tam deteſtabile crimen eſt in deũ blaſphemia, vt hic blaſphemus extra caſtra ductus, lapidari debuit. Nec fruſtra Exod. 20. præceptũ eſt: Nõ aſſumes nomen dñi dei tui in vanũ, nec eñ habebit inſontem dñs eum, qui aſſumpſerit nomen domini dei ſui fruſtra. Vnde Eſaiæ. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis, dereliquerunt dominũ, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael. Et Eſaiæ. 5. Abiecerũt legem domini exercituum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Ideo iratus eſt furor domini in populum ſuum, & extendit manũ ſuam ſuper eum. Eſaiæ autem. 52. Dominatores inique agunt, dicit dominus, & iugiter tota die nomen meũ blaſphematur. Nec fruſtra adĳcitur circa præceptum hoc, fruſtra, gratis, aut in vanum. Quippe ſicut hodierna docet epiſtola, ſunt peccata quædam, & quæ Paulus docet apoſtolus, opera carnis eſſe, quẽadmodũ luxuria, ebrietas, cõmeſſationes, & his ſimilia, quæ aliquando voluptatem afferunt, aut etiam lucrum important. Peccatum vero blaſphemiæ nihil vtilitatis affert. Nam excelſior cœlis eſt, qui blaſphematur ab impio, quod ſi blaſphemus in cœlum os poſuerit, illiuſq; lingua tranſeat in terra, nõ eſt, quod vtilitatem conſequatur. Vetus itaq; teſtamentũ ex omni parte blaſphemũ hominẽ damnat. Hinc Senacherib ille blaſphemus dux exercitus regis Aſſyrioꝝ vna nocte perdidit in caſtris centũ octoginta quinq; millia virorꝝ. Ipſe vero Senacherib gladio percuſſus eſt à proprĳs filĳs. Et tam deteſtabile crimen eſt apud deũ blaſphemia, vt etiã Michael archangelus nõ fuerit auſus aduerſus Satanam proferre blaſphemiã ſuper corpore Moyſi. Ecce hic habes gladiũ ſpiritus ex veteri teſtamẽto aduerſus blaſphemos homines. Sed iam audi quid Euangeliũ præ- Galat. 5. 4. Regũ. 19 Eſaiæ. 37.

B cipiat, & ita ſcriptum inuenies. Matth. 5. Non peierabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego aũt dico vobis non iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus dei eſt, neq; per terram, quia ſcabellũ eſt pedum eiꝰ, neq; per Hieroſolymã, quia ciuitas eſt magni regis, neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum albũ facere aut nigrum. Sit aũt ſermo veſter eſt, eſt, nõ, non. Blaſphemiæ peccatum, & maxime in ſpiritũ ſanctum, tam abominabile eſt, vt etiã neq; in hoc, neq; in futuro ſeculo dimittatur. Ad Epheſios. 4. præcepit apoſtolus: Oñis blaſphemia tollatur à vobis. Et licet Iudæi plerũq; peſſimi fuerint homines, phariſæi potiſſimũ, audientes tamen blaſphemiam, ſcindere conſueuerunt veſtimenta ſua. Et in his nouiſſimis diebus periculoſiſq; tẽporibus homines inueniũtur ſeipſos amãtes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, &c. Mirum eſt cur nõ aliqui blaſphemi diligẽtius hæc & his ſimilia attendant, quæ dñs deus aduerſus blaſphemos ſua lege ſanciuit. Sic Ezechias rex, qa Rhapſacen audiuit blaſphemantẽ, ſcidit veſtimẽta ſua. Sic pontifex, qa ſaluatorẽ blaſphemaſſe credidit, ſcidit veſtimenta ſua. Et Paulus ac Barnabas deferentibus ſibi dei cultũ Lycaonibus, ſciderũt veſtimẽta ſua. Ab hoc itaq; vitio, ſummopere cauendũ eſt omnibus, qui arcam domini dei noſtri contrectare velint, quippe ſemper laudes & gratiarꝝ actio, præcipuum locum habere debent. Faxit deus. 4. Regũ. 19 Matth. 26 Actorũ. 14

SERMO LIIII.

C Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri, &c. vt ſupra, ſerm. 1.

ARGVMENTVM.

De prouidentia dei.



INtellexiſtis chariſſimi, qd incredulis contigerit Iſraelitis aduerſus mãna de cœlo murmurantibus. Audite nunc quid eiſdem nimium ſolicitis euenerit. Et ita ſcriptum legimus, Pſal. 77. Tentauerunt deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis, & male loquuti ſunt de deo, dicentes: Nũquid poterit deus parare mẽſam in deſerto? quoniã percuſſit petrã & fluxerũt aquæ, & torrentes inundauerũt. Nũquid & panem poterit dare aut parare mẽſam populo ſuo? Ideo audiuit dñs & diſtulit, & ignis accẽſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael, qa non crediderunt deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius. Et Exodi. 16. dixerũt filĳ Iſrael. Vtinam mortui eſſemus per manũ domini in terra Aegypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate, Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinẽ fame. Ex quibus ſacræ ſcripturæ locis, diſcendum eſt nobis, ne de cibo, potu, ac veſtimẽtis, contra potentiam & prouidẽtiam dei, nimis ſoliciti ſimus, id quod pulchre docet hodiernũ Euangeliũ: Ne ſoliciti ſitis (inquit Chriſtus) animæ veſtræ, quid manducetis, neq; corpori veſtro, quid induamini. Et ecce magiſter naturæ, qui nos in prædicationibus aliquando remiſit ad ſolem, qui oriatur ſuper bonos & malos, ad pluuiamq; cadentẽ ſuper iuſtos & iniuſtos. Ad granũ fruméti cadens in terrã. Ad granũ ſy Matth. 6. Iohan. 12. Luc. 13.

Iohan. 4 Matth. 13 napis, ad multiplicis seminis genera. Ad messem flauescentem. Ad sagenam maris. Et alia id ge- D
nus similia. Nos hac parte primo mittit ad volatilia cœli, quæ neq; serunt, neq; metunt, neq; cõ
gregant in horrea, attamen pater cœlestis pascit illa. Ipse enim est, qui aperit manũ suam, & im
plet oñe animal benedictione, q insuper escã pullis coruoꝝ largitur inuocãtibus eũ. Qui solus
Psal. 144. dicere põt: Cognoui oñia volatilia cœli, Psal. 49. Iste est, qui volucribus cœli nidos, & vulpib⁹
foueas parat, ita etiam, vt in ramis, de grano sinapis crescentibus requiescere possint. Et Matth.
Luc. 9. 13. solicitudinem nostram prohibere volens, ad hoc manifeste nos remittit, quod nemo nostrũ
Luc. 13. ad staturam suam, ne vnum quidem cubitum adiicere potest. Quod etenim Goliad inter Phi-
Matth. 5. listæos altitudinis sex cubitoꝝ fuit, Dauid autem visus sit esse puer, hoc totum dedit, fecitq; do-
1. Reg. 17 minus. Præterea quando regem Basan de stirpe gigantum lectum ferreum habuisse legimus,
Deuter. 3 nouem cubitorum longitudinis, & quatuor latitudinis ad mẽsuram cubiti virilis manus, hæc fe
Gene. 10. cit omnipotentia dei. Quod Nemroth, cæteriq; gigantes procera fuisse statura, Ex Euangelio
Luc. 16 Zachæum vicissim tam pusilla constet, hoc fecit dominus, & quotidie contingit oñibus id, q̃d
in Euangelio testatur dominus, vt quis non modo non cubitum vnum, sed ne transuersum q-
dem digitum ad staturam sui corporis adiicere possit? Quid multis? omnium postremo nos
Christus ad lilia agri remittit, quæ neq; laborant, neq; nent, tamen ita vestiuntur, vt ne Salomon
quidem in omni gloria sua, etiam cum auro & rebus omnibus coram regina Austriæ, omniq;
populo ita abundarit, ita etiam coopertus fuerit, quemadmodum lilium agri. Et hac parte do-
cemur recte, ne plus iusto soliciti simus de vestimentis, quæ etiam Israelitis quadraginta annis
Deute. 8. ita parata sunt, vt Moyses coram omni multitudine sit ausus dicere: Adduxit vos quadraginta
annis per desertum, non sunt attrita vestimenta vestra, nec calciamenta pedum vestrorum ve- E
tustate consumpta sunt. At in hoc Euangelio prouidentia de crastino prohibita non est, dũta-
xat amouetur anxia solicitudo, ne illa suggestione mammonæ dei diuitiarum (qui à Græcis Plu
tonis nomen habet) humanis cordibus infideat. Nam alioquin multi grauissimi viri prouidendo
Gene. 6 periculis grauissime peccassent. Noe em̃ ne diluuio periret, arcam pro se, filijs suis, ac eoꝝ vxo-
Gene. 19. ribus multo ante tempore parauit. Deinde Loth, ne cum Sodomitis interiret egressus ciuitatẽ,
Gene. 30. timuit etiam manere in Segor. Iacob item patriarcha sanctus, ait ad Laban: Iustum est, vt ali-
quando prouideam etiam domui meæ, nec ab vllo reprehensus est, quod fecerit virgas popu-
leas virides, & amigdalinas, & ex platanis, ac de parte decorticauit eas, detractisq; corticibus, co
lorem in canalibus ante oculos arietum fecerit varium. Nec idem Iacob ad aliquo reprehensus
est, quum audiret tempore famis, quod alimenta venderent in Aegypto, dixerit filijs suis. Qua-
re negligitis? audiui quod triticum venundetur in Aegypto, descendite & emite nobis necessa-
ria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia, & eam ob rem decem filios emiserit. Et ite
Gene. 24. rum vehementer premente fame, consumptis cibis, quos ex Aegypto detulerant, iterum dixe-
rit: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. Et si sub Euangelio nemo est, qui iuste pos-
sit reprehendere Paulum toties collectas pro fratribus solicitantem, ille non modo erga Roma-
Roma. 15 nos, sed & Corinthios, aliosq; fratres, ita scripsit: Nunc proficiscar in Hierusalẽ, ministrare san
ctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sancto-
rum, qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eo-
rum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis, id quod. 1. ad Coꝝ. 9.
sublimi dicendi genere rhetoricatus, sic probat: Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plã- F
tat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?
Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege
Deute. 25. Moysi: Non alligabis os boui triturãti. Nũquid de bobus cura est deo? An propter nos vtiq;
hæc dicit? Nam propter nos vtiq; scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat, arare, Et qui tritu
rat in spe, fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carna-
lia vestra metamus. Si alij potestatis vestræ participes facti sunt, quare non potius nos? Sed nõ
vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euãgelio Chri-
sti. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? Et qui altari deser-
uiunt, cum altari participant? ita & dominus ordiuauit his, qui Euangelium annũtiant, de Euã-
Actoꝝ. 11 gelio viuere. In Actis autem apostolorum sic legitur: Superuenerunt ab Hierosolymis prophe
tæ Antiochiam, & surgens vnus ex his nomine Agabus, significabat per spiritum, famem ma-
gnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Discipuli aũt, prout q̃sq;
habebat proposuerunt in ministerium mittere, habitantibus in Iudæa fratribus, quod & fece-
runt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli. Ex quibus locis docemur prouiden-
tiam reprobatam non esse. Nam & de Christo legitur, Lucæ. 23. Quod illum sequutæ fuerunt
Lucæ. 8 mulieres curatæ à spiritibus malis & infirmitatibus, vtpote Magdalena, Iohanna vxor Chusæ
procuratoris Herodis, & Susanna, ac aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Et Io
hannis. 13. Iudam loculos habuisse notissimũ est, inter discipulos Christi. Nam sic in Euãgelio
legitur: Quidã putabant quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea, quæ opus
sunt no

A sunt nobis ad diem festum, aut vt aliquid & ægenis daret. Sic itaq; ab exemplo Christi prouidentia improbata non est. Nam alioquin Christus quomodo docuisset: Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Id quod & Petrus & Paulus docuerũt. Sic em̃. 1. Petri. 4. legitur: Estote prudentes. Et propterea quinq; prudentes virgines laudatæ sunt. Nec sine causa Lucæ. 12. sic ait: Quis putas est fidelis dispensator ac prudẽs, quem constituit dñs super familiã suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille seruus, quem quum venerit dñs, inuenerit ita facientem. Vere dico vobis, quoniam super omnia quæ possidet, constituet illum. 1. Timoth. 3. Et Paulus iste magister gentium ad episcopũ pertinere ait, vt sit prudẽs, ita vt domui suæ bene præsit. Quod si prouidentia locum non habet, quẽadmodum Catabaptistæ docere consueuerunt. Proculdubio grauiter errat Salomon ille, de quo Christus etiã in hodierno Euãgelio sermonem facit, qui plus semel formicam laudat. Sic enim Prouerb. 30. docet: Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus, Formicæ populus infirmus, qui prẹparat in messe cibum suum. Lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regum. Prouer. 6. Vade ad formicam ò piger, & considera vias eius, & disce sapientiã, quæ quũ non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibũ sibi, vt cõgreget in messe quod comedat. Reprehenditur autẽ filius ille prodigus, qui substantiam suã luxuriose viuendo consumpsit. Lucæ. 15. Quisquis ergo nimium solicitus est, quemadmodũ Martha in ministerio suo, posthabitis rebus, officijsq; diuinis, iste à Christo reprehenditur. Nã deus est, qui dat escam omni carni, propter quod Dauid inquit: Iunior fui, etenim senui, nõ vidi iustũ

B derelictum, nec semen eius quærens panem. Iste est, qui Iacob ac filijs suis, tempore famis ꝑ Ioseph prouidit in Aegypto. Iste est, qui præcepit angelo, vt Abacuc prophetam in Iudæa apprehenderet in vertice, portaretq; capillo capitis sui, deferret quoq; pulmentũ Danieli in lacu. Ipse est, qui viduæ Sareptanæ (de qua in Euangelio dñs) misit Heliam, qui eidem farinã ac oleũ in lechyto multiplicauit. Iste est, qui aduersus omnem naturam, Heliæ per coruos misit panem ac carnes mane ac vesperi. Iste est, qui in deserto tot millia hominũ aluit. Nõ ergo dicas: Nunquid poterit dñs parare mensam in deserto? Sed iacta cogitatum tuum in dñm, & ipse te enutriet. Reuela dño viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, & educet quasi lumen, iustitiam tuam, & iudicium tuum tanq̃ meridiem. Subditus esto domino, & ora eum, & ille dabit nõ modo panem pro corpore, sed panem vitæ, qui de cœlo est, Amen.

Marc. 10
Matth. 15.
Lucæ. 10
Psal. 26
Gene. 42
Daniel. 14.
Lucæ. 4
3. Reg. 7
Iohan. 6.
Psal. 54

SERMO LV.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c̃, vt supra. serm̃. i.

ARGVMENTVM.

Quæ pœna sit eoꝝ qui murmurant aduersus deum.

C 

Vdiuistis charissimi fratres, qd Israelitis cõtigerit aduersus dñm murmurantibus. Declaratum est item vobis, qd euenerit his, qui de cibo, potuq; nimiũ soliciti fuerunt, occurrit nũc nobis alia historia, quæ scripta est Numeri. 13. ac. 14. vbi legitur præcepisse dñm Moysi, vt is mitteret principes viros duodecim de duodecim tribubus Israel, vt considerarent terram Chanaan. Et qualis hæc eẽt, num etiã in ea populus fortis, an infirmus, pauci numero an plures, ipsa terra bona nec ne, vrbes quales, muratæ, an absq; muris, humus pinguis aut sterilis. Erat aũt tempus, quãdo iam præcoquæ vuæ vesci poterant. Ascendentes autem explorauerunt terrã, pergentesq; vsq; ad torrentẽ botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quẽ portauerũt in vecte duo viri. De malis quoq; granatis, & de ficubus loci illius tulerũt, reuersiq; exploratores terræ, post quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel, loquutiq; sunt eis, & omni multitudini ostendentes fructus terræ, dicebant: Venimus in terrã ad quã misistis nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest, sed cultores fortissimos habet, & vrbes grãdes atq; muratas. Stirpem Enoch vidimus ibi, & licet Caleb de tribu Iuda hortatus fuerit, dicẽs: Ascẽdamus & possideamus terrã, quoniã poterimus obtinere eã. Alij vero dicebant: Nequaq̃, quia populus fortior nobis est. Detraxeruntq; terræ, quam inspexerant, & vociferabatur om̃is turba dicẽs: Vtinã mortui essemus in Aegypto, & nõ in hac vasta solitudine, melius est nos reuerti in Aegyptum, dixerũtq; alter alteri: Constituamus nobis ducẽ, & reuer-

tamur in Aegyptũ. Ioſue vero filius Nun, & Caleb, qui & ipſi luſtrauerũt terrã, ſciderunt veſtimenta ſua, & loquuti ſunt ad omnẽ multitudinem filiorũ Iſrael. Terra quam circuiuimus valde bona eſt, ſi propitius fuerit dñs, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manãtem. Nolite rebelles eſſe contra dominum, neq; timeatis populũ terræ huius, quia ſicut panẽ, ita eos poſſumus deuorare, receſſit ab eis omne præſidium, dominus nobiſcum eſt, nolite metuere. Ob hãc murmurationẽ, voluit dñs populũ peſtilentia ferire, niſi tam fortiter interceſſiſſet Moyſes. Et tandẽ ita reſpondit dñs: Omnes homines, qui viderũt maieſtatẽ meam, & ſigna quæ feci in Aegypto & in ſolitudine, & tentauerũt me iam per decem vices, nec obedierũt voci meæ, Nõ videbunt terrã, pro qua iurauí patribus eorũ, nec quiſquam ex illis, qui detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meũ Caleb, qui plenus alio ſpiritu, ſequutus eſt me, inducã in terram hanc, quam circuiuit, & ſemẽ eius poſſidebit eam, coactíq; fuere reuerti in ſolitudinẽ per viam maris rubri. Et viuo ego, ait dñs: Sicut loquuti eſtis audiente me, ſic faciã vobis, In ſolitudine hac iacebũt cadauera veſtra, Omnes qui numerati eſtis à viginti annis & ſupra, & murmuraſtis cõtra me, nõ intrabitis terrã, ſupra quã leuaui manũ meã, vt habitare vos facerẽ p̃ter Caleb filium Iephone, & Ioſue filium Nun: Paruulos aũt veſtros, de quibus dixiſtis, quod præde hoſtibus forent, introducam, vt videãt terrã quę vobis diſplicuit. Veſtra cadauera iacebũt in ſolitudine. Filij veſtri erũt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabũt fornicationẽ veſtrã, donec cõſumantur cadauera patrũ in deſerto, iuxta numerũ quadraginta dierũ, quibus conſideraſtis terrã, Annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras & ſcietis vltionem meã. Ex qua quidẽ hiſtoria, nobis multa diſcenda forent, attamen quũ hodiernũ Euangeliũ omnem noſtram ſolicitudinẽ in deum proijciẽdã docear. Et hodiernæ dominicæ epiſtola nõ nihil ad hãc rem pertineat. Exordiũ quoq; hiſtoriæ ſumatur à botro, & iam quũ ſit vindemiæ tempus, propterea nonnihil de vindemia, vitæ, vinea, botro, & hiſce rebus prædicare ſtatuimus. Vineam in ſcriptura multiplicẽ inuenio. Eſt em̃ vinea, quæ Soreck nomen accepit, quæ interpretat electa. Hæc eſt illa vinea, ex qua (ſi diuo Hieronymo credimus in epiſtola ad Hedibiam) rubentia muſta calcamus, & nouũ ex hac vinũ bibimus de regno patris, nequaq̃ in venuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus, cantantes canticũ nouũ, quod nemo poteſt cãtare, niſi in regno eccleſiæ, q̃d regnũ patris eſt. Et ex illa ſacrificiũ eſt noui teſtamẽti, q̃d aqua miſcetur. Nã vinũ quod deo in ſacrificiũ offerebatur, aqua mixtum erat. Eſt & vinea Engaddi, & interpretatur oculus tẽtationis, in qua botrus eſt cypri. Et q̃diu verſamur in hoc ſeculo, in vineis ſumus Engaddi. Tentatio enim eſt vita hominis ſuper terram. De vineis teſtamenti veteris, perlongus eſſet nobis ſermo narrãdus. Ezechiel enim dicit, vt patres noſtri comederint vuam acerbã, & dentes filiorũ obſtupeſcant. Eſaiæ vero. 5. Vinea facta eſt dilecto meo, in cornu filio olei, & ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electã, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Sed miſſis his, ad ea trãſeamus, quæ de vite, vinea, & vinitoribus in Euangelio hodiernæ dñicæ ſunt. Mira equidem ac admirabilis res eſt, quod Iohannis. 15. Chriſtũ ita loquẽtẽ audiuimus: Ego ſum vitis, vos palmites, q manet in me & ego in eo, hic fert fructũ multũ, quia ſine me nihil poteſtis facere. Si qs in me nõ mãſerit, mittetur foras ſicut palmes & areſcet, & colligent eũ, & in ignem mittent & ardet. Si mãſeritis in me, & verba mea in vobis mãſerint, quodcũq; volueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus eſt pater meus, vt fructũ plurimũ afferatis, & efficiamini mei diſcipuli, ſicut dilexit me pater, & ego dilexi vos, manete in dilectione mea. Si p̃cepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut ego patris mei p̃cepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Eſt præterea vinea, de qua Matth. 20. legitur, quod operarij cõducti ſint in illam ab homine ptrefamilias, vt operarentur in illa, & his ex mercede conductis, ſunt dati ſinguli denarij. In hac vinea ſumus quãdiu viuimus, ſed in foro otioſi ſtare nullo pacto debemus. Hodierna nanq; ex Paulo docet epiſtola, q̃d quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionẽ. Qui aũt ſeminat in ſpiritu, de ſpũ & metet vitã æternã. Bonũ aũt facientes nõ deficiamus. Tẽpore em̃ ſuo metemus nõ deficiẽtes. Ergo dũ tẽpus habemus, operemur bonũ ad oẽs, maxime aũt ad domeſticos fidei. Nihil itaq; detrahamus iuxta Euchariſtiã inſtitutio eccleſię, quẽadmodũ nõnulli noſtrorũ tẽporũ hæretici facere nõ formidãt. Qui quũ viderint in præparatione calicis, vino miſceri aquã, ridẽt ac deridẽt, quaſi ſine myſterio è latere Chriſti pfluxerit mirabili modo ſanguis & aqua. Nolite itaq; murmurare cõtra dñm, illiusq; ſpõſam, quæ à tẽporibus apoſtolorũ, vſq; ad nos pie ac religioſe hanc ſeruauit conſuetudinẽ, vt aquam vino miſceret. Conſurgite itaq; & ſequimini arcam, Amen.

Nume. 14

Vide Hieronymum in traditõe Hebraica in Paralipomenon.

Canti. 2

Ezech. 18.

Galat. 6

SERMO LV.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri, &c̃. vt ſupra.

Argumẽ-

A

ARGVMENTVM.

De vocatione omnium gentium.



TSi totum Euangelium ex oñi parte lacte & melle abundet, sitq; ve luti fons paradisi totam irrigans terram, hodiernum tamen Euange lium de fidelissimo apostolo & Euangelista Matthæo, plenũ est oleo sancto. Quippe sicuti Iosue vocauit per prȩcones filios Israel, ac ad- hortatus est eos, vt sequerentur arcam, imo ipsum dominũ sedentem super arcam, ita & hoc Euangelium docet vocationem publicani à theolonio, & vt ille surrexerit, sequutusq; fuerit dominum. Tria itaq; in hoc Euangelio animaduertenda sunt maxime. Primum, benigna Christi vocatio (Matthæus enim publicanus erat, & ad salutem vo- catur à domino) Venit enim dñs, quẽadmodũ propria voce testatur: non vocare iustos, sed peccatores. Pastorem se profitetur ingenue, venitq; vt oues, quæ perie- runt, de domo Israel, reuocaret. Et tanta est illius gratia, vt etiam vocauerit ad se omnes gẽtes. Vnde ad Colost. 1. In ipso cõplacuit omnẽ plenitudinẽ habitare, & p ipsum oñia reconciliari in ipso. Hoc est, quod apostolus ad Hebræos, inquit: Nouissimis istis diebus loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersoꝝ. Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæredi-

B tatem tuam. Et possessionem tuã terminos terræ. Et de se dominus ait: Oñia mihi tradita sunt & omnia traham ad meipsum. Iohan. 12. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo Matth. 11.
omnes viuificabuntur. Eramus eñ omnes nos, quasi oues errantes. Esaiæ. 53. Sed nunc omnia 1. Corꝝ. 15
in ipso constant, & omnia in omnibus Christus. Vnde prophetia Esaiæ. 40. sic sonat: Omnis Colost. 3.
vallis exaltabitur, & oñis mons & collis humiliabitur, & erũt praua in directa, & aspera in vias
planas. Et itẽꝝ idem propheta sic ait: Veniet omnis caro in conspectu meo, vt adorent in Hie Esaiꝝ. 66.
rusalem. Et Iohelis. 2. Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem. Propterea præceptũ est apostolis, vt Euangelium prædicarent omni creaturæ, & iussi sunt ire in vniuersum orbem ter- rarum. Vnde in omnẽ terrã exiuit sonus eoꝝ, & in fines orbis terræ verba eoꝝ. Sic Petrus cõ- uertit Romam cum Antiochia, scripsitq; dispersis in gentibus per Pontum, Galaciam, Bithiniã, Asiam. Andreas, Achaiam. Iohãnes, Ephesum. Iacobus maior, Hispaniam. Iacobus minor, Hie rosolymam. Simon, Aegyptum. Iudas, regnum Persarum & Mœdorum, & Armeniæ mino- ris. Philippus, regnum Syriæ. Bartholomeus, Licaoniam, Indiam, & maiorem Armeniã. Tho- mas, Parthos & Bragmannos, & superiorem Indiam. Matthæus, Aethiopiam & Macedoniã. Mathias, Iudæam. Et hoc figurabat visio Petri de vase, in quo erant quadrupedia, serpẽtia ter- ræ, & volatilia cœli. Nõ enim solum Iudæa, sed & Samaria verbum recepit. Imo Iudæis dictũ Actorũ. 10
est: Quia vos repulistis verbum, idcirco conuertimur ad gentes. De hac re Paulus ad Titũ. 2. Apparuit gratia (inquit) dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos. Ecce (inquit) oñibus hominibus. Vult enim deus omnes saluos fieri. 1. Timoth. 2. Propterea stat ad vniuſ-

C cuiusq; ostium cordis pulsans. De quo Apoca. 3. Ego sto ait dominus: ad ostium & pulso, si qs audierit vocem meam, & adaperuerit mihi ianuam, intrabo ab illum. Et hoc est, quod parabola innuit, de eo, qui misit seruos suos, vocare inuitatos ad nuptias. Et itẽꝝ, quod habet alia parabo Matth. 22.
la, Lucæ. 14. de homine, qui fecit cœnam magnã, & vocauit multos, misitq; seruum suum, hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sint omnia. Ecce vt ad nuptias, ac cœnam magnã inuitati vocentur. Nec solum à theolonio. i. peccatoꝝ statu, seu gradu, vocatus est ho- die Matthæus, sed continuo nos vocat deus, ad æternã gloriam suam. Hinc (inquit Paulus) vo- 1. Corint. 1
cati estis in societatem fidei eius. Vocat eñ nos per scripturas. Sic enim scriptum est. Habent Luc. 16.
Moysen & prophetas, audiant illos, vbi certe Christus Moysi & prophetaꝝ scripturas voluit. Nam quæcũq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consola- tionem scripturarum spem habeamus. Vocamur quoq; crebris inspirationibus. Nam spiritus ille sanctus, vbi vult spirat, & vocẽ eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat. Vocamur à conscientia nostra, testimonium nobis perhibente. Vnde cum Dauide profitemur oñes ac di- cimus: Signatũ est sup nos lumen vultus tui domine. Prætereo quæ de angelis, nostris custodi- bus dici possunt, quibus mandauit, vt custodiant nos in omnibus viis nostris. Quũ itaq; tam fi- delis sit deus, vt vocati simus in societatem filij eius. 1. Corinth. 1. In libertatem quoq; ad Gala- tas. 5. In vnum corpus ad Colost. 3. In repromissionẽ accipiendã, Heb. 9. Quin vt apprehenda- mus vitam æternam. Propterea sequendũ est nobis cum Matthæo apostolo. Breuissimis enim 1. Timot. 6
verbis Matthæus, alioqui Leui filius Alphæi dictus, audit dicentẽ dñm: Sequere me, & surgens sequutus est eum. Sic Philippo ait: Sequere me. Et mox idem Philippus Nathanaeli ait: Quẽ scripsit Moyses in lege & prophetis, inuenimus Iesum filiũ Ioseph à Nazareth. Sic Iesus iuxta mare Galileæ ait Simoni, qui vocatur Petrus, & Andreæ fratri eius: Venite post me, & illi con-

tinuo relictis retibus secuti sunt eum. Sic vocauit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohã D
Matth. 4 nem fratrem eius in Naum cum Zebedæo patre eorũ, reficiẽtes retia sua, & vocauit eos. Illi aũt
Matth 27. statim relictis retibus & patre sequuti sunt eũ. Sic sequutæ sunt dñm multæ mulieres. Sequuti
Matth. 9. sunt eũ duo cæci. Sequutæ sunt eũ turbæ multæ. Matth. 4. De Galilæa, & Decapoli, & Hiero
Matth. 19 solymis, Iudæa, ac trans Iordanem. Demũ discipuli sequentes dominũ hisce verbis per Petrum
Lucæ. 18. interrogant: Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus autem
dixit eis: Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, in regeneratione, quum sederit filius
hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tri
bus Israel, & omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxo-
rem, aut filios, aut agros propter nomen meũ, centuplum accipiet, & vitam æternã possidebit.
Sed considerandum est & hoc in Euangelio, inuentos esse, qui à longe sequuti sint dominũ. Sic
Matth. 26 de Petro legitur: Petrus vero sequebatur à longe. Inuẽtus est etiam in Euangelio scriba, q̃ pro-
pter diuitias sequi voluit dominũ, dicens: Magister, sequar te, quocũq; ieris. Sed cor illius prauũ
Christus intelligens, ait: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius aũt hominis non ha
bet, vbi caput suũ reclinet. Quotquot tales sunt, non vere sequuntur dominũ. Vult enim domi-
nus, vt sequamur eum illico, quemadmodum apostoli sequuti sunt. Vnde cũ de discipulis vnus
Matth. 8. illi diceret: Domine permitte me primum ire & sepelire patrem meũ. Ait illi: Sequere me, & di-
mitte mortuos sepelire mortuos suos. Sequi aũt Christum necessarium est. Sic enim ipse præ-
cepit: Si quis vult post me venire, tollat crucem suã & sequatur me, sed hunc oportet abnegare
se metipsum. Sic enim Marci. 8. legitur: Si quis vult me sequi, deneget semetipsum. Sic ergo oẽs
Iohan. 21 cum Simone Cyreneo cogũtur portare crucem Christi post eum. Et hoc est, q̃d Petro ait: Se- E
quere me, & conuersus Petrus, vt videret illũ discipulum sequentem, quẽ diligebat Iesus, q̃ & re-
cubuit in cœna super pectus eius, dixit: Domine, quis est, qui tradet te. Hic autem quid audit di-
centem dominum? Si eum volo manere donec veniam, tu me sequere. Quisquis ergo vult trã-
sire Iordanem, ac venire in terram lacte & melle manantem, studeat vt sequatur arcam domi-
ni dei nostri, imo ipsum dominũ, qui Iordanem in figura transiit, olim transiturus trans torren
tem Cedron, id quod iuxta spiritalem intelligentiam & nos facere conuenit, & dabit nobis do-
minus proculdubio terram viuentiũ, in qua credimus videre bona dñi, imo ipm dñm. Fiat fiat.

SERMO LVII.

Quum videritis arcam fœderis domini dei vestri, &c. vt supra, serm. i.

ARGVMENTVM.

De libero arbitrio hominis.



Ostea q̃ antemeridiano hodierno sermone declarauimus, vocationẽ
omniũ gentium, quo itẽ pacto dominũ sequi oporteat, tanq̃ ducem
& ductorem nostrum. Et quũ nonnulli dubitent, num vocatus tra-
hatur, & sequatur inuitus, propterea apprime necessarium esse video, F
simul affirmandum esse in homine liberum arbitrium, quod si adem
ptum ab homine fuerit, cadet re vera scriptura non vno dũtaxat lo-
co. Non eñ est quod eligere possis, nec posthac iudicia dei alioquin
iustissima locum habent. Quod vt particulatim intelligas, quantũ ad
primam partem attinet, breuiori quo possumus modo, scripturas in-
ducam, in quibus etiam nostrorum temporum hæretici, vitam sese, ac
victoriam habituros gloriantur. Ad principium itaq; scripturarum recurrimus. Et Gene. 2. sic
scriptum est: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autẽ scientiæ boni & mali ne comedas,
in quocũq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Ecce hoc erat præceptum domini. Ser-
pens aũt callidior cunctis animantibus terræ erat, qui ad mulierem inter cętera ait: Nequaquàm
morte moriemini. Et quum videret mulier, quod bonum esset lignum ad vescendũ & pulchrũ
oculis, aspectuq; delectabile, tulit de fructu illius, & comedit. Quis hic posthac dubitat non esse
verum, quod Ecclesiastici. 15. legitur, qũo deus ab initio cõstituerit hominẽ rectũ, reliquerit q̃ il-
lum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua: Si volueris mandata conseruare,
conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem, ad
quod volueris, porrige manum tuam. Quod si qui obiecerint hanc scripturã de primo homi-
ne debere intelligi, videamus itaq; q̃d scriptura de homine post lapsum dicat: Et ecce vt Cain
Gene. 4 aduersus Abelum vehementer iratus esset, audit à domino: Quare iratus es, & cur concidit fa-
cies tua? Nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatũ tuum aderit,

sed sub

A sed sub te erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius. Hoc domini verbo, nihil manifestius pro libero potest esse arbitrio. Deuteronomij vero tricesimo: Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo, vitam & bonum,& econtrario mortem & malum. Et sequitur: Testes inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt tu viuas & semen tuum. Esaiæ primo: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, neque audieritis me, deuorabit vos gladius, Et iterum: Esaiæ vicesimoprimo: Si quæritis, quærite, conuertimini & venite. Et Esaiæ quadragesimoquinto: Congregamini & venite, & conuertimini ad me, & salui eritis, omnes fines terræ. Rursum capitulo quinquagesimosecundo: Consurge, consurge, excutere de puluere, solue vincula colli tui. Itidem Hieremiæ capitulo decimoquinto: Si conuerteris, conuertam te, & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Conuertimini ad me, ait dominus exercituum, & conuertar ad vos. Ezechielis autem decimooctauo: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis &c. omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem &c. Et quis tandem enumerabit, quæ in vtroq; testamento conditionaliter homini præcepta, & sub expressa conditione dicta sunt? Qualia sunt hæc, si audieris vocem domini dei tui. Exodi decimoquinto: Si in præceptis meis ambulauerint. Leuitici vicesimosexto: Si tetigerint sancta sanctorum. Numeri quarto: Si difficile visum fuerit. Deuteronomij primo: Si ambiguum apud vos fuerit iudicium. Deuteronomij decimoseptimo: Si custodieris mandata eius. Deuteronomij decimonono: Si audieris vocem domini. Deuteronomij vicesimooctauo: Si in toto corde vestro quæsieritis. Si ambulaueris in vijs eius. Tertij Regum tertio & sexto: Si quæsieritis eum, inuenietis. Secundi Paralipomenon decimoquinto: Si pœnitentiam egerit gens illa. Hieremiæ decimooctauo: Et in testamento nouo: Si sal euanuerit, ad nihil valet vltra, nisi vt foras mittatur. Matthæi quinto: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si quis habet aures audiendi, audiat. Marci quarto: Si habueritis fidem sicut granum sinapis. Lucæ decimoseptimo: Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Et iterum: Vos amici mei estis, si feceritis, quę præcipio vobis. Quid? Mille sunt loci in Paulo itidem sonantes, ex quibus omnibus manifestum fit, scripturam sanctam hoc velle ac voluisse, vt esset in homine liberum arbitrium. Hoc est quod tertij Regum tertio ipse dominus ad Salomonem ait: Postula quod vis. Et ipse postulauit cor docile, vt populum iudicare posset, & discernere inter bonum & malum. Et placuit sermo coram domino, quod Salomon rem huiuscemodi postulasset. Et Assuerus, Hester reginam interrogauit, quid vellet. Quod si voluntas in homine non est, quid Genesis vicesimoquarto: Laban & Bathuel dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem? Et in Euangelio, ille qui cognouit voluntatem domini sui, nec facit illam, percutitur plagis multis. Et angeli non frustra cecinerunt, nato domino: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Aut si ad quorundam exemplaria legeris, hominibus bona voluntas, adhuc restabit, vt sit in homine voluntas. Etiam non frustra toties de voluntarijs oblationibus scriptura commemorat. Vnde Psalmo quinquagesimotertio: Voluntarie sacrificabo tibi. Et ad Philemonem: Sine consilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed C voluntarium. Deinde Christus ipse: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ex his omnibus quis non videt, vtriusque testamenti scripturas, liberum approbare arbitrium. Quòd si ex absoluta necessitate euenirent omnia, nequaquàm poterat puniri Cain. Diluuium sub Noe venire non debuit. Ciuitates quinque sulphure & igni damnandæ non erant. Et quicquid pœnarum irrogatum est vnquàm, etiam super Iudæis, hoc à iusto dei iudicio alienum non fuit. Duo vero in deo sunt, misericordia quidem & iustitia. Psalmo sexagesimoprimo. Sic citharœdus ille propheta regius ait: Semel loquutus est deus: Duo hæc audiui, quia potestas tibi est domine, & misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera eius. Postremo loco hoc fieret, & sequeretur, quod ille qui bonus & vnice bonus, imò optimus est, author mali diceretur, essetq; is, qui homicidia, furta, ac latrocinia perpetraret. Quæ res autem quàm indigna sit, ipsi iudicate. Sed quo ab hisce tricis & nugis liberi esse valeatis, ecce nihil securius est, quàm sequi arcam, Noe quidem, id est, ecclesiam, arcamq; fœderis, & dominus erit vobiscum, Amen.

Lucę.2.

Zachari.1

SERMO LVIII.

Quum videritis arcã fœderis domini dei vestri &c. vt supra, Iosue. III.

ARGVMENTVM.

De domino deo exercituum.

D

Nume.10.



Egitur in Numeris, quomodo anno secundo, mense secundo, vicesima die mensis, eleuata sit nubes è tabernaculo fœderis. Profectiq; sunt filij Israel p turmas suas de deserto Synai, & recubuit nubes in solitudine Pharã, depositumq; est tabernaculum, quod portãtes egressi sunt, filij Gerson, & Merari. Profectiq; sunt & Chaatitæ, portantes sanctuarium. Tam diu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. Profectiq; sunt ergo de monte domini viam trium dierum, arcaq; fœderis præcedebat eos per tres dies, prouidens castrorum locum. Nubes quoque domini super eos erat, per diem quum incederent. Quumq; eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge domine & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Quum autem deponebatur, aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israhel. Hæc historia figura fuit rei triplicis. Nempe Moyses amicus dei, non frustra toties orat: Surge domine Reuertere domine. Id quod Hebraice Adonay dicitur. Figura quidem erat, vt sicut supra Cherubin, & manna dominus erat, ita & in testamento nouo manna supercœleste futurum esset in sacramento nobiscum, vt vere dici posset Emanuel, id est, nobiscum deus. Sic enim scriptura aliquoties dicit: Sedere deum super Cherubin. Vnde Psalmista: Deus qui sedes super Cherubin manifestare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse. Et iterum: Dominus regnauit, iratscantur populi, qui sedes super Cherubin, moueatur terra. Atque iterum: Inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super Cherubin, & volauit, volauit super pennas ventorum. Esaiæ vero tricesimoseptimo: Tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & ascendit in domum domini, & expandit eos coram domino, & orauit ad dominum dicens: Domine exercituũ, deus Israhel, qui sedes super Cherubin, tu es deus solus oĩm regnoꝝ terræ. Tu fecisti cœlum & terram, inclina domine aurem tuam, & audi. Aperi oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum dominum deum viuentem. Afferamus ad nos de Sylo arcam fœderis domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Sylo, & tulerunt inde arcam fœderis domini exerciuum. Sedentis super Cherubin, secundi Regum sexto sic legitur: Congregauit Dauid omnes electos ex Israhel, triginta millia, surrexitq; Dauid & abijt, & vniuersus populus, qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam dei, super quam inuocatum est nomen domini exercituum, sedentis in Cherubin super eam. Et id quod in regnorum libris scriptum est, hoc in Paralipomenon repetitum extitit. Nam primi Paralipomenon decimoterтio itidem legitur. Et hoc est quod diuus Apostolus Paulus Hebræis de Cherubin gloriæ obumbrantibus propitiatorium scripsit. Nolumus hic disputare, quare deus super Cherubin, & nunquàm supra Seraphin sedisse scriptura commemoret. Sed & hic quia vehementer timemus Capharnaitas nostrorum temporum tam nociua, nec minus lata incredulitatis gangrena ita infectos esse, vt etiam si vno ac altero, imo compluribus sacrarum literarum locis, iam aliquoties à nobis ostensum esse sciant, dominum deum exercituum, intra tabernaculum supra Cherubin & arcam sedisse, obstinata tamen mente, ad credendum animum suum non inducunt, indignum forte arbitrantes in castris tot mansionum, & stationum filiorum Israhel. In Nobe videlicet, in Masphat, in Galgalis, in Sylo, in Obededom, ac alijs locis fuisse, itemq; super arcam dominum deum sedisse. At videamus num veriora sint, quæ hucusque docuimus ijs, quæ obstinata mente Capharnaitæ negare ausi sunt. Id autem commodius fieri vix poterit, quàm si partem scripturarum de seruato manna, ac domino super arcam sedenti, producamus in medium. Habet itaque nostra scriptura præcepisse Moysen. Sume vas vnum, vbi Septuaginta posuere λάβε σάμινον χρυσὸν ἕνα, id est, accipe vas aureum vnum, & in eo repone manna, quantum potest capere Gomor. Et repone coram domino ad seruandum in generationes vestras. Et vt manna debebat reponi coram domino. Hoc autem Paulus de vrna aurea declarat, in qua seruabatur manna, atque illud ipsum in arca, supra quam sedit dominus. Et hoc frequentissimum est, quando de tabernaculo, & Kadosch Kadoschim, hoc est, de sancto sanctorum sermo fit, vt legatur le pene Adonay. Sic ter in anno iubetur adparere omne masculinum coram domino deo suo, in eo loco, quem elegit dominus, & vbi stabat arca. Sic mandauit iterum dominus: Pones (inquit) super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Sic locare debuit Aaron lucernam, vt luceret coram domino. Sic Aaron sanctuarium intrare volens, in rationali portabat nomina filiorum Israhel coram domino. Sic fit eleuatio in conspectu domini. Et holocaustum atque sacrificium ad ostium tabernaculi coram domino fiebant. Sic adoletur incensum coram domino, iuxta tabernaculum testimonij. Sic agnus offertur coram domino. Sic asperfio fit septies coram domino

Psalm.79.

Psalm.17

Esaiæ.37

1.Regũ.4.

E

F

Exodi.23.
Exo.27
Exod.29.
Leuit.3
Leui.7.

A mino, ad hostium tabernaculi. Sic odor suauissimus offertur coram domino. Sic statuitur dies purgationis secũdum legem Moysi, corã domino. Sic leprosus mũdificatur coram domino in ostio tabernaculi: Sic iuxta oraculum statuũtur duo hirci. Sic pontifex ingressus sanctuarium orat pro se corã domino. Sic eleuatur fasciculus corã domino. Et sexcẽtæ sunt huiusmodi sententiæ, in quibus veritas hebraica semper habet el pene Adonay, id est, ante faciem dñi, vel coram dño. Sed quo adhuc manifestius fiat in tabernaculo supra arcã fœderis, in qua manna fuit, sedisse & fuisse dominum. Ecce sic scriptura habet: Facient (inquit) mihi sanctuarium (quod Hebraice Misiach, & Græce ἁγίασμα dicitur) & habitabo in medio eorũ. Inde præcipiam & loquar ad te supra propitiatorium de medio duorũ Cherubin, qui erũt super arcã testimonij. Ecce quid potuisset ad hãc rem nostram ac institutum dici clarius? Quippe ait: Inde de sanctuario prẽcipiam, & loquar ad te. Sic de caniſtro azymorũ ait: Ad ostium tabernaculi, ibi loquar ad te. Præterea, de adolendo incenso: Pones altare cõtra velum quod ante arcam pendet testimonij, coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi, & in quo loco apparebo tibi. Vnde in Leuitico sic legitur: Vocauit Moysen, & loquutus est ei dñs de tabernaculo testimonij. Et postquàm omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculũ testimonij, & gloria domini impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis nube operiẽte omnia, & maiestate domini choruscãte. Insuper ait: Loquere ad Aaron fratrem tuũ, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca, vt non moriatur, quia in nube apparebo super oraculum. Nullus hominũ sit in tabernaculo, quando pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se, & domo sua, & vniuerso cœtu Israel. Sic quũ

B ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquẽtis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij, inter duos Cherubin, vnde & loquebatur ei: Hic Targum habet, quum ingrederetur Moyses in tabernaculum fœderis ad loquẽdum cum deo. Septuaginta vero habẽt: Audiuit vocem domini loquẽtis ad eum: Et quãdo nõnulli facti fuere immundi super anima hominis, nec poterãt facere phase. Respondit Moyses: State vt consulam, quid præcipiat dominus de vobis. Rursus in alio loco: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quòd senes populi sint ac magistri, ac duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecum, vt descendam, & loquar tibi. Sic toties legitur de gloria & maiestate domini, quæ apparuit ad ostium tabernaculi. Inde est, quod in castris, quãdo proficiscí voluerunt filij Israel, quum eleuaretur arca domini, dicebat Moyses: Surge domine & dissipẽtur inimici tui (Ibi est Adonay) & fugiãt qui oderunt te à facie tua. Quum aũt deponeretur, aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israhel. Targum habet: Reuertere domine, habita in gloria tua in medio multitudinis Israel. Septuaginta vero habent: Conuertere domine mille milliaria in Israel. Quis ergo non videt, nisi graui Sodomitarũ cæcitate laboret, intra tabernaculum, intra sanctuarium, & supra arcam fuisse dominum? Sed & de ostio tabernaculi frequentissime fuisse loquutũ dominũ ex scripturis apertum fit. Quod si dominus deus sua præsentia ceruicosos & rebelles Iudæos honorare dignatus est, ita vt vniuersa Israelitarum multitudo gloriari potuerit. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Neq; item natio est, quæ deos appropinquãtes habeat, quemadmodum nobiscum est, & inter nos habitat dominus deus noster. Quid ergo Capharnaitæ,

C Christi sese humiliantis negãt præsentiam? qui tamen quum esset æqualis deo, sese nihilominus non modo humiliauit, formam serui accipiens, sed & vsq; ad mortem crucis sese exinaniuit. Quiq; in vltimo suo vale ad discipulos, vt esset vere & perpetuo Emanuel, ait: Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Toto ergo cœlo errant Capharnaitæ nostrorum temporum asseuerantes, deum in sacramento non esse, neq; hoc fieri posse. Et sic similes sunt ijs scribis incredulis, de quibus hodiernũ dicit Euãgelium, vt verbis Christi credere noluerint. Quàm potẽs autem fit verbũ Christi, partim hodiernũ docet Euãgelium. Nã offertur: Iuxta Matthæum paralyticus iacens in lecto, offertur illi in Capernaum ciuitate sua, ob frequentes prẽdicationes, quas illic fecisse legitur: Portabatur iuxta Marcum, Marci. 2. à quatuor. Et quũ, quo minus eum illi offerrent, prẽ turba impedirẽtur, nudauerũt tectum vbi erat, & patefaciẽtes submiserũt grabbatũ, in quo paralyticus iacebat, iuxta Lucam: Ascenderũt supra tectum, & per tegulas submiserũt eum cũ lecto in medium ante Iesum. Et ecce quid fit? Huic qui tam grauiter ægrotarat, ait: Surge, tolle grabbatum tuum, & vade in domũ tuam. Et statim, inquit Marcus: Surrexit ille, & sublato grabbato abijt inde coram omnibus, magnificãs deum, Lucæ. 5. Vides, ne quid, aut quãtæ sit efficaciæ verbũ dñi? Sed & aliam insuper auscultа historiam. Filia principis synagogæ mortua fuit, cui ait: Thabita Kumi, vel Attabita Kumi: Tu mea filia surge. Et confestim surrexit puella, & exijt fama hæc in vniuersam terram illam. Huc accedit, quod scriptum est de mortuo quodam adolescente, vnico matris suæ filio. Lucæ septimo: Cui ait dominus: Adolescens tibi dico, surge, & resedit, qui erat mortuus, cœpitq; loqui. Iam manifestum est, quanta vis verbi, surge, fuerit. Ait paralytico: Surge, & confestim surrexit.

Leuitici. 6
Leuit. 12
Leuit. 14
Leui. 16
Leuit. 23
Exodi. 25
Exod. 25
Exod. 30
Leui. 1
Exodi vlt.
Leuit. 19
Numeri. 7
Nume. 11
Numer. 16 & multis alijs locis
Lucæ. 5
Marc. 12
Matth. 9. Marci. 5

Dein q

Dein qui portabatur à quatuor, ipſe portat grabbatulum ſuum. Mortuæ dicitur puellæ: Surge & confeſtim ſurrexit. Iſte vero qui portabatur defunctus in loculo, ſimulatq; audit: Surge, illico
Lucę. 6 reſedit. Sic porro leproſo ait: Mundare, & mundatus eſt. Sic viro habenti manũ aridã, ait: Extende manũ, & extendit, & ſanatus eſt. Sic Lazarus quatriduanus, iam fœtens in ſepulchro, audit: Lazare, veni foras, & ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis. Et facies illius ſudario erat ligata. Sequitur aliud æque grãde miraculũ, iuxta probaticã piſcinã, quę
Iohannñ. 5 cognominatur Hebraice Bethſaida, quinq; porticus habens, in his iacebat multitudo magna lãguentium, cæcorũ, claudorũ, aridorũ, expectantium aquæ motum. Angelus autem domini deſcendebat ſecundũ tempus in piſcinã, & mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinã poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacũq; detinebatur infirmitate. Erat aũt quidã homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc autẽ quũ vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet, quia iam multũ tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondet ei languidus: Domine, hominẽ non habeo, vt quũ turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam, dum venio enim ego, alius ante me deſcendit. Dixit ei Ieſus: Surge, tolle grabbatũ tuũ, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabbatũ ſuum, & ambulauit. Hic animaduertere oportet,
Chryſoſto mo in Mat thæum. non eſſe vnum ac eundem paralyticũ, de quo hodiernũ ſonat Euãgelium. Nã ille apud piſcinã Hieroſolymis iacebat, hic in Capharnaum, & ille trigintaocto annis laborauit, de hoc vero nihil tale adſcriptum eſt. Præterea, nullos ille habuit miniſtros, hunc afferri ad Ieſum à miniſtris, videmus. Ad hæc confide fili dixit huic: Remittũtur tibi peccata tua. Illum vero interrogauit, an vellet ſanus fieri. Accedit, quod in Sabbato illum curarit, hunc vero non in Sabbato. Nihil eũ tale hic accuſare Iudæi videntur. Poſtremo, poſt hoc ſignum tacuerũt Iudæi. Poſt illud im portuni proſequebantur. Cæterũ hiſtoria de Moyſe dicta, fuit exemplum ſupremæ confidentiæ in deũ, vt ſiue eleuaretur, ſiue deponeretur arca, ſemper Moyſes confidenter clamauit ad do
Deuter. 33 minum. Nam amãtiſſimus domini habitabit confidenter. Et in hodierno Euãgelio paralyticus audit: Confide fili, remittũtur tibi peccata tua. Idq; frequentiſſimũ eſt in Euãgelio, quod ad
Matth. 9. confidentiã ſui prouocet Chriſtus. Vnde mulieri, quæ duodecim annis profluuiem ſanguinis paſſa eſt, & quæ retro accedens, tetigit fimbriã veſtimenti eius, ait dominus: Confide filia, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et quum ambularet ſupra mare, conturbatis Apoſtolis, coniĳci-
Marc. 6. Iohan. 16 entibus eſſe phãtaſma, ait: Confidite, ego ſum, nolite timere. In vltima vero cœna ſic prædicauit eiſdem Apoſtolis: In mũdo preſſurã habebitis, ſed confidite, ego vici mundũ. Quo verbo docemur, vt in tribulationibus noſtris, ac preſſuris in tranſitu Iordanis cum arca ſemper ad deum, tanquã ſacrã anchorã confidenter confugiamus. Id quod cytharœdus ille magnus faciẽs,
Pſal. 16. ſic exclamauit: In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer. Et iterũ: Ad te domine leuaui animã meã. Deus meus in te confido non erubeſcam.
Pſal. 56 Et iterũ: Miſerere mei deus, miſerere mei, quoniã in te confidit anima mea, & in vmbra alarum tuarũ ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Clamabo ad deum altiſſimũ, qui benefecit mihi. Pro-
Pſal. 90 pterea confidẽter cecinit idem ipſe Pſaltes: *Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectiõe dei cœli commorabitur. Dicet domino: Suſceptor meus es tu, & refugiũ meũ, deus meus ſperabo in eum. Quoniã ipſe liberabit me de laqueo venãtium, & à verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circũdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæ-*
Pſal. 117 *monio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à detris tuis. Bonum eſt itaque confidere in domino, quàm confidere in homine, id quod etiã bellicis in rebus, ſacræ teſtãtur hiſtorię. Eapropter Iudith illa mulier ſic orat: Reſpice contra caſtra Aſſyriorũ nũc. Et ecce quid*
Iudith. 9 *factum eſt? Holophernes ille princeps militiæ regis Aſſyriorũ aduerſus ciuitatem Bethuliã, venit cum exercitu potẽtiſſimo, & amputatur à muliere illi caput. A muliere (inquàm) quę penitus cõfidebat in domino. Ad mare rubrum vero, vt dñs interfecerit Aegyptios, notiſſima eſt*
Exo. 14. *Exodi hiſtoria. Nam timuit populus dñm, & crediderũt domino, & Moyſi ſeruo eius. Sed & Sennacherib rex Aſſyriorum, aſcendẽs contra Hieruſalem, ſic tãtæ inopiæ nuntiauit Ezechiæ. Hæc dicit rex magnus, rex Aſſyriorũ: Quæ eſt iſta fiducia tua, qua confidis? aut quo cõſilio, vel fortitudine rebellare diſponis? Super quem habes fiduciã, quia receſſiſti à me? Ecce cõfidis ſuper baculum arũdineum cõfractum iſtũ ſuper Aegyptũ, cui ſi inniſus fuerit homo, intrabit in manũ eius, & perforabit eã. Sic Pharao rex Aegypti, oñibus q cõfidũt in eo. Quod ſi reſpõderis mihi: In domino deo noſtro cõfidimus. Nonne ipſe eſt, cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria? &c. Sed & vnna nocte vnius angeli gladio fere totus illius exercitus occiſus eſt. Non ita-*
Pſalm. 32. 1. Regũ. 14. *q; ſaluatur rex per multã virtutem, nec in multitudine virtutis ſuæ. Fallax eñ eſt equus ad ſalutem, imò hoc verum eſt, quod Ionathas ait: Non eſt difficile domino ſaluare, vel in multis, vel in paucis. Imo hoc commune habet dominus, quod plerunque ſuis victoriam præbeat, etiam ſi pauci ſint aduerſus multos, id quod Abrahæ fecit aduerſus quinque reges, & Gedeoni, ac aliis. Et quis (obſecro) non ingenue confitebitur, virtute, potẽtia, ac brachio exceſi domini, res*

Auſtriæ

A Austriæ in ſummũ diſcrimen per obſidionem adductas, in integrum reſtitutas eſſe? Nam conſtat tanto ac tam numeroſo militum ſuorũ exercitu, Turcã in Auſtriã impreſſionem feciſſe, vt non vir viro, ſed centeni vni congredi viderent. Verum ſi reſpicimus ad exitum negotij, num non (quæſo) damno ingenti tam hominũ, quàm equorũ, camelorũ, & reliquarũ rerum amiſſione, tandem rebus infectis Solymãnus vtcunq; potentiſſimus diſcedere coactus fuit? Cuius beneficij diuini memores nos cuncti Chriſtifideles, merito oĩbus ſequentibus deinde ſeculis vitæ noſtræ anniuerſariã gratiarũ actionem Deo Opt. Max. ſoluere debemus. Sic eñ poſteaquã Moyſes ac vniuerſus populus à Pharaone liberati fuere, cecinerunt carmen domino, dicentes: Cantemus dño. Sic pariter interfecto Holopherne, fuſoq; illius exercitu, cãtauit cãticum domi Exodi.15.
no Iudith, dicẽs: Incipite domino in tympanis. Cantate domino in cymbalis. Modulamini illi pſalmũ nouum. Exultate & inuocate nomen eius. Dominus nomen illi. Ita Dauid quàm plurimos pſalmos habet gratiarũ actionis pro victoria, qui etiam inter cætera ſic cecinit: Exurgat deus & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à fa- Pſal.77.
cie eius, ſicut deficit fumus, deficiãt. Sicut fluit cera à calore ignis, ſic pereant pctores à facie dei Quum itaq; (proh dolor) propter peccata noſtra dominus ſuper nos adduxerit gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, Deut. 28 in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguã intelligere non poſſumus, gentem procaciſſimam, quę non defert ſeni, nec miſeretur paruuli, quæ deuorauit fructum iumentorum, ac fruges terræ noſtræ, quæ non reliquit nobis triticum, vinum, oleum, armenta boum, & greges ouium. Et quæ nobis vrbes & muros deſtruxit, iuxta prophetiã Moyſi. Propterea diutius nobis dormiendũ non eſt, ſed ſurgendũ cum paraly
B tico. Hora eñ iam eſt nos de ſomno ſurgere inquit Paulus. Propius eñ noſtra eſt ſalus, quàm Roma.13
quum credidimus. Surgamus deniq; cum Lazaro fœtente quatriduano, ſi forte mortui ſimus in peccatis cogitationum, loquutionum, operum, & malæ conſuetudinis. Sic eñ hortatur idem Apoſtolus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Quod ſi conſepulti ſumus cum Chriſto, optimum & neceſſarium eſt, vt reſurgamus cum illo, & tum demum confidenter iuxta arcam cum Moyſe orare poterimus: Surge domine, & diſſipentur inimici tui, inimici quidem Turcæ. Et fugiant qui oderunt te à facie tua. Et reuertere domine ad multitudinem filiorum Iſrael. Conſurgite itaque & ſequimini, & dominus per tranſitum deſerti Iordanisq́ue ſemper vobiſcum erit, Amen.

SERMO LIX.

Quum videritis arcam fœderis domini dei veſtri &c. Ioſue tertio.

ARGVMENTVM.

Authoritate ſcripturæ & eccleſiaſticorum illuſtrium virorum, probatur veritas Euchariſtiæ, & q̃ illa ſit oblatio.

C 

Egitur in Exodo, dominum deum quum vellet coram oĩ plebe apparere ſuper montem Synai, ſic præcepiſſe populo: Conſtitue termi
nos populo per circuitũ, & dices ad eos: Cauete, ne aſcẽdatis in mon Exod. 19
tem, nec tangatis fines illius. Quumq; eduxiſſet Moyſes eos in occurſum dei, ſteterunt ad radices montis. Deſcenditq; dominus ſuper montem Synai in ipſo montis vertice, & vocauit Moyſen in cacumen eius. Quo quum aſcendiſſet, dixit ad eum: Deſcende & conteſtare populum, ne forte velit trãſcendere terminos ad videndũ dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoq; qui accedunt ad dñm, ſanctificentur ne percutiat eos. Dixitq; Moyſes ad dominũ: Non poterit vulgus aſcẽdere in montẽ Synai. Tu eñ teſtificatus es & iuſſiſti, dicens: Pone terminos circa montẽ & ſanctifica illũ, cui ait dñs: Vade deſcende, aſcẽdesq; tu & Aaron tecũ. Sacerdotes aũt & pp̃lus nõ tranſeãt terminos, nec aſcendãt ad dñm, ne forte interficiat illos. Ad illius myſterij imitationẽ, Moyſe ſeruo & amico dei mortuo, dũ eſſent Iſraelitę trãſituri Iordanẽ, p̃cepit Ioſue, filius Nun, miniſter Moyſi, cui ſoli inter Iſraelitas egreſſo de Aegypto Ioſue.1.
cũ Caleph datũ eſt videre terrã lacte & melle manantẽ, vt inter pp̃lm & arcã ſpaciũ eſſet cubitorũ duorũ milliũ. Quę res figura fuit, vt quũ de arcanis fidei ſanctę ageret, & potiſſimũ de deo, illiusq; p̃ſentia, & Euchariſtię ineffabili myſterio ac ſacramẽto, nõ plus ſapere oportere, q̃ ad ſobrietatẽ attinet. Scrutator eñ maieſtatis opprimet à gl'ia ingt Salomon. Et, altiora te ne q̃ſieris ingt ſapiẽs. Deinde is, quẽ nequaq̃ vulgariter in tertio cœlo edoctũ cõſtat, ait: Noli altũ ſapere, Romañ. 11
ſed time.

Roman. 12 sed time. Et itez: Non alta sapiẽtes, sed humilibus cõsentiẽtes. Id quod facere nõ solent, q̃ sunt D
sapientes in oculis proprijs, stulti vero corã domino. Et hoc est quod toties repetitur in themate nostro, ne propius appropinquemus ad arcã. Id quod sic intelligendum est, vt constãti fide, & bonis operibus appropinquare studeamus ad dñm. Illud em̃ ipsum Iacobus in sua canonica
Iaco. 4. docet: Appropinquate (inquit) deo, & ipse appropinquabit vobis. Iuxta Prophetã enim: Non
Hiere. 23 deus de longe, sed approximãs est. Vnde per Hieremiã prophetã sic ait: Deus appropinquans, Ego dicit dominus, & non deus de longe. Si absconderur homo in absconditis, & ego nõ videbo eum, dicit dominus: Nunquid non cœlum & terrã ego impleo, dicit dominus. Sic autẽ velle appropinquare deo, illiusq̃ sanctis mysterijs, vt quis nihil in sacramẽto credere velit, nisi manibus contrectet & oculis videat, hoc voluit prohibere Iosue, dicens: Cauete, ne appropinquetis ad arcã. Quisquis itaq̃ talia attentauerit aduersus fidem catholicã & orthodoxam, is impius fit, necesse erit. Paulus siquidem ait: Fides est substãtia rerum sperãdarum, argumentum non apparentium, ad Hebræos. 11. Ob id diuus Aurelius Augustinus recte & sancte docuit: Fides non habet meritum, vbi humana ratio prẽbet experimentum. Eapropter Thomas Didymus incredulus audit: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt. Inde Icaro nimis alte volanti, frequens est in ore interrogatio per cur & quomodo. Sic Nicodemus interrogat satis perniciose: Quomodo potest homo renasci, quum sit senex? Iohan-
Iohan. 6. nis tertio. Et Capharnaitæ: Quomodo potest hic nobis dare carnem suã ad manducãdum? Sic fecerunt Israelitæ aduersus potentiã dei, hæsitãtes ac dicentes: Nunquid poterit parare mensam in deserto? Eiusmodi autem interrogationes à primo tentatore suum ortum habent & acce- E
perunt. Nam sic serpens callidior cunctis animãtibus terræ, dicit ad mulierem: Cur præcepit
Gene. 3. vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Hæc vt primum cum serpente disputare cœpit, vt secretiora dei scrutari voluit, illico decepta est, maledictionem accipiens. Propterea Paulus electionis vas, non modo Gamalielis auditor, sed Christi electus discipulus, & doctor gentium, raptus in tertium cœlum, hoc didicit, vt exclamaret in rebus altissimis: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Quisquis ergo cum deo pugnare cœperit, quasi perscrutaturus secreta omnia, hoc sentiet quod Iacob sensit pugnãs cum domino, cuius fœmur emarcuit. Nam illius nomen mirabile, & ineffabile tetra-
Gen. 32. grammaton est. Propterea Moyses sese indignum putãs tractare diuina mysteria, respondit
Exo. 4. domino: Obsecro domine, mitte quem missurus es. Esaias vero mysteria dei enarrare non po-
Hiere. 1 tuit, nisi de Seraphim veniret vnus, & forcipe tangeret os eius, mundaretq̃ labia eius. Hieremias autem dicturus, quæ diuina fuere mysteria, clamat: Ah, ah, ah, domine deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et longum esset altius repetere Gazophylacia, & sancta sanctorum, quid il-
Ezechiel. 1. la significarint. De quibus Ezechiel non tãtum meminit, sed & in Euãgelio dominus ait Apo-
2. 3. 4 stolis: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, alijs autem in parabolis. Hinc veterum & forte Pythagore doctrina est ac symbolum: Figurã dei in annulo non esse gestandã. Publice nãq̃ de deo disputare, non est admodum vtile, siue probabile, id quod infelicissima sub Arrianis tempora tradiderunt. In ijs itaq̃ & similibus sacramentarijs rebus, verbo dei quasi firmissimæ anchoræ innitendum est, quia hic oportet captiuare intellectum in obsequium Christi. Ap-
propinquare vero nos deo conuenit, ac vtilissimum est, si iuxta hodiernã ad Ephesios epistolã F
renouemur spiritu mentis nostræ. Induamusq̃ nouum hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Si deponamus mendacium, loquentes veritatem vnusquisq̃ cum proximo suo. Si irati fuerimus, non peccãtes. Si sol non occidat super iracundiam. Si nullum demus locum diabolo. Si laboremus manibus nostris. Et vt summatim dicã: Si declinauerimus à malo facientes bonum, tum deus appropinquabit nobis. Intrare vero intra tabernaculum, intra sancta sanctorum ad arcã, hanc aperire, tum vrnã aureã, & manna prophanis contrectare manibus, hoc est curiose inuestigare, quomodo totus & integer Christus possit esse ac sit in manibus sacerdotis, valde periculosum ac detestabile est. Nihil autem securius erit, quàm simplici fide stare & credere id, quod simplici verbo testatus ẽ, ac fecit dominus, & nunc ferè per mille quingentos annos tota fecit & credidit ecclesia, ac sancti dei homines. Verum hic quid non audent pseudoprophetæ, apostatæ, capharnaitæ? ij enim quo simpliciores de plebe seducant, inter cætera non verentur asserere præcipuos ecclesiæ etiã primitiuæ doctores, illius fuisse sententiæ, vt in sacramento altaris, neq̃ verum corpus, neq̃ verus sanguis sit Christi, imò pro sacrificio haberi non debeat. Huius peruersi & ementiti dogmatis, primus author Oecolãpadius fuit, qui in libello de genuina verborum interpretatione, circa sacramentũ ausus est in publicum edere & affirmare. Augustinum nempẽ, atq̃ alios ecclesiæ doctores. Idem quod ipe
Ignatius sub Traiano vixit. sensit peruersissimè docuisse. Sed videamus obiter, num vera sint, quæ simplici popello inculcãt. Et ecce Ignatius Iohãnis Euãgelistæ discipulus ac auditor, in ea epistola quã scribit Ephesi
is, docet, vt frequenter illi ad Eucharistiã accedant, eo quod contra potestatem satanæ, etiã pro

animas

A animaꝝ immortalitate, nulla fit efficatior medicina, q̃ fractio panis in Eucharistia. Ireneus Polycarpi, hoc est discipulus discipuli Iohãnis Euang. in. 5. libro aduersus hæreses ait: Quãdo calix mixtus, ac panis fractus, verbũ dei senserint, Eucharistia fiat sanguinis ac corporis Christi. Dein. 4. libro cõtra hæreticos ca. 32. in hæc verba scripsit: Eum q ex creatura panis est, accepit, & gratias egit, dicẽs: Hoc est meũ corpus, & calicẽ similiter, q est ex ea creatura q̃ est secũdum nos, suũ sanguinẽ cõfessus est. Et noui testamẽti, nouã docuit oblationẽ, quã ecclesia ab apostolis accipiẽs, in vniuerso mũdo offert deo, & alimenta nobis præstat, primitias suoꝝ muneꝝ in nouo test. de q̃ in duodecim prophetis Malachias sic p̃significauit: Nõ est mihi volũtas in vobis, dicit dñs oñipotẽs: Et sacrificiũ nõ accipiã de manibus vestris, qm̃ ab ortu solis, vsq; ad occasum, nomẽ meũ glorificat inter gẽtes, & in oñi loco incẽsum offert nomini meo & sacrificiũ puꝝ, qm̃ magnũ est nomẽ meũ in gẽtibus, dicit dñs oïpotens. Vides hic ex Ireneo, post Photinũ martyrẽ in Gallia Lugdunensi ep̃o, discipulo discipuli Iohãnis Euãg. duo doceri? Primũ q̃d Chrũs ex creatura panis, fecerit corpus, & ex creatura calicis fecerit sanguinẽ suũ. Secũdo, q̃d hãc nouã oblationẽ noui test. per vniuersum mũdũ ecclesia acceperit ab apl̃is. Et q̃ apte Malachiã prophetã inducit. Porro Dionysius Areopagita, quem in alio loco probauimus extitisse Athenis ẽsem, Pauli discipulũ, vocat Eucharistiã cõmunionẽ deificã, supremũ sacramẽtũ ac oblationẽ. De Tertulliano q̃d dicã? quãdo in professo est hũc extitisse nõ longe à tẽporibus apostoloꝝ. Hic inter cætera docet: Caro pascit corpe & sanguine Chri, vt aia pascatur à deo. Et iteꝝ. 4. lib. aduersus Martionẽ: Agnus paschalis figura fuit, corpis & sanguinis dñi, q̃d ad edendũ & bibendũ nobis dedit. Et panis quẽ suis distribuit discipulis, fecit vnũ eẽ corpus. Et iteꝝ: Si vere Chrũs corpus suũ nõ tradidit, iã panis pro nobis crucifixus est. Origenes Adamãtius filius Leonidis inter cætera sic scribit: Pascha pro sacrificio altaris oblatũ. Et alibi: Verbũ quod
B deus est, fatetur se panẽ dare, q corpus illius eẽt. Et iteꝝ: Manna olim ænigma fuit, nũc vero caro eius vere cibus est. Cyprianus epũs in Carthagine sub Valerio p oẽs epistolas probat veritatẽ corpis & sanguinis dñi. Describit & duo miracula, q̃ cõtigere iuxta sacramentũ. Gregoriꝰ Nazianzenus ante mille ducẽtos annos, p̃ceptor Hieronymi cõstanter affirmat, Eucharistiam oblationẽ esse, & q̃d sacerdotes offerãt magnũ deũ. Basilius magnus, in sua missa facit oblationẽ ex corpe & sanguine Christi. Id q̃d etiã Chrysostomus, q olim Antiochiæ, postea Cõstantinopoli verbũ dei p̃dicauit, probat nõ modo veritatẽ corpis & sanguinis, sed & oblationẽ esse sacramentũ hoc. Hilarius Pictauien. epũs itidem probat. Ambrosius sub Diocletiano, afer, hoc idem tenet. De Hieronymo q̃d dicã? quũ ille totus in hac sentẽtia fuerit, quã nos credimus & p̃dicamus. D. Ambrosius temporibus Theodosii & Honorij, ac Valẽtiniani, Mediolani p̃dicans de Satyro fratre, scribit: Vt Eucharistia à naufragio liberauerit eũ. Et in alio loco: Olim offerebatur agnus paschalis, offerebaꝫ & vitula. Nũc aũt q̃tidie offertur Chrũs. Et idẽ Ambrosius docet serm. 34. Post quadragesimã eẽ manna suscipiendũ. Itẽ. 2. lib. officioꝝ, quod in calice verus
C fit sanguis. Notissima insup est historia scripta, p eundẽ Ambrosiũ de Sixto & Laurentio martyribus primitiuæ ecclesiæ, vt diuus Laurẽtius post Sixtum clamauerit: Quo progrederis pater sine filio, sine q̃ nunq̃ offerre cõsueueras? Ex qua historia clarũ est, etiã tẽporibus Decij, & intra hæc tẽpora, quibus trigintaquatuor primi Romani põtifices, martyriũ passi sunt, Eucharistiam oblationẽ fuisse. De Athanasio sub Cõstante ac Valente nihil dicã, quãdo in professo est hũc virum extitisse catholicũ. Sed quãdo Oecolampadius multoꝝ corda fideliũ terruit hoc figmẽto, quasi dius Aurelius Augustinus in Aphrica Hyponeñ. Epũs, etiã suæ sentẽtiæ fuerit, propterea paulo latius hac de re ex Augustino disserere placet, q̃ cũctis manifestũ fiat, q̃ impudẽter ac temere sensum ecclesiæ puertant nostroꝝ tẽpoꝝ Capharnaitæ dãnatissimi. Augustinus quippe ante mille ducẽtos annos, panẽ hũc supersubstantialẽ vocat. Et q̃d discipulis in cœna nouissima dederit suũ corpus ac sanguinẽ. Item q̃d mãna fuerit (inqt) figura cibi spiritalis, q̃ facta est veritas in Eucharistia. Et ad Cresconiũ grammaticũ scripsit: Corpus & sanguinem dñi vnicã nostræ salutis oblationẽ esse. Et de verbis dñi sermonem faciẽs, ait: Curandũ esse, vt qs frequẽter mãducet corpus dñi. Et addit: Ante verba Christi, panis est. Quũ vero dicta sunt verba, nõ amplius poterit vocari panis, sed corpus est Christi. Et idem Aug. de quodã Hesperio scribens, inter cætera dicit ob Eucharistiæ præsentiã fugatũ esse dæmoniũ. Cæteꝝ ad Iulianũ comitẽ scribens, ait: hoc eẽ beneficẽtiæ Chri, q̃d sese p̃buerit ad mãducandũ. Et in alio loco, qñ dñs dixit: Hoc est corpus meũ. Ecce corpus suũ propriũ habuit ac gestauit in manib⁹. Et iteꝝ: Aliud erat pascha Iudæoꝝ, & aliud est, q̃d honorifice tenemus de corpe & sanguine Chri. Et disputãs cũ Cresconio grãmatico, intrepide dicit: Corpus & sanguinẽ in sacramẽto oblationẽ esse. Quippe in sacramẽto illo, operaꝫ etiã sp̃us sanctus. Proin, iteꝝ ait: In baptismo & Eucharistia sunt magna miracula. Quid q̃d verbũ faciẽs de ijs, q̃ cõtigere in Emaus, idẽ August. affirmat Eucharistiam datã eẽ discipulis? Et Punici baptismũ vocauerũt salutẽ, sacramẽtũ aũt corpis Chri, vitã. Sed si singula recẽsere instituã, dies me deficeret, maxime si declarare perrexero, q̃ Augustinus de viatico, de quotidiana q̃q cõmunione tradiderit. Hoc solũ suffecerit Augustinũ li. 17. ca. 20.

Hireneus.

Tertullia. sub Seuero & Antonino Caracalla.

Tertul. de resurrectione.

Tertul. 4. lib. aduersꝰ Martionem.

3. li. ad. Mar.

Homilia. 24. sup numeꝝ.

In Matth.

Hosii. 35. Ho. 7. in nũeros.

Cy. li. 3. epist. Li. 4. epist. 12.

In sermõe de cœna dñi ad Iubaianum.

Li. 3. &. 5. ad Quirinum

In carminib⁹ ad episcopos

Chrysos. Ho. 17. ad Heb. & hom. 83. sup Matth. & lib. 6. dial. 64. ac Homil. 60. in Matth. de p̃ditiõe Iudæ.

Hilarius libr. 8. de trinitate

Hier. ad Rusticã, ad Hedibiã, in epi. ad Titũ, & in sexcẽtis alijs locis.

Augu. 22. de ciuit. dei ca. 8

Aug. psal 33.

Aug. li. 2. cõtra Petilionẽ.

Lib. 1. contra Cresconium grãmaticũ.

Aug. lib. 3. de trinit. cap. 4.

Aug. lib. 2. de visitatiõe infirmorum Augu. ad Ianuarium.

de ciuitate dei multis cõmemorare verbis, veritatẽ esse corpis & sanguinis Christi in sacramẽto, & q̃d Eucharistia oblatio fit. Redeat ergo nũc lampas domus infernalis Oecolampadius, cũ sua Megæra dea infernali, & respondeat, qua temeritate ausus fuerit hãc maculã inurere Augustino, q̃d ille crediderit ac docuerit in sacramẽto altaris nõ esse verũ corpus, verũq; sanguinem. De Gregorio magno, q̃ tẽporibus Phocæ ante nongẽtos annos vixit, quid dicã aliud, q̃ quod alioquin notissimũ est, olim & sub illius pontificatu, in hostia miraculose apparuisse digitũ contra mulierẽ incredulã. De sacramẽto aũt q̃d senserit, hisce verbis explanat: Quotidie offeram (inquit) hostiã carnis & sanguinis Christi. Nã hęc oblatio saluat animas à dãnatione. Quippe corpus illius administrat pro salute populi. Hilarius Pictauorũ in Gallia epũs ante mille ducentos annos probauit in sacramẽto verũ esse corpus ac sanguinẽ. Quid dicã de Cyrillo patriarcha Alexandrino? qui cõfidẽter docuit, ante cõsecratiõis verba cibũ ac potũ esse cõmunẽ, post verba vero & benedictionẽ, fit cibus potusq; salutis. Illud idẽ fere ñsdẽ verbis Damascenus ille cõfirmat, dicẽs: Ante cõsecrationẽ nihil aliud esse, q̃ panẽ & vinũ, sed post cõsecrationẽ transeat, vel transsubstãtietur panis in corpus, & vinũ in sanguinẽ Christi. De Theophilo Alexãdrino nihil hic dicã, quãdo cõstat hũc etiã sensisse in hũc modũ. Cassiodorus affirmat, tũc prophetiã hãc verã factã esse: Tu es sacerdos secundũ ordinẽ Melchisedech: qñ saluator suũ corpus, suũq; sanguinem distribuit. Fulgẽtius ad quæstionẽ Mominñ respondens, ait: Christi corpus ac sanguis offert in ecclesia, & annus me deficeret, si reliquos diuinæ scripturæ interpretes, qui sancto spũ inspirati sunt enumerare, ac in mediũ adducere velim. Nemo aũt est, quẽ præterire possit Berengarium in Vercellensi & alijs Cõciliis dãnatũ esse. Quẽadmodũ Ephesinũ Cõciliũ dãnauit. Nestorianos eò quod parũ recte sentirẽt de Eucharistia. Et Liranius de Melito. Amphilochus de Licaonia. Flauianus de Antiochia, dãnarũt Messalieñ. q̃d simili modo impie de Eucharistia crederẽt. Sed qs ita excæcatus fuerit, quęso, cui nõ appareat veriora multo eẽ ea, quę primitiuæ ecclesiæ martyres ac doctores de Eucharistia docuerũt, tradiderũtq;, q̃ ea, quæ (proch dolor) nostra tẽpestate hæretici post tot secula impie fingũt, nõ verẽtes omniũ Cõciliorũ decreta conuellere. Fuere in Cõcilio Niceno episcopi trecenti, decẽ & octo. In Cõcilio Ephesino ducẽti. In Cõcilio Cõstantinopolitano centũ, quinquaginta. In Cõcilio Calcedoneñ. sexcenti triginta. In quodã Cõcilio Carthaginẽsi, ducẽti, triginta nouem. In Concilio Aphricano, ducẽti, decem. In Cõcilio Mileuitano, ducenti, quatuordecim. In Cõcilio Arelateñ. centum, tredecim. In Cõcilio Toletano, sexagintaduo. In alio rursus Toletano Cõcilio, sexagintatres, ac tandẽ in tertio Toletano, quinquagintaduo. Prætereo Aquirineñ. Neocesarieñ. Gangreñ. Antiochenũ & alia Cõcilia, in quibus, tot viri sancti, & vndiquaq; doctissimi cõgregati fuere, q̃ oẽs eadẽ docuerunt, q̃ vobis p q̃tidianas nostras p̃dicationes tradidimus. Iã ipsimet inter vos disquirite, nũ sanctius ac salubrius fuerit, stare à partibus tot fide dignorũ testiũ, q̃ cũ seditiosissimis nostrorũ tẽporũ apostatis monachis. Huc ptinet, q̃d strictim supra attigimus p Germaniã, Hispanias, Gallias, imo p totũ terrarũ orbẽ veritatẽ sacramẽti, tot coruscare miraculis. Id q̃d Basilius, Beda, Iohãnes eleemosynarius, Pascasius, Ambrosius, Augustinus, ac alij tradiderũt, & in multis regnis, prouintijs ac locis, miraculorũ monumẽta etiãnum restãt. Quin ipse Cyprianus Afer, Carthagineñ. epũs & martyr, in sermone quinto, de lapsis inter cætera scribit, q̃d mulier, q̃ de sacramẽto indigne erat loquuta, vel indigne illud sumpserat, morte subitanea perijt. Deinde ob idẽ facinus alia, q̃d nõ recte dijudicasset corpus dñi dæmonijs obsessa ẽ. Quid dicã interim de sacerdote indigno, cui pro hostia cinis in manibus remãsit. Si aũt tu his q̃dẽ vtcũq; arduis ac euidẽtibus signis cõtẽtus fueris, producã age fusius, magnũ illud signum, q̃d ante nongẽtos annos Gregorij magni tẽpore cõtigit, vbi realiter in venerabilis sacramẽti hostia digitus est visus. Cæterũ ne hoc q̃dẽ prætermittẽdũ censeo, q̃d Eusebius scribit: Serapionẽ in Alexãdria in grauissima infirmitate decũbentem, virtute illius sacramenti, robur, & firmitatẽ recepisse. Tẽpore eñ Augustini (vt ipsemet. 22. de ciuitate dei testatur) dæmonia virtute illius sacramẽti profligata sunt. Gregorius fidedignissimus testis, scriptũ reliquit Papã Agapitũ, cuidam muto & claudo, honorabile hoc sacramẽtũ præbuisse, & è vestigio mutũ esse loquutũ. Quũ itaq; videritis arcã fœdaris dñi dei vestri, in qua per figurã erat manna, certissima Eucharistiæ figura, & sacerdotes secundũ ordinem Melchisedech institutos ad hoc sacramẽtũ in cœna nouissima portãtes eã, cõsurgite, & cũ sensu catholico sequimini eã. Securius est eñ vobis imitari catholicos, q̃ peruersos hæreticos. Cauete aũt ne appropinquetis, nimia & superflua curiositate ad arcã, illiusq; mysteria. Non enim alta sapere, & quæ supra nos, & vires nostras sunt, oportet. Scrutator eñ diuinæ maiestatis opprimetur à gloria. Quod si hoc feceritis, erit dñs deus vobis merces magna nimis. Fiat fiat.

In historia tripartita.

Ad Titum tertio.

Hæreticum hominem, post vnam & secundam correptionẽ deuita, sciens quia subuersus est qui huiusmodi est & delinquit, quum sit proprio iudicio condemnatus.

Reue-

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC ILLVSTRISSIMO

Sacri Romani Imperij Principi, & domino, Dn. Bernardo tituli S. Stephani in Celio monte Presbytero, Cardinali, ac Episcopo Tridētino, Romanorꝝ, Hungariæ, Bohemiæq; &c. Regis, supremo Cācellario. Iohānes dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Viennen. Salutē & omne bonum.

MEmoria teneo Reuerendissime ac Illustrissime sacri Romani Imperij Princeps, domine colēdissime, quo studio quaq; pietate me Reuerēdissima ac Illustrissima V. Celsitudo Viennam Iunio Mense iam acto ire properantem dehortata fuerit, quum & pericula, quæ me manerēt recenseret, & quanto vsui isthic in Aula Romanorꝝ Hungariæ ac Bohœmiæ &c. Ferdinandi regis nostri piētissimi mea præsentia foret, ostenderet, feci fateor inuitus, cp tam pie monenti nō sum obsequutus, sed quū oculis animi mei Viennensis dominici gregis mihi commissi pericula intuerer, rapiebar toto impetu, meumq; diutius officium desiderari pati non potui. Ferreus enim vere sim oportet, quū Turcarꝝ tyrannum Lupum videam truculentissimum, rapacissimis, facinorosissimisq; stipatum agminibus hianti ore, ouile mihi creditum obambulātem, ouibusq; meis exitium parantem, nisi arrepto pede me illi obijcerem, præsertim q scia, qua truculentia, immanis ac dira belua hæc triennio ante, dentes in innocentissimorum hominum stragibus, ac in obsidione inclytæ Viennensis vrbis exercuerit, rictum fœdissimi oris, pio sanguine imbuerit, nulla neque sexus neque ætatis ratione habita, adeo, vt infantem ne matris quidem lactātis viscera vel vbera, aduersus efferatam beluæ rabiem tuerentur. Ad hæc diuina oracula animo hęrebant. Speculator em̄ (inquit per Ezechielem dominus) si viderit gladium veniētem, & nō insonuerit buccina, & populus se nō cu Ezech. 33.
stodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. His minis equidem speculator quum sim & Episcopus, non commouerer? Non buccina verbi dei, ac Euāgelij tuba, populo, vt se tueatur signum darē? quū videam gētem peccatorum fortasse nostrorum vltricem, ac flagellum orbis Christiani, de extremis terrę finibus in similitudinem Aquilæ volantis cum Deute. 28.
impetu aduenire, cuius linguam intelligere non possis, gentem procacissimā quæ non deferat seni, neq; misereatur paruuli, vt est in Deuteronomio. Bo- Iohan. 10.
nus pastor (inquit dominus & saluator noster) animam suā dat pro ouibus suis, Mercenarius autem, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venien-

tem,ac deserit oues,fugitq̄,& lupus rapit,ac dispergit oues,mercenarius au tem fugit,quia mercenarius est,& nihil ꝓtinet ad eū de ouibus,idcirco oues non sunt sibi curæ,Quocirca veniam mihi dabit celsitudo vestra, si boni pastoris officium sequutus festinantior in discessu ex Aula forte q̄ expectabatur fuerim. Vidi enim vidi lupum atrocissimum venientem, palantes trepidare oues meas,vocem pastoris deliderare. Equidem Episcopatum ab inuictissimo Romanorum rege Ferdinãdo mihi oblatum, cp videbam alias tenuem,& ære alieno oppressum,& Turcicis cladibus penitus afflictum,perditumcq̄,vt nouit Reuerendissima ac Illustrissima dominatio vestra,multū ac diu recusaui,tandem regia bonitate victus,hoc vnum studui regiæ clemẽtiæ meum vt officium probarem, tametsi emolumenta fructusq̄ laboribus pares minime essent,cp vt antea semper feci,sic his calamitosissimis,turbulẽtissimisq̄ temporibus me facturum,ac pro virili præstitisse confido. Intono itaq̄ quantum ex alto conceditur buccina verbi dei, confluit frequens contio,audit auide vocem pastoris, milites etiam,qui alioqui natura ferociores sunt,templum complent,piæ ac religiosæ rei sacræ operam dant, animo alacri & erecto quotidie supra modum concordibus votis tyranni furiẽtis aduentum expectant,crescit dei metus & cultus,immanissimi latronis Turcarę minæ contemnũtur. Hinc augurium capio fore,vt superbissimi illius Goliatis Philistæi,crucis & nominis Christi atrocissimi hostis spiritus aliquando tandem frangantur,minuatur audacia,potentia,quæ dormitantibus nobis hucusq̄ in vtramque aurem maxima facta est,corruat. Cuius meæ buccinæ sonitum,ad vestræ quoq̄ clementiæ aures peruenire volui, tum vt celsitudinem vestram Reuerendissimam ac Illustrissimam mihi alioqui multis nominibus suspiciendam ac venerandam,si hac parte peccassem, placarẽ, tum vt mei studij,officijq̄ libellum hunc veluti testem obsidemq̄ mitterem,quem vt grato,benignoq̄ animo,pro incredibili humanitate,pietateq̄ sua,Celsitudo vestra Reuerendissima,suscipiat,me etiam ac paupertatem meam,serenissimo Romanorum Hungariæ,Bohœmiæ &c̄. Regi Ferdinando cõmendare non cesset,etiam atq̄ etiam rogo. His valeat Reuerendissima ac Illustrissima dominatio vestra,meq̄ vt solet semper cõmendatū habeat. Datum Viennæ vltima die Augusti,Anno a Christo nato.

M. D. XXXII.

Iohannis

A

IOHANNIS FABRI EPISCOPI VIENNEN. SERMONES DE VICTORIA CONTRA TVRCAS.

SERMO I.

VIriliter agite & confortamini. Nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem, quæ est cum eo, multo enim plures nobiscū sunt q̄ cum illo. Cum illo enim est brachiū carneum, nobiscum dominus deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq̄ pro nobis.

Verba sunt Ezechiæ illius regis Iuda & Hierusalē, regis quidem optimi, deo deuoti ac feliciſſimi, ſcripta. ij. Paralip. xxxij.

De pœnitentia.

B 

Repidantibus vobis, & forte non abs re ob immaniſſimi Turcarum tyranni, grauiſſimi equidē crucis & nominis Chriſti hoſtis impreſſionem, huiuſq̄ nunq̄ ſatis laudatæ vrbis Viennenſis obſidionem, & expugnationē forte cogitantibus, viſum eſt mihi pro ædificatione veſtra hoc officium ſacerdotis præſtare debere, quod olim ad ſacerdotē legis Moſaicæ pertinebat. Sic enim in Deuteronomio ſcriptum eſt: Deute. 20
Si exieris ad bellum cōtra hoſtes tuos, & videris equitatus & currus, ac maiorem q̄ tu habeas aduerſarij exercitus multitudinē, non timebis eos, quia dominus deus tuus tecū eſt, qui eduxit te ē terra Aegypti. Appropinquante aūt iam prælio, ſtabit ſacerdos ante aciem & ſic loquetur ad populū. Audi ō Iſrael. Vos hodie contra inimicos veſtros pugnā cōmittitis, nō pтimeſcat cor veſtrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia dñs deus veſter, in medio veſtri eſt, & pro vobis cōtra aduerſarios pugnabit, vt eruat vos de periculo. Ab hoc exēplo ego functiōis paſtor & ſacerdos, ptermittere nolui, vt nō malagma cōſolatiōis adhiberē, & erigēdi animi cauſa veluti frigidū ſuffunderē. Inſtituere aūt atq̄ telā hāc potiſſimū ab hac hiſtoria exordiri placuit, q̄ eſt Ezechię regis, cui⁹ hiſtoria nō mō in q̄rto regnoꝝ libro, ſed & ī ſcdo, qn etiā in ſecūdo Paralip. & per Eſaiā prophetā, ac tandē in Eccō libro deſcripta, honorificē- 4. Reg. 20.
C tiſſimeq̄ repetita eſt. Sic aūt contigiſſe legitur tēporibus Ezechiæ regis, Senacherib rex Aſſyriorum ingreſſus eſt inſtar locuſtaꝝ cū potētiſſimo exercitu Iudam, obſeditq̄ ciuitates munitas, rectaq̄ totū belli impetū vertit cōtra Hieruſalē, idq̄ factū eſt anno. 14. regis Ezechiæ, nuntiauitq̄ per Rapſacem de Lachis quid eēt facturus in Hieruſalē, & nō modo regem Ezechiā, ſed & ipſum dominū deū ſpreuit. Ezechias aūt rex, qui ſemper in dominū deum Iſrael ſperauit, poſt quē ſcriptura teſtāte, modo nō fuit ſimilis de cūctis regibus Iuda, ſed neq̄ in his, q ante eum fuerunt, & adhæſit dño, nec receſſit à veſtigijs eius, fecitq̄ mandata eius quæ præceperat dominus Moſi. Vnde erat dominus cum eo. Et in cunctis ad quæ procedebat ſapienter ſe agebat. Inijt cū principibus Concilij, viriſq̄ fortiſſimis vt obturarēt capita fontium, qui erāt extra 2. Para. 32
vrbem. Aedificauit quoq̄ agēs induſtria omnē murum qui fuerat diſſipatus, & extruxit turres deſuper & forinſecus alteꝝ muꝝ. Cōſtituitq̄ principes bellatoꝝ in exercitu & cōuocauit vniuerſos in platea portæ ciuitatis, ac loquutus eſt ad cor eoꝝ dicens: Viriliter agite & cōfortamini, nolite timere, nec paueatis regem Aſſyrioꝝ, & vniuerſam multitudinē quæ eſt cū eo, multo em̄ plures nobiſcū ſunt q̄ cū illo, Cum illo em̄ eſt brachiū carneū, nobiſcū dñs deus noſter, qui auxiliator eſt noſter, pugnatq̄ pro nobis. Et valde cōfortatus eſt populus huiuſcemodi verbis Ezechiæ regis Iuda, & ecce quid factū eſt. Miſit dominus angelum ſuum: Qui percuſſit omnem virum robuſtū & bellatorem & principem exercitus regis Aſſyrioꝝ. Occidit aūt vna nocte angelus iuxta Eſaiam, centum octoginta quinq̄ millia. Cūq̄ Senacherib diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuoꝝ, & recedens abijt, Et reuerſus eſt rex Aſſyrioꝝ, & manſit in Niniue: Cūq̄ adoraret in tēplo Neſrach deū ſuum Adramelech & Saraſar filij eius percuſſerūt eum gladio, fugeruntq̄ in terrā Ararath iuxta Eſaiam, quæ eſt terra Armeniorum, & regnauit Aſaradon filius pro eo. Cogita obſecro & oēs mentis tuæ rationes explica, quiſquis es nō mo-

do prophanarum,sed sacrarũ historiarum lector diligens atq; solicitus,num alicuius regis tam D
felicem vnquam victoriã inueneris. Vna eñ nocte occisi sunt de hostibus Ezechiæ regis Iuda,
centum octogintaquinq; millia,etiã cum Ezechias ne gladiũ quidẽ euaginarit. Cæterũ versus
est improbus ac blasphemus ille Senacherib rex Babyloniæ in fugam,& q̃ primũ ille domum
rediit,in tẽplo,& coram deo suo Nesrach occisus est,à duobus proprijs filijs suis Adramelech,
& Sarasan,forte dubitabis,& quæres,quisquis pius auditor astas, vnde nam Ezechiæ regi Iuda
& Hierusalem talis ac tanta contra potentes inimicos contigerit victoria? Ecce huic optimo re
gi antea non audita victoria ea potissimũ de causa euenit,quod in tanta trepidatione cõstitutus,
omnem spem atq; fiduciam iecerit in dominũ,& non modo per Esaiam huius temporis pro-
phetam deprecatus est dominũ,sed & ipse rex primo omniũ loco instar pœnitentiũ scidit ve-
stimenta sua,& opertus est sacco. Et licet hoc præconiũ habuerit & habeat Ezechias rex,quod
non ambulauerit in via Achas regis Iuda patris sui,sed fecerit quod erat bonum coram dño iu-
xta omnia quæ fecerat pater eius,nihilominus hac & tanta aduersitate imminente scidit vesti-
4.Reg.18 menta & operuit se sacco. Neq; hoc facto contentus erat,sed iuxta id quod scribit Esaias pro-
Esa.37 pheta, Misit Eliachim qui erat super domũ dñi,& Sobnam scribã,& seniores de sacerdotibus,
operros saccis,ad Esaiam filiũ Amos prophetam. Quod signũ certe pœnitẽtię fuit,& inde do-
cemur,vt in simili tribulatione constituti,purpurã & byssum illius in Euangelio diuitis abijcien-
tes,sacco induamur. Iste eñ vestitus est,quo si quis ex vero & cõtrito corde indutus fuerit,ve
Lu.16 niam peccatorũ suorũ & gratiam à deo proculdubio cõsequetur. Sic temporibus Ionæ prophe E
Ionæ.2.3 tæ,qñ adhuc intra.40.dies Niniue ciuitas illa magna subuerti debuerat,& non modo viri Ni-
niuitæ sese vestirent saccis à maiore vsq; ad minorem,sed & rex surgeret è solio,& abijceret ve
stimentum suum à se,indutus q; sacco sederet in cinere,ita placatus est dñs,vt hisce verbis scri-
Ionæ.3 ptura testimoniũ dederit. Misertus est dñs super malitiã quam loquutus fuerat,vt faceret eis,&
Matth.12. non fecit. Et hæc res tantum laudis & meriti habet in Euangelio,vt etiam dñs dicat: Viri Nini-
Lucæ.11. uitæ surgent in iudicio cum generatione hac,& condemnabunt illam,quia pœnitentiã egerunt
in prædicatione Ionæ. Quid dicam super rege Achab omniũ quos terra vnquã sustinuit pessi-
mo,ac vxore eius Iesabel? Cuius alter similis inuẽtus nõ est,qui tanta perpetrarit mala in cõspe
ctu domini. Hæc inquam maledictio venit super eos. Canes comedent Iesabel in agro Iesabel.
Si mortuus fuerit Achab in ciuitate,comedent eũ canes. Si aũt mortuus fuerit in agro,comedẽt
eum volucres cœli. Cũq; Achab audisset sermones istos,scidit vestimenta sua,& operuit cilitio
carnem suam,ieiunauit q; & dormiuit in sacco,& ambulauit demisso capite. Et factus est ser-
mo dñi ad Heliam Thesbyten dicens: Nõne vidisti humiliatum Achab corã me,quia igitur hu
Iudith.8. miliatus est mei causa,nõ inducã malũ in diebus eius? Iudith illa sanctissima mulier,cum à Na-
buchodonosor rege Assyriorũ, princeps militiæ Holophernes destinatus esset,vt nõ solum ob-
sideret & expugnaret Bethuliam vrbem,sed totum terrarũ orbem suæ ditioni subiugaret,illiq;
militiæ principi,cẽtum vigintiquinq; millia peditũ pugnatorũ,& equites sagittarios duodecim
Iudith.9. millia cõsignaret,esset q; res propemodũ apud sacerdotes desperata, mulier hæc religiosissima
ingressa est oratoriũ suum,& induens se cilitio, posuit cinerẽ super caput suũ,& prosternens se F
clamabat ad dñm, dedit q; dñs per hãc mulierẽ salutẽ & redemptionẽ populo suo,ita vt tan-
Iudith.14 dem caput Holophernis suspenderetur super muros Bethuliæ ciuitatis. Sic Matathias sub An-
1.Math.2 tiocho radice peccati,videns exustionẽ ciuitatis Hierusalẽ,& desolationẽ templi,cũ quinq; filijs
suis,scidit vestimenta sua,& operuerũt se cilitijs,& planxerunt valde. Propterea Matathiæ da-
tum est à dño vt triumphauerit super filios superbiæ,& prosperatum est opus in manibus eo-
rum. Post Matathiam aũt de glorioſissimo Iuda Machabæo legitur,quod aduersus hunc exie
1.Mach.3 rint quadraginta millia virorũ,& septẽ millia equitũ,ijs etiã iuncti sunt exercitus Syriæ,& terrę
alienigenarũ,& ecce vt Machabæus cũ populo cõgregari sunt, & venerũt in Masphat contra
Hierusalẽ,qa locus orationis erat in Masphat ante Israel, & ieiunauerũt illa die,& induerunt se
cilitijs,& cinerẽ imposuerũt capiti suo,& dissuerũt vestimẽta sua, & clamauerunt voce magna
in cœlũ,propterea Iudas cũ tribus dũtaxat millibus fudit & profligauit totũ exercitũ inimicorũ
suorũ,& acceperũt aurũ multũ & argentũ & hyacinthũ & purpurã marinã & opes magnas de
spolijs castrorũ. Denuo q̃q; cũ redire cogitaret Lisias cõtra Iudæos,& Antiochiæ milites colle-
gisset,itẽrũ Iudas Machabæus cũ populis sciderũt vestimẽta sua, & planxerũt planctu magno,
& imposuerunt cinerẽ sup caput suũ,& ceciderunt in faciẽ super terram,& exclamauerũt tubis
signorũ,& clamauerũt in cœlum,& data est illi victoria magna,ita etiã vt Nicanorem, ac alios
aduersarios suos prospere vicerit. Sic tẽporibus Esdræ cõuenerunt viri Israel,in ieiunio & sac-
cis & fumus super eos,& steterũt ac cõfitebantur pcta sua,& iniquitates patrum suorũ. Mar
Hester.9. dochæus aũt in magna tribulatiõe scidit vestimenta sua,& indutus est sacco,spargens cinerem
capiti,& in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat,ostendẽs amaritudinem animi,hoc q;
eiulatu vsq; ad fores palatij regis Assueri gradiens. (Nõ eñ erat licitum indutum sacco aulam
Hester.4 regis intrare)& liberationẽ inuenit à dño. De magno aũt illo propheta Daniele scriptura sic lo

quitur,

A quitur: In anno primo Darij filij Assueri, de semine Mœdorꝫ, qui regnauit super regnum Chaldæorum. Ego Daniel posui faciem meam ad dominũ deum meũ, vt rogarem & deprecarer in ieiunijs, sacco & cinere, & oraui ad dñm deũ meũ, & confessus sum, dicens: Peccauimus, iniquitatem fecimus, o dñe deus magne & terribilis, impie egimus, & recessimus, & declinaulmus à mãdatis tuis, ac iudicijs. Auertatur (obsecro) ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Hierusalem, à monte sancto tuo. Et quũ hæc atq; alia his similia multa oraret Daniel, ecce vir Gabriel orans tetigit atq; erudiuit illum. Sic Iob: Saccũ (inquit) cõsui super cutem meam. Videtis itaq; charissimi non modo Ezechiam regem, sed & alios hanc habuisse consuetudinem, vt in angustijs & tribulationibus constituti, sacco se operuerint, & hoc pœnitentiæ signum erat. Vtilissimũ itaq; vobis fuerit, vt quum gladium venientem super vos formidetis, citissime exuentes veterem hominem, induatis nouum, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis, ad q̃d vos vehementer ac sæpe cohortatus est Paulus. Sic em̃ ad Romanos scribit: Fratres, nunc est tẽpus nos de somno surgere, nunc est em̃ propius salus nostra, q̃ crediderimus, nox præcessit, dies autẽ appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarꝫ, & induamur arma lucis. Sic vt in die honeste ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induimini dominũ Iesum Christũ. Ephesijs autẽ inculcat vt induant armaturã dei, quo fortius stare possint aduersus insidias diaboli. Hæc autẽ oñia fiunt, si pœnitentiã egeritis super peccatis vestris, ad quam nos toties primarij præcones Euangelij exhortati sunt. Præcursor em̃ dñi qui vinũ & sicerã non bibit. Cuius cibus erat locusta & mel syluestre, pilis camelorꝫ vestitus, sic in deserto clamat: Pœnitentiam agite, appropin-

B pinquabit enim regnum cœlorũ. Sic saluatoris thema fuit: Pœnĩam agite appropinquauit em̃ regnum cœlorum. Et septuagintaduo discipuli, quãdo etiam adhuc dominus ambularet super terram, pœnitentiam prædicarunt. Hanc commemorat ipse quoq; dominus & saluator erga discipulos euntes in Emaus. Et hoc est, quod dominus ait: Nisi pœnitentiã egeritis, omnes simul peribitis. Propterea laudantur Niniuitæ, quod pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Ediuerso vero Corozaim & Bethsaida audiunt: Væ tibi Corozaim: Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. Hanc pœnitentiam etiam primo loco prædicauit Petrus. Interrogatus enim ab auditoribus. Quid faciemus? Respondit: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi. Porro secundo, cum ad porticum Salomonis prædicaret, alta voce clamauit: Pœnitentiam agite, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Hanc etiam prædicauit Paulus, testificans Iudæis atq; Gentibus in deum pœnitentiam. Et in insula Pathmos, quando Iohannes dilectus deo discipulus, temporibus Domitiani pateretur exilium, aliquoties pœnitentiam prædicat. Et ecce Petrus seruus & Apostolus Iesu Christi sic docet: Non tardat dominus promissionem suam, sicuti quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Quanta vero pœnitẽtiæ sit vis, hoc primo per Hieremiam testatur dominus, dicens: Si pœnitentiam egerit gens illa à malo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Et subito loquar de Gente & regno, vt ædificem & plantem. Vide, hic non solum ob vnius peccatoris pœnitentiam agentis, iuxta doctrinam domini ad gaudium prouocan-

C tur angeli, sed & ad vestram pœnitentiam, etiam dominus pœnitẽtiam aget, vt malum quod cogitarit, non fit facturus. Secũdo loco magnus ille propheta Ezechiel, cui iuxta fluuium Chobar aperti sunt cœli, & qui vidit visiones magnas, sic prophetauit: Viuo ego dicit dominus deus: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua quam operatus est, viuet. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, inquit dominus deus, & non vt conuertatur à vijs suis & viuat. Conuertimini itaque (ait dominus deus) & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel, quia nolo mortem morientis, dicit dominus deus: Reuertimini & viuite. Et in Iohele propheta ita legitur. Sic dicit dominus deus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad dominum deum vestrum, qui benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Quis scit si conuertatur, & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionem. Videtis itaque dilectissimi ab exemplo Ezechiæ regis Iuda, quantum profuerit sese humiliare, prosternereq; coram deo, operire se sacco, & pœnitentiam agere. Viriliter itaq; agite & confortamini. Dominus enim auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Fiat, fiat.

Dane. 9 Iob. 18 Ephe. 4 Roma. 13 Ephe. 6 Marci. 13 Lucæ. 13 Matth. 12 Matth. 10 Luce. 23 Acto. 2 Acto. 3 Apocal. 2 2. Petr. 1 2. Petr. 3 Hiere. 18 Ezech. 1. Ezechie. 18

SERMO II.

SERMO POSTMERIDIANVS VIENNAE

habitus super eo, quod Ezechias rex Iuda & Hierusalem hortatus est populum, dicens:

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De oratione & clamore ad dominum pro victoria.



Valis & quanta ex dono dei victoria contigerit ac data sit Ezechiæ regi, dictum est à nobis præcedenti sermone. Intellexistis charissimi primam neq; contemnẽdam huius ac tantæ victoriæ causam. Quod pientissimus ille rex imminẽte tribulatione sua, & populi sui, sese sacco pœnitentiæ operuerit. Restat nunc vt è sacrarũ literarũ promptuarijs eruamus, ac ad hanc rem pertinentibus historijs alteram sequentem optimeq; fundatã causam largitæ diuinitus liberationis, & victoriæ declaremus. Præcipuam autem nec aspernandam inuenio E eam ac talem, quod sese cum suis, & præcipue cũ Esaia propheta filio Amos conuerterit ad dominũ deum, quem orauit ac deprecatus est hisce verbis: Dñe deus exercituum, deus Israel, qui sedes super Cherubin. Tu es deus solus omnium regnorũ terræ, tu fecisti cœlũ & terrã. Inclina dñe aurem tuã & audi. Aperi oculos tuos, & vide tribulationem nostrã, & audi oñia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandũ deũ viuentem. Vere eñ desertas fecerũt reges Assyriorũ terras & regiones eorũ, & dederunt deos eorum igni, non eñ erant diĳ, sed opera manuũ hominũ lignũ & lapides, & cõminuerunt eos. Et nunc ò dñe deus noster, salua nos de manu eius, & cognoscant oñia regna terræ, quia tu es dñs deus solus. Ecce sanctissimã Ezechiæ orationẽ ad dominũ, de qua scriptura sic habet, orauerũt Ezechias rex, & Esaias filius Amos prophetæ, aduersus blasphemiã Sennacherib, ac vociferati sunt vsq; in cœlũ. Valida & præpotens res est ad dominũ deũ in necessitatibus clamor & oratio, id quod multis locis scriptura testatur. Sic eñ in Exodo legimus, quando fecerũt Israelitę sibi vitulũ conflatilem & adorauerũt, atq; immolãtes ei hostias dixerunt. Isti sunt diĳ tui Israel, q te eduxerũt de terra Aegypti, & ob id eos voluit delere dñs. Moyses orat & orauit ad dñm deũ suum, dicens: Cur domine irascitur furor tuus contra populũ tuũ, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna & manu robusta. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Placatus est dominus ne faceret malum, quod loquutus fuerat aduersus populum suum. Sic in Numeris, quando dñs ob peccata populi serpentes misit ignitos, ad quorũ plagas & mortes plurimi venerũt ad Moysen, & dixerunt: Peccauimus, quia loquuti sumus contra dñm & te. Ora vt tollat à nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo, & dedit ei dñs medelam, serpentem quidẽ æneum pro signo. Quem quũ percussi aspicerent, sanabant, qui serpens quidem tam efficax erat, vt etiã hunc cõmemorarit dñs ad Nicodemũ pharisæum, dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic oportet exaltari filiũ hominis. Mansit hic quidem serpẽs, atq; durauit vsq; ad tempora Ezechię regis nostri, cuius hoc periculoso tempore historias & res bene gestas, felicesq; victorias prædicare decreuimus. Posteaquã autẽ populus instar idololatrarũ hunc serpentem adorare cœpit, & verus ille serpens in cruce passurus erat, confractus est ille serpens ab Ezechia nostro, qui tamen precatione Moysi ob populi salutẽ erectus est. Quid dicã de Moyse vero amico dei, homine quidem mãsuetissimo, primario propheta, cui nõ modo dñs apparuit in rubo ardenti, & in nube, sed & ei loquutus est facie ad faciem. Toties auertit oratione irã dñi, ac placauit dominũ, sed quũ in mediĳs belli prælijs versemur, & recta dirigendę sint acies nostræ aduersus hostes, audi quantopere præstiterit Moysen pro victoria rogasse dominũ. De hac re sic scriptura dicit: Venit Amalech, & pugnabat contra filios Israel in Raphadim, dixitq; Moyses ad Iosue. Elige viros, & egressus pugna contra Amalech cras. Ego stabo in vertice collis, habens virgam dei in manu mea. Fecit Iosue vt loquutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalech. Moyses autem & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis, quumq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel, sinaũt paululum remisissẽt, superabat Amalech. Fugauit itaq; Amalech & populũ eius in ore gladiĳ, ac tã valida fuit oro, vt ad Moysen dñs dixerit: Scribe hoc ob monimentũ in libro & trade auribus Iosue. Delebo eñ memoriã Amalech sub cœlo. Aedificauitq; Moyses altare, & vocauit nomen eius, dominus exaltatio mea, dicens:

Exo. 32

Nume. 20

F

Iohan. 3

Exodi. 3

Exod. 17

Quia

A Quia manus ſolius domini & bellum dei erat contra Amalech in generatione & generationẽ, miranda & reuera nunquã tacenda eſt aduerſus Amalechitas hiſtoria. Ioſue pugnauit à mane vſq; ad occaſum ſolis cõtra Amalech & populũ eius. Et agnoſcit Moyſes manũ ſolius dñi prę-ualuiſſe contra Amalech, & quemadmodũ Septuaginta verterunt hiſce verbis: Dominus glo-rificauit Moyſen, dicens: Dominus refugium meũ, quoniam in manu occulta pugnat domi-nus. Qua re docemur non tam conſcribere oportere milites, quàm ſemper in eum ſperare, qui manu occulta, ſecretoq; conſilio pugnat pro nobis. Et hoc eſt quod tamen huc vſq; pauciſſimi animaduertunt. Murmurantibus & clamantibus ad Moyſen Iſraelitis, dicentibusq; ad mare ru-brum. Forſitan non erant ſepulchra in Aegypto, ideo tuliſtis nos vt moreremur in ſolitudine, Exodi.14
quòd Moyſes ait: Nolite timere, ſtate & videte magnalia dñi quæ facturus eſt hodie. Aegypti-os eñ quos nunc videtis nequaquã vltra videbitis vſque in ſempiternũ. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Hæc verba, vos tacebitis, in Hebræo, Chaldæo, & Græco apud Septua-ginta legũtur, nec ſine myſterio magno. Nam ſi deus pro nobis, quis contra nos? Etiã tacenti-bus nobis. Quod quidẽ euidenti & grandi miraculo monſtratũ eſt, quod eo tẽpore quo deſpe-ratiſſimi fuere Iudæi ad mare rubrum, diuiſa eſt aqua, & ingreſſi ſunt filij Iſrael per mediũ ficci maris. Erat eñ aqua, quaſi murus à dextra eorũ & leua, inſequentesq; Aegyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & oñis equitatus Pharaonis. Currus eius & equites per mediũ maris, fugientibus tan-dem Aegyptijs concurrerunt aquæ. Inuoluitq; eos dominus in medijs fluctibus, reuerſæq; ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fue-runt mare, ita vt ne vnus quidem ſuperfuerit ex eis, liberauitq; dñs populũ Iſraeliticũ de manu
B Aegyptiorũ, & viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, & manũ magnã, quã exercue-rat dñs contra eos, ita etiã vt cecinerit Moyſes & filij Iſrael carmen domino. Prophetiſſa quoq; Maria ſoror Aaron habens tympanũ in manu ſua ante oñes mulieres inter cætera præcine-bat, dicens: Cantemus domino, glorioſe eñ magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in Exod.15
mare. Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro. Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare, ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. Quis ſimilis tui in fortibus domine? Quis vnquam au-diuit talia, dic rogo facta. Nolo tamen vt hic tibi perſuadeas quaſi victoria hæc atque tanta cõ-tigerit abſque vlla oratione. Nam in tanta trepidatione ad perſequutionem Pharaonis, vbi cœ-perunt Iſraelitæ obiurgare Moyſen, ait ad Moyſen dñs: Quid clamas ad me? Quã interro-gationem oñes quotquot recte de ſcriptura dei ſenſerunt, interpretati ſunt ſemper non modo oraſſe, ſed & clamaſſe ad dominũ Moyſen, ac propterea dominũ dixiſſe. Quid clamas ad me? Vides itaq; qſqs non confidis ſuper baculum arundineũ, nec cũ maledicto ponis carneum bra-chium tuũ, aut cum impio Sennacherib rege Aſſyriorũ brachium carneum geſtas. Vbique prę-ualuiſſe etiam in medijs tumultibus, bellicis & prælijs ad dominum deum orationem. Nolim hic prolixius recitare, nec altius repetere libet vt, quantum præſtiterit oratio Annæ ſterilis, cui datus eſt Samuel propheta, quæ fleuit largiter in Sylo. Taceo de Daniele, qui tribus vi-Danie.6
cibus orabat in die quotidie. Prætereo Heliam prophetam, qui ſuis precationibus non modo mortuum ſuſcitauit viduæ Sareptanæ filiũ, ſed & precatione ſua obtinuit, vt non plueret ſuper
C terrã, tribus annis & menſibus ſex, atque iterũ orans obtinuit vt plueret, exiccatis vndique flu-minibus. Nam ſi has & huiuſcemodi diuinitus inſpiratas hiſtorias recenſuerim, dies & annus me deficerent, dumtaxat pro erigendis, inſtaurandisq; animis veſtris, vobis tanquam Chriſtifi-delibus iam in re militari verſantibus ad cõſolationem, non ex Vegetio de re militari, nõ ex Iu-lio Frontino de ſtratagematibus, non ex Onoſandro de optimo Imperatore, aut alijs lacunis, ſed exipſo ſacrarũ ſcripturarũ fonte viuenti eas hiſtorias recitare volui, tanquã ex fonte viuenti-um aquarũ domini dei & ſaluatoris noſtri. Has ſiquidem hiſtorias ad præſentia tẽpora quadrare & in primis conducere putaui. Inter quas aũt dilectiſſimi vna eſt, qua regnãte Demetrio anno 2.Macha.1
.169. Iudæi ſcripſerunt ad eos, qui per Aegyptũ diſperſi fuerunt hæc verba. Orauimus ad dñm & exauditi ſumus. Et vt Neemias orauit cũ ſacerdotibus, pſallerentq; ſacerdotes hymnos dño, grande miraculum ſequebatur. Ita etiam vt rex Perſarum ſatis admirari nequiret. Oportet itaq; orare, clamare, vociferariq; ad dominum hiſce temporibus, ſi velimus vt dominus exaudiat nos à quo dependet omnis victoria. Sic non modo Dauid de ſe dicit: Voce mea ad dominũ Pſalm.3
clamaui, cum clamarem ad eũ exaudiuit me. Dum clamarem ad te, exaudiſti me, & ſanaſti me. Pſalm.21
Clamaui ad dominũ & ſaluauit me. Et ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Pſal.29.30
Sed & quatuor hominum genera deſcribit egregie, & quater in vno Pſalmo teſtatur de eis idẽ Pſal.119
Propheta regius Dauid, dicens: Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de neceſſita-tibus eorum eduxit eos. Inter illos autem primi ſunt redempti de manu inimici. Cæterum, qui Pſal.106
errarunt in ſolitudine in inaquoſo qui viam habitaculi nõ inuenerunt. Quorũ anima cũ eſuriret, & ſitiret nõ inuenerũt. Inſuper ſedẽtes in tenebris & in vmbra mortis, vinctiin mẽdicitate & fer-

ro, cla-

ro, clamauerunt ad dominum, & eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorũ dis- D
rupit. Etiam hi qui propter iniustitias suas humiliati sunt, clamauerunt ad dñm, qui misit ver-
bum suum & sanauit eos. Vltimo vero loco, qui descendunt mare in nauibus, facientes opera-
tionem in aquis multis quæ aliquoties ascendunt vsq; ad cœlos, descendunt rursus ad abyssos
vsque. Anima eorum in malis tabescit, & oñis sapientia eorum deuorata est. Etiam atque etiã
hi clamauerunt ad dominum cũ tribularẽtur, & de necessitatibus eorũ eduxit eos, statuit procel
lam eius in auram, & siluerunt fluctus eius. Lætati sunt, quia siluerunt, & deduxit eos in portum
voluntatis eorum. Confiteantur igitur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs ho-
minum. Quid multis? Ab exemplo Christi discamus, vt in agone constituti, prolixius oremus,
nec ad orandum certius aut efficacius exemplum vel discere, vel inuenire poteritis, ipse est ex-
emplum vitæ nostræ. Exemplum enim dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos
faciamus. Ipse caput ẽ nostrum. Antesignanus est noster, signum crucis ferens. Et nos milites
eius eo modo & eo ordine, vt ipsi sequamur eum. Qui enim non tollit crucem suam, & sequi-
tur me (inquit dominus) non est me dignus, non est meus discipulus. Quo vero ordine, cuncti
Christiani milites huius vitæ militiam sacram exercentes, se gerere debeant, ad hæc tempora
ad hanc quoq; materiam nostram satis commode, hodiernæ dominicæ in sacris recitata episto
2. Pet. 3. la diui Petri cecidisse forte nutu dei videri potest. Docet enim Symon ille Cæphas in prima
epistola. Electos aduenas dispersionis Ponti, Galaciæ, Capadociæ, Asiæ, & Bythiæ (Quas re-
giones Solymannum præsentem Turcarum tyrannum fere omnes cum exercitu suo, antequã
hanc inclytã nostrã vrbem Viennensem secunda obsidione premat, transire oportebit) Vt hi
& cuncti Christifideles in fide & oratione oñes vnanimes sint, ita vnanimiter orandum est no E
bis pro salute nostra. Ecce quàm bonum, & quàm iocundũ habitare fratres in vnum. Propter
quam vnanimitatem laudati sunt plurimũ Apostoli, vtpote semper inuenti vnanimes. Vnani-
miter enim inter se vixerunt. Vnanimiter crediderunt, vnanimiter prædicarunt, vnanimiter
persequutiones & contumelias passi sunt. Ea etiam ac tanta vnanimitate simul perstiterunt, vt
etiam ausus fuerit prædicare Lucas discipulus domini, quod credentium erat quasi cor vnum,
& anima vna. Porro Petrus in hodierna docet epistola, vt simus compatientes, id quod recte ad
nos pertinere videtur hoc tempore, qui non modo vnius ciuitatis Vienneñ. ciues, ac vnius Ar-
chiducis Austriæ, Romanoq; pariter Hungariq; Bohœmiæq; regis potẽtissimi, pientissimi, tum
vero religiosissimi, subditi sumus, sed & iuxta verbum Apostoli, inuicem membra sumus vni-
us capitis Christi quidem. Quod si per naturam vno etiam minimo patiente membro compa-
tiuntur reliqua, dignum est itaq; vt iuxta doctrinam doctoris gentium, atq; illius Apostoli
principis nempe Apostoloq;, compatiamur, subleuemusq; alterutrum. Tradit insuper & do-
cet hodiernæ diei epistola, vt simus fraternitatis amatores. Fratres quidem sumus, & primoge-
Roman. 8. nitum in multis fratribus habemus Christum. Qui etiam non erubuit, neq; confunditur discipu
Hebr. 2. los suos vocare fratres. Sic enim ad mulieres post resurrectionem dicit: Ite & nuntiate fratribus
Matth. 28 meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Et propterea Petrus, Paulus, atq; discipuli cæteri,
primitiuæ ecclesiæ primos Christianos consueuere salutare fratres. Non sit itaq; inter nos pri-
uignus aliquis, non quæ lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Sed simus vere fratres in do-
mino, ac fraternitatis amatores. Docemur præterea ex Petro, vt misericordes simus, non diri, F
non atroces, non sanguinarij instar Turcarum. Bati enim sunt misericordes, quoniã & ipsi mise
ricordiam cõsequentur. Modesti quoq; simus quemadmodũ & hodierna docet epistola. Quin
Phil. 4 ipse Paulus in hæc verba docet Apostolus: Modestia vestra nota sit oñibus hominibus. Eam
Gala. 5. ipsam ob causam inter fructus spiritus enumeratur ipsa modestia, humiles estote. Nam qui se
humiliauerit, exaltabitur. Idcirco deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, testante super
benedicta ac semper virgine Maria. Deus enim qui in altis habitat, humilia respicit in cœlo &
in terra. Superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Non reddentes malum pro malo, nec ma-
ledictum pro maledicto. Nam Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt
sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui quum
malediceretur, non maledicebat. Qui quum pateretur, non comminabatur. In hoc enim voca
ti estis, vt benedictionem hæreditatis possideatis, & subditur: Qui vult vitam diligere, & videre
dies bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet autem
à malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & sequatur eam. Quantum autem valere possit apud
deum oratio vestra communis, hoc & idem ipse Petrus docet hisce verbis, subinferens. Oculi
domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Nunc ergo vos charissimi, si hæc feceritis, si
boni æmulatores fueritis, quis est qui vobis noceat. Sed si quid patimini propter iustitiam,
beati eritis, non tam quod hæc piscator hominum dixerit, sed quod illud idem in monte præ-
dicauerit dominus & saluator noster, qui gradus ad beatitudinem enumerans, dixit inter cæte-
Matth. 5 ra. Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœ-
lorum. Timorem itaq; eorum ad vos festinantium ne timueritis, vt non conturbemini, sed vi-
riliter

A riliter agite,& confortamini. Nolite timere, neq; paueatis regem Assyriorum, nec multitudinem eius, plures enim nobiscum sunt quàm cum illo. Cum illo enim brachium carneum est, nobiscum vero dominus deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Quibus vt victoriam contra hunc tyrannum hostemq; nominis Christi dabit, ita nos in regno suo procul dubio post hanc vitam triumphare faciet. Fiat, Fiat.

SERMO III.

Viriliter agite, confortamini. Nolite timere, &c.

ARGVMENTVM.

De spe & confidentia ad dominum.



Eclaratum est superioribus primis duobus sermonibus. Vnde nam & quibus ex caussis tam grandis & inaudita victoria data fuerit Ezechiæ regi Iuda. Restat nunc vt huiusce victoriæ tertiã causam audiamus, hanc autem certo teneas eam esse, quod Ezechias omnem spem omnemq; fidutiam obtinendæ victoriæ coniecit in dominum. Et nomen Hebraicum habet Hiskiahu, quasi fortitudinem suam, & spem posuerit in deum. Vnde in regnorum libro Ezechias rex in dominũ deum Israel sperauit. Ob hanc spem Rapsaces nomine regis Assyriorum deridens interrogat. Quæ est ista fidutia qua in terris forsitan iniisti consilium, vt præpares te ad prælium in quo confidis vt auderes bellare, an speras in baculo arundineo ac confracto Aegypto. Et quis non aduertit magnæ spei & confidentiæ in deum verba esse, quæ protulit Ezechias rex ad populum in Hierusalem, dicens: Viriliter agite & confortamini, quid quòd & alij spem suam posuerunt in dominum. Idcirco plerũq; victoriã consequuti sunt. Sic em̃ legit Dauidem præualuisse Goliæ Philistæo, de quo legitur, quod fuerit altitudinis sex cubitorum & palmi, quod illi cassis ærea fuerit super caput eius, & lorica hamata ponderis quinq; millium siclorum æris induebatur. Ocreas æreas habebat in cruribus & clypeus æreus tegebat humeros eius. De Dauide vero legitur, quod tulerit baculũ suũ, quẽ sp more pastoris habebat in manibus, elegeritq; sibi limpidissimos lapides è torrente, miseritq; eos in perã pastoralem, quã habebat secũ & fundam manu tulit, aduersus quoq; Philistæum processit confidẽter dicẽs ad illum: Tu venis ad me cũ gladio, hasta & clypeo. Ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminum Israel, & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferã caput tuum à te. Et sciet om̃is terra, quia est dominus deus in Israel. Et nouerit vniuersa ecclesia, quia nõ in gladio, nec in hasta saluat dñs. Sed audi felicem victoriam vnius Dauidis sperantis in deum. Quippe misit ille manũ suam in peram, tulitq; vnum lapidem, & funda iecit, & circumducẽs eum, percussit Philistæum in fronte. & infixus est lapis in fronte eius. Et cecidit in faciem suam supra petram, quumq; gladium nõ haberet in manu Dauid, cucurrit & stetit super Philistęum, & tulit gladiũ eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, & præcidit caput eius. Propterea scriptura dicit. Præualuit Dauid aduersus Philistęum in funda & lapide. Sed & alium audi regem Asa filium Abię, aduersus quem egressus est Sara Aethyops cum exercitu, decies centena millia & cum curribus trecentis. Porro Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellũ, ac inuocauit dominũ, dicẽs: Domine nõ est apud te vlla distãtia, vtrum in paucis auxilieris, aut in pluribus. Adiuua nos domine deus noster. In te em̃ & in tuo nomine habentes fidutiam, venimus contra hanc multitudinem, dñs deus noster tu es, non præualeat contra te homo. Exterruit itaq; dominus Aethiopes, coram Asa & Iuda, fugeruntq; Aethiopes, & persequutus est eos Asa & populus, qui cum eo erat vsq; Gerera. Et ruerunt Aethiodes vsq; ad internitionẽ, quia domino cędente contriti sunt, & exercitu illius præliante. Sed & sub Helisæo propheta hoc contigisse legitur, quod Benadab rex Syriæ congregauit vniuersum exercitum suũ, & ascẽdit ac obsidebat Samariam, tam diu donec venderetur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbaꝝ quinq; argẽteis. Quumq; rex Israel transiret per murum, mulier quædã exclamauit ad eum, dicẽs: Salua me dñe mi rex. Qui ait: Non. Saluet te dominus, vnde possum te saluare? de area vel torculari? Dixitq; ad eam rex. Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit mihi: Da filium tuũ vt comedamus eũ hodie, & filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meũ & comedimus. Dixiq; ei die altera: Da filium tuũ vt comedamus eum, quæ abscondit filium suũ. Quod cũ audisset rex, scidit vestimẽta sua & trãsibat per murũ. Viditq; oĩs populus ciliciũ quo vestitus erat rex ad carnẽ intrinsecus. Sed à tantis malis ac tanta penuria rerum, quomodo liberati sint diligenter aduerte.

4.Regũ.18
2.Para.29
30.31.32
Esai.36.37
4.Regũ.18
3.Reg.17
Ecci.47.
1.Regũ.17
2.Paral.14
4.Reg.6

Scriptu-

Scriptura nanq; sic habet, dominus sonitum exaudiri fecerat in castris Syriæ, curruum & equo- D
rum exercitusq; plurimi, dixeruntq; ad inuicem. Ecce mercede conduxit aduersus nos rex Is-
rael reges Gethæorum & Aegyptiorum, & venerũt supra nos. Surrexerunt ergo & fugerũt in
tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntq; animas tantum
suas saluare cupientes. Fugierunt enim nemine persequente, & quod prophetauerat Propheta,
dicens: Cras modius simile; vno statere erit, & duo modij hordei statere vno in porta Sama-
riæ. Nam populus alioqui famelicus irruit in castra Syriæ. Ibiq; tantam multitudinem vasoꝝ,
vestium, panis, & hordei inuenit, vt id quod prædixerat Helisæus verum factum sit. Quod si
2.Regũ.22 Dauidi, si Asa, si Helisæo, ac regi Israel tam admirabiles concessæ sunt victoriæ, ob id quod Da-
Psal.14.143 uid ac alij prædicarunt, deum esse scutum omniũ sperantium in se. Et nos bene sperare oportet
2.Regũ.22 & conuenit. Deus enim est anchora nostra, refugium nostrum, auxiliator noster. Qui & si in-
Psalmo.9 gruentibus & formidantibus nobis dormire videatur in naui, hunc tamen si excitare studueri-
30.31.45 mus, auxiliatorem habituri sumus, & quod imperabit ventis ac mari, eritq; tranquillitas ma-
Hester.14. gna. Ad hunc primo loco confugere oportet, nam fine illo illiusq; præsentia, victoria nulla est.
Matthæ.8 Vnde Moyses volens animare populum aduersus Chananæos filios Enachim ait: Nolite me-
Marci.4 tuere nec timeatis eos, dñs deus q ductor est nr̃, pro nobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto
Numer.14 cunctis videntibus, & in solitudine ipsi vidistis. Exprobratq; Moyses Israelitis, quod prohibẽ-
te domino pugnare præsumpserant, aduersus Amalechitas & Chananæos. Sic enim legitur
quod venientibus Israelitis ad fines Amorræorum pugnare voluerũt. Sed dominus ait: Nolite
ascẽdere, neq; pugnetis, non em̃ sum vobiscum, ne cadatis coram inimicis vestris. Israelitæ ve- E
ro aduersantes imperio domini, & tumentes superbia percussi sunt ab Amorrhæo, qui habita-
bat in mõtibus, & persequutus est eos sicut solent apes persequi. Hac fiducia qua fruebat Moy-
ses erga dominum, ab Hebræis hoc nomen accepit, vt Cuthiel dicatur, quasi sperans in domi-
num, qui certe nunquàm deseruit eum quocũq; loco extitisset. Præliandum itaq; non est è tu-
Psalm.32 more vel superbia. Et hoc est, quod Dauid ille rex inter cętera docet. Non saluatur rex per mul
tam virtutem, & gigas nõ saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutẽ, in abun-
dantia autem virtutis suæ nõ saluabitur. Ecce oculi domini super metuẽtes eum & in eis, qui spe
rant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Ad hæc Salo-
Prouer.31 mon filius Dauid, equus paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuet. Non itaq; glo-
Hiere.9 rietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & de sua victoria con-
Psal.43 tra inimicos suos. Dauid in alio Psalmo sic cecinit: Non in arcu meo sperabo, & gladius meus
Deutero.8 non saluabit me. Ne itaq; viribus, fortitudini, exercituiq; nostro gloriam dare temere tente-
mus, audi quàm prudenter Israelitas Moyses instituerit. Sic enim populo Hebræorum man-
Deuter.9. dat. Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt,
sed recordare domini dei tui, quod ipse tibi vires præbuerit. Et iterum: Ne dicas in corde tuo,
propter iustitiam meam introduxit me dominus in terram hanc, quum populus durissimę cer-
Leuitl.26 uicis sis. Et iterum: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceri-
tis ea, dabo pacem in finibus vestris. Dormietis & nõ erit qui exterreat, auferam malas bestias,
& gladius nõ trãsibit terminos vr̃os. Persequmini inimicos vr̃os, & corruent coram vobis, per-
sequẽtur quinq; de vestris centum alienos, & centum de vobis, decem millia, ob id Moyses ce- F
Deute.32 cinit. Gens absque consilio est, & sine prudẽtia. Vtinam saperent & intelligerẽt ac nouissima
prouiderẽt, quomodo persequẽbatur vnus mille, & duo fugarũt decem millia. Sic mulieres ce-
cinerunt in tympanis lætitiæ, dicẽtes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Sic irruit spi-
1.Regũ.18. ritus dei in Sampsonem, vt de Philistæis vna asini mandibula percusserit mille viros, & hic post
Iudic.15 victoriam hisce verbis clamauit ad dominum: Tu dedisti in manus serui tui salutem hãc ma-
ximam ac victoriam. Quis ergo tam cæcus est aut esse velit, qui nõ ingenue fateatur omnem vi
ctoriam esse, venireq; à domino deo? In hunc itaq; sperare, exemplo Ezechiæ regis, multipli-
ci scripturarum testimonio docemur. Scriptum est enim per Hieremiam prophetam: Hæc
Hiere.17. dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, &
à domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricę in deserto, & non videbit, cum venerit bo-
num, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus vir qui
confidit in domino & erit dominus fiducia eius, & erit quasi lignum quod transplantatur super
aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus, & erit folium
eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando definet facere fructum.
Esaię.31 Esaias autem propheta, ea de re sic loquitur: Qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis
Psal.70 sperantes, & habentes fiducium super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia præ-
Psal.21 ualidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & dominum requisierunt. Sic præ cæte-
Psal.61. ris omnibus, Dauid rex omnem spem coniecit in dominum. Vnde spes mea domine inquit à
Psal.29. iuuentute mea, ab vberibus matris meæ. Spes mea in deo est. Beatus vir cuius est nomen domi
Psal 24 ni spes eius. Non erubescam quoniam speraui in te. In vmbra alarum tuarum sperabo. Domus
Psal.56. Israel

A Israel sperauit in domino, adiutor eorũ, & protector eorum est. Bonũ est confidere in domino quàm confidere in homine. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion non commouebitur in æternum. Hanc etiam confidentiam sæpe repetitam Euangelium habet. Confide fili, inquit ad paralyticum dominus: Remittuntur tibi peccata tua. Et confide filia, inquit ad mulierẽ sanguinis fluxum patientem. Et supra mare ambulans ad discipulos ait: Confidite ego sum, nolite timere. Et in cœna nouissima cũ essent illi subtristes, ait: In mundo pressurã habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Et hoc est quod Paulus inquit apostolus: In hoc laboramus & maledicimur, quia speramus in deum viuum. Nullus autem confusus est vnquam qui sperauit in dño. Bonus enim est dominus sperantibus in se. Spes autem impiorũ peribit. Spes enim impĩ quasi lanugo, & Salomone testante: Dens putridus & pes lassus qui sperat super infideli in die angustiæ, & amittit pallium in die frigoris. Sit itaq; verum nos ad arma eẽ paratos, omnis tamẽ spes totius boni in dominum reijci debet. Ille est qui non deserit sperantes in se. Sic Abacuc sperans propheta ait: Mentietur opus oliuæ, & campi non præstabunt frumentum. Definent à stabulo oues, & nõ erunt in præsepibus boues. Ego autẽ in domino exultabo & gaudebo in deo salutari meo. Dauid autem Cytharœdus ille regius, In te domine speraui, inquit, nõ confundar in æternũ. Et: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu, & refugium meum deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius, & non timebis à timore nocturno. A sagitta
B volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Vides itaq; ab exemplo Ezechiæ, vt spem nostrã totam non in machinas æneas, munitiones, rebusq; virium nostrarũ, sed in dominũ deum primo loco ponere debeamus. Fiat fiat.

Pſal. 124
Matth. 6
Marci. 6
Iohan. 16
1. Timo. 4
Eccle. 2.
Threno. 3.
Prouer. 30
Rapiæ. 3.
Proue. 23.
Abacuc. 3
Pſal. 90

SERMO IIII.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De patientia.

C 

Ræclaras aliquot pientissimi Ezechiæ regis virtutes accepimus. Restat vt eiusdẽ regis patientiam prædicemus, ac huius exemplo nobis profutura nonnulla speremus. Sic autem in quarto Regnorum libro legimus, Sennacherib regẽ Assyriorum vniuersas ciuitates Iuda munitas cœpisse. Tunc Ezechias rex Iuda volens saluare populũ Iuda, misit nuntium ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccaui, recede à me, & omne quod imposueris mihi feram. Indixit itaque rex Assyriorũ Ezechiæ regi Iudæ, trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. Ea quidem omnia soluit Ezechias rex pro salute populi. Rex autem Assyriorum fidem non seruauit, sed cũ manu valida tẽtauit expugnare Hierusalem, misitq; Rapsacen atq; alios, & nõ modo regem Ezechiam, sed & dominum deum cœli & terræ spreuit. In his tamen oĩbus Ezechias patientissime se habuit. Vnde illi prius non audita victoria datur. A cuius patientissimi regis exemplo in ijsce tribulationibus, & bellorum tumultibus discere oportet, vt & nos patienter ea quæ nobis aduersa cõtingunt, feramus. Ita enim cõstitutum est à primorum parentum tempore, vt pane vescamur in sudore vultus nostri. Sic enim dominus inquit ad Adam: Quia audisti vocem mulieris tuæ, maledicta terra erit in oĩbus opibus tuis. In tristitia & gemitu edes ex ea oĩbus diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos eijciet tibi, & edes pabulum agri, in sudore vultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Hanc molestiam & reuera grauem maledictionem, optimi quiq; & laudatissimi patriarchæ & prophetæ, ac sancti dei hoĩes patientissime tulerunt. Sic Abel ille iustus fratri fratricidæ suo non restitit. Sic Abraham patienter subijt, quod illi præceptum erat à domino. Vt filium suum vnigenitum, quẽ dilexerat Isaac, immolaret. Sic Iacob fugatus à fratre Esau, de domo sua patienter excedit, ac in terra aliena multis annis famulatur, tandemq; rediens, irato fratri munera præmittit. De Ioseph quid dicam? qui innocenter à fratribus venditus est, multaq; patienter etiam innocens in carcere sustinuit. Moyses vero quanta mala sustinuerit à populo durissimæ quidem ceruicis, hoc tota peregrinatio Israelitarum ab Aegypto docet. Quod si inter omnes reges exemplum patientiæ quæsieris, Dauidem regem eẽ reperies, qui non modo à Philistæis, sed & ab Israelitis, imo à proprio filio suo, & propemodũ infinitas persecutiones sustinuit. De Hieremia propheta no-

4. Regũ. 18
Para. 32
Gene. 3.
Gene. 22
Gene. 32.
Genẽ 37. 39
Hiere. 32. 37. 39.

tissimum est,quanta pertulerit.Et licet Iob vir simplex,rectus, & timens deū, recedēsq; à malo D
fuerit,nihilominus quando perdidit septem millia ouiū,tria millia camelorꝝ,quinq; iuga boum,
Iob.1 quingentas asinas.Et quando irruit ventus,qui & perdidit illi septem filios,& tres filias,respon-
dit:Nudus egressus sum de vtero matris meæ,& nudus reuertar illuc.Dominus dedit,dominꝰ
Ibidem. abstulit,sicut domino placuit,ita factum est,sit nomē domini benedictum. In omnibus his nō
peccauit Iob labrijs suis,neq; stultum quid contra deum loquutus est. Mira etiam est patientia
Tobiæ.1. Tobiæ,qui non modo in terra Chaldæorum grauem captiuitatem sensit cum fratribus, sed &
Tobiæ.2 è stercore hyrundinis,perdidit visum, & interim dolores animi sui ob Tobiam iuniorem ab-
sentem,certe non mediocres sustinuit.Sed quid fecit pius,clemens,& per omnia misericors do-
2.Petri.2 minus? Redemit quidem corde tribulatos,& mœrore confectos.Nouit enim pios de tētatio-
Gene.22. ne eripere,Abrahæ enim angelum misit,qui gladium percutienti prohibuit, & loco filij Isaac
Iob.vlt. arietem hærentem in vepribus,pro sacrificio dedit ac monstrauit.Iob vero viro patientissimo
hoc dedit dominus, vt benedixerit nouissimis Iob magis quàm principio eius,& facta sunt ei
quatuordecim millia ouium,& sex millia camelorum,& mille iuga boum, & mille asinæ,& fue
runt ei septē filij,& tres filiæ.Tobiæ vero valde tribulato contigit hoc,vt Raphael angelus mit-
teretur eidem à domino,qui custodiuit charissimum illius filium, in itinere Tobiā iuniorem,&
Tobiæ.5 contram de felle piscis fecit illum videre.Ex his & tantis historijs,Paulus Romanis prædicauit
Roma.5 ac scripsit. Tribulatio patientiam operatur,patientia vero probationem,probatio autem spem,
spes quoq; non pudefacit,quia charitas dei diffusa est in cordibus. Tu ergo quisquis es Christi
sanguine redemptus,ac illius baptismate tinctus,nihil aliud certius tenere debebis, quàm quod
militia sit vita hominis super terram,& quod te continuis tentationibus obnoxium & subditū E
Iob.7 esse oporteat.Per tribulationes enim oportet ingredi regnum cœlorum,ergo ex hac necessita-
Acto.5. te virtutem faciamus,cuius rei causa tentatur à satana dominus etiam in deserto ieiunans.Nō
Matth.4 mirum ergo si tu forte tenteris propter peccata tua,& vt velut aurum in igne proberis. Vel vt
Lucæ.4 proberis qualis erga patrem velis esse filius.Pater enim quem filium diligit,castigat. Sed nihil
Marci.1. vtilius,nihil fructuosius,nihilq; diuinius, quàm vt huius aduersitatis & tribulationis telum pa-
Ecci.2.27. tienter sustineas.Et hac parte licet tibi non desint exempla patrum, patriarcharum & prophe-
Heb.12. tarum,nihilominus ad ipsum deum,qui pater est omniū,qui possedit, fecit & creauit te,si cogi-
tatum animi tui adieceris,inuenies illum nō ab vno sed multis prophetis laudari, propterea q̄d
Psal.85. & ipse sit patiens.Sic in psalmis orat Dauid:Tu domine deus miserator & misericors,patiēs &
Psal.144 multæ misericordiæ, respice in me & miserere mei.Da imperium tuum puero tuo, & saluum
fac filium ancillæ tuæ.Et in alio psalmo:Miserator & misericors dominus,patiens & multū mi
sericors.Suauis dominus vniuersis,& miserationes eius super omia opera eius. Iohel autē pro-
Iohel.2. pheta:Conuertimini ad dominum deum vestrū,quia benignus & misericors est, patiēs & mul
Naum.1 tæ misericordiæ,& præstabilis super malitia.Naum autem qui prædicauit onus Niniue sic ait:
Dominus patiens,& magnus fortitudine.Et in propheta Iona idem legitur.Per Ezechielē di-
Ezech.18 cit dominus exercituum,Nolo mortem morientis,sed magis vt reuertatur & viuat.Et hæc est
illa patientia,non quasi primo loco descripserit Lactantius ille Firmianus de patientia dei. Sed
Romañ.2. ipse Paulus ita Romanis proponit.Nunqd opulentia bonitatis eius,& longanimitatem contē-
nis.Ignorans quoniam patientia & bonitas dei ad pœnitentiam te adducit? Sed qui rudis es, F
etiam in his,quæ spiritus dei sunt,valde ignarus dubitare cœperis,quomodo tamen probet pa-
Luce.4 tientia dei.Ecce is qui non solum potuit declarare verba Esaiæ prophetæ, sed & qui nouit ab-
Apoc.5 scondita cordis,& secretissima consilia patris,qui non modo Theodidactus, sed ipse deus & fi-
Iohan.1. lius vnigenitus patris,exclamat in Euangelio patientiam dei,quod pater qui in cœlis est,ex pa-
Iohan.6 tientia & bonitate facit oriri solem suum super bonos & malos, pluit super iustos & iniustos.
Matth.5 Videmus enim inquit diuus Cecilius Cyprianus inseparabili æqualitate patiētiæ,noxijs & in-
Cyp.3.ser. noxijs,religiosis & impijs,gratias agentibus,& ingratis dei nutu tempora obsequi,elementa fa
de bono mulari,spirare vētos,fontes fluere,grandescere copias messium,fructus mitescere vineæ,exu-
patientiæ. berare pomis arbusta,nemora frondescere,prata florere.Et cum crebris imo continuis exacer-
betur offensis deus,indignationē suam temperat,& præstitutum semel retributionis diem pa-
tienter expectat.Quū q; habeat in potestate vindictā,mauult diu tenere patientiam,sustinēs sci
licet clemēter & differens,vt si fieri multum malitia protracta aliquando mutetur,& homo in
Matth.8 errorum & scelerum cōtagione volutatus vel sero ad dñm cōuertatur, & q̄d supra de patre p̄-
Luc.9 dicat filius,hoc de propria patientia,de seipso filius prædicat,dicēs:Vulpes foueas habent,& vo
Esa.53 lucres cœli nidos,filius autem hominis nō habet,vbi reclinet caput suū. Hic est ille agnus dei,q
Matth.5. peccatū non fecit,nec dolus inuentus est in ore eius,cui cum malediceretur,non regebat male-
Luc.6 dictum,sed hic caue ne temere de scriptura loquens,proximū tuum in alterā percutias maxil-
Ex apolo. lam.Et cū tyrannis obijcias dixisse dñm.Si qs te percusserit in maxillā vnam, præbe illi & al-
Hie.aduer teram.Nā vt hoc facias,vt aliū verberes,vt oculū effodias,nō modo tibi nō præceptum,sed po
sus Ruffiñ. tius prohibitum est.Per Salomonem receptissima sententia est, Meliorem esse patientem viro

forti.

A forti,Paulus & omnes apoſtoli vbiq; patientiam prædicant. Vnde patientes eſtote ad omnes, inquit apoſtolus: Et ſeruum domini docet oportere eſſe patientem. Nec aliam viduam recipit quàm eam quæ tolerantibus tribulationem,ſubminiſtrauit. Iacobus autẽ in prima canonica ſua dicit: Patientes eſtote fratres. Et inter fructus ſpũs connumeratur ipſa patientia, ad Galatas. 5. Epheſii vero docentur,vt inuicẽ cum patientia ſeſe ſupportent. Et toties inculcatur patiẽtia in omni verbo,in increpatione &c. Deinde in catena aurea virtutũ, etiam Petrus patientiam poſuit. Sic itaq; plena eſt ſcriptura omnis præconio patientiæ, quæ quidem virtus non modo ex Vegetio,de re militari,ſed etiã ipſo Chriſto duce apprime neceſſaria eſt. Olim erat oculus pro oculo,dens pro dente. Sed nunc longe aliud inſtitutũ habetur à domino. Qui arundinẽ quaſſatam non fregit,linum fumigans non reſtinxit, nec in plateis exauditus eſt clamor eius. In patientia itaq; veſtra,qui Turcaꝝ tyrannidem(proch dolor)hac tempeſtate formidatis, poſſidebitis animas veſtras. Quod promiſit ille,ex quo,per quem,& in quo ſunt omnia. Ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Fiat fiat.

1. Theſſ. 5. 2. Timo. 2. 1. Timot. 5 Iacob. 5 Ephe. 4 2. Pet. 1 Exodi. 21. Matth. 5. Eſaię. 42. Matth. 12. Luc. 15. Roma. 11

SERMO V.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De pietate in deum.

B 

QVod Ezechiæ regi iuxta ſcripturam cuncta proſpere ſucceſſerint,ac admirabilis illi de cœlo victoria data fuerit,per nos aliquot cauſæ narratæ fuerũt, reſtat vt & aliã audiamus. Hanc aũt primã & potiſſimã eſſe arbitror, quod licet pater illius Achas rex impius fuerit,& idem Ezechias poſt ſe filium reliquerit Manaſſen,qui nõ fecerit rectum in conſpectu domini,imo fecerit malum iuxta abominationẽ gentium, Tamen de Ezechia legitur, quod in primo anno & menſe regni ſui aperuerit valuas domus dñi & inſtauratierit eas,adduxeritq; ſacerdotes atq; Leuitas,& cõgregauit eos in plagã orietalẽ,ac inter cętera pdicauerit,dicẽs: Placet mihi,vt ineamus fœdus cũ deo Iſrael, & auertet à nobis furorem iræ ſuæ. Filij mei nolite negligere,vos elegit dominus vt ſtetis coram eo,& miniſtretis illi,colatisq; eũ & cremetis ei incenſum. Ab huius Ezechiæ exemplo cũcti docemur, vt ſeruare ſtudeamus religionẽ,cultum ac pietatẽ in deum. Sic anteaq; ſcriberẽtur digito dei tabulæ datæ Moyſi,hi qui ſub lege naturæ vixerũt,cœperũt colere deũ cœli & terræ. Propterea de Abel paſtore ouium legitur. Abel obtulit de primogenitis gregis ſui,& de adipibus eorꝝ,& reſpexit dñs ad Abel & munera eius. Sic de Enos filio Seth ſcriptura dicit,quod ille cœperit inC uocare nomen dñi. Et Enoch ambulauit cũ deo,& nõ apparuit,quia tulit eũ deus. Et ipſe Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generatiõibus ſuis,& ambulauit cũ deo. Poſt diluuiũ quoq; ædificauit Noe altare domino,& tollẽs de cũctis pecoribus & volucribus mũdis, obtulit holocauſta ſuper altare,odoratusq; eſt dominus odorem ſuauitatis. De Abraham vero patre multarꝝ gentiũ (& ſi legem ſcriptã non habuerit) hoc legitur,ad Iſaac dixiſſe dñm: Dabo poſteris tuis, vniuerſas regiones has,& benedicentur in ſemine tuo oẽs gẽtes terræ,eo quod obedierit Abraham voci meæ,& cuſtodierit præcepta mea,& leges meas, cerimoniasq; ſeruauerit. Nemo tamen eſt,qui ignorare poſſit ea ſcripta nõ fuiſſe. Sic Melchiſedech rex Salem ſine patre,ſine matre,ſine genealogia,neq; initium dierꝝ,neq; finem vitæ habens,aſſimulatus aũt filio dei, manet ſacerdos in perpetuũ,cum eſſet ſacerdos dei altiſſimi. Reuertententi Abrahæ à cęde regum,benedixit & ait: Benedictus Abraham deo excelſo,qui creauit cœlum & terrã,& benedictus deus excelſus,quo protegẽte hoſtes in manibus tuis ſunt. Vides itaq; religionẽ eẽ eam ac talem rem vt etiã locũ habuerit in ijs,qui ſub lege naturæ vixerunt. Et hoc eſt quod Paulus ait apoſtolus: Inuiſibilia dei a creatura mũdi per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas,ita vt ſint inexcuſabiles. Religio itaq; & in deũ pietas,recte a diuo Hieronymo ſcalæ Iacob cõparata eſt,quæ cœlo innixa nobis oſtendit angelos aſcendentes atq; deſcendentes. Poſteaq; vero Moyſes cœpit habere ſermonẽ cũ dño ad montẽ dei Oreb ex rubo ardenti,etiam de mõte Sinai fumiganti,ad petrã duriſſimã,de tabernaculo fœderis, iam manifeſtata eſt ipſa religio quam tot obſeruauere reges,qui gratiã & victoriã cõſequuti ſunt. Inter ꝙs reges ad præſentẽ ſermonẽ recenſere lubet regẽ Ioſaphat,quod dñs cũ eo fuerit,eo quod ambulauit in vijs domini,nec ſperauit in Baalim,ſed in deo patris ſui,& perrexit in prȩceptis illius & non iuxta peccata Iſrael. Idcirco cõfirmauit dñs regnum in manu eius. Et factæ ſunt illi in-

2. Para. 31. 2. Para. 28 4. Reg. 16. 2. Pa. 31. 33 4. Reg. 3. 3 2. Para. 29 4. Reg. 18 Deute. 9 Gene. 4 Ibidem. Gene. 5 Gene. 6. Gene. 8 Gene. 17 Gene. 26. Hebræ. 7 Gene. 14. Roma. 1 Sap. 13 Hieron. ad Furiã de ſeruãda vi duitate. Exodi. 3 Exod. 19 Nume. 20 Exodi. 33

finitæ diuitiæ,& multa gloria.Itaq; factus est pauor domini super omnia regna terrarum,quæ erāt D
per Gyrum Iuda,nec audebant bellare contra Ioſaphat,ſed Philiſtæi Ioſaphat munera deferebant,& vectigal argenti.Arabes quoq; adducebant pecora arietum ſeptem millia, ſeptingẽtos,& hircos totidẽ.Habuit quoq; plus octies cẽtena millia bellatorum.Hic in Ramath Galaath,
cum eſſet in medio dimicantiũ, clamauit ad dñm, & auxiliatus eſt ei,atq; auertit Syros ab illo.
Reuerſusq; eſt Ioſaphat in domũ ſuam pacifice in Hieruſalem.Sed & iterum de eodem rege Io-
2.Para.19. ſaphat legitur,q; aduerſus hunc congregati ſunt filij Moab,& filij Ammon, & maxima mul-
2.Para.20 titudo Syriæ.Ioſaphat aũt hoc videns,timore perterritus,totum ſe cõtulit ad rogandũ deum,&
prædicauit ieiunniũ in vniuerſo Iuda.Stans quoq; in domo domini ante atrium nouũ,ait:Do-
mine deus patrum noſtrorum,tu es deus in cœlo,& dominaris cũctis regnis gentiũ, In manu tua
eſt fortitudo & potentia,nec quiſquam tibi poteſt reſiſtere, Nõne tu es deus noſter,interfeciſti
omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Iſrael,& dediſti eam ſemini Abraham ami-
ci tui in ſempiternũ? Habitauerũt in ea & extruxerũt in illa ſanctuariũ nomini tuo dicentes: Si
irruerint ſuper nos mala,gladius iudicij,peſtilentia & fames,ſtabimus coram domo hac in cõ-
ſpectu tuo,in qua inuocatum eſt nomen tuũ,& clamabimus ad te in tribulationibus noſtris &
exaudies nos,ſaluosq; facies. Nunc igitur ecce filij Ammon & Moab,& mons Seir,per quos
non conceſſiſti filijs Iſrael vt tranſirent,quando egrediebantur de Aegypto,ſed declinauerũt ab
eis,& non interfecerũt illos.Econtrario agũt & nituntur eijcere nos de poſſeſſione quam tradi-
diſti nobis deus noſter,ergo nõ iudicabis eos? Innobis quidem nõ eſt tanta fortitudo,vt poſſi- E
mus huic multitudini reſiſtere,quæ irruit ſuper nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus,
hoc ſolũ habemus reſidui,vt oculos noſtros dirigamus ad te. Omnis vero Iuda ſtabat coram
domino cum paruulis & vxoribus & liberis ſuis.Erat aũt Iazihel filius Zachariæ filij Bananiæ,
filij Iehibel,filij Mathaniæ leuites de filijs Aſaph,ſuper quem factus eſt ſpũs domini in medio
turbæ,& ait:Attendite omnis Iuda,& qui habitatis Hieruſalẽ,& tu rex Ioſaphat.Hæc dicit do-
minus vobis,nolite timere,nec paueatis hanc multitudinem,non eſt enim veſtra pugna,ſed dei,
cras deſcendetis cõtra eos.Aſcenſuri eũ ſunt per cliuum nomine Seir,& inuenietis illos in ſum-
mitate torrentis,qui eſt contra ſolitudinem Hierubel,non eũ eritis vos qui dimicabitis,ſed tã-
tummodo confidenter ſtate,& videbitis auxiliũ domini ſuper vos.O Iuda & Hieruſalẽ nolite
timere nec paueatis,cras egredimini cõtra eos,& dominus erit vobiſcum. Ioſaphat ergo & Iu
da & omnes habitatores Hieruſalem ceciderunt proni in terrã coram domino,& adorauerunt
eum.Porro Leuitæ de filijs Caath,& de filijs Chore,laudabant dominũ deum Iſrael voce ma
gna in excelſum.Quumq; mane ſurrexiſſent,egreſſiq; ſunt per deſertũ Thecue,profectiſq; eis,
ſtans Ioſaphat in medio eorum,dixit:Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Hieruſalem.
Credite in domino deo veſtro,& ſecuri eritis.Credite prophetis eius,& cuncta eueniẽt proſ-
pera,deditq; conſilio populo,& ſtatuit cantores domini,vt laudarẽt eum in turmis ſuis,& an-
tecederent exercitum ac voce conſona dicerent:Confitemini domino quoniã bonus,quoniam
in æternũ miſericordia eius.Cumq; cœpiſſent laudes canere,vertit dominus inſidias eorum in
ſemetipſos filiorum,ſcilicet Ammon & Moab & montis Seir qui egreſſi fuerant vt pugnarẽt cõ- F
tra Iudam,& percuſſi ſunt.Nãq; filij Ammon & Moab conſurrexerunt aduerſum habitatores
montis Seir,vt interficerent & delerent eos.Cũq; hoc opere perpetraſſent etiam in ſemetipſos
verſi,mutuis ſe concidere vulneribus.Porro Iudas cum veniſſet ad ſpeluncam quæ reſpicit ſo-
litudinem,vidit procũl omnem late regionẽ plenã cadaueribus, nec ſupereſſe quenq; qui necẽ
potuiſſet euadere.Venit ergo Ioſaphat,& omnis populus cum eo ad detrahenda ſpolia mor-
tuorum,inueneruntq; inter cadauera variam ſuppellectilem,veſtes quoq; & vaſa pretioſiſſima,
& diripuerunt, ita vt omnia portare non poſſent,nec p tres dies ſpolia auferre præ prædæ ma
gnitudine.Ab huius pientiſſimi Ioſaphat regis,& Ezechiæ regis Iuda exemplis ad nos pertine-
re viſum eſt,vt & ipſi manus noſtras,oculos & corda noſtra eleuemus ad dñm,hũc adoremus,
hunc colamus,& cultu latriæ illi ſeruiamus.Ipſe enim eſt dominus & deus noſter,qui poſſedit,
Actorũ. 17 fecit & creauit nos,qui fecit cœlum & terrã, ipſius genus & vita ſumus,ex ipſo & per ipſum,&
in ipſo ſunt omnia,ipſe dat omnibus vitã & inſpirationem , in ipſo viuimus, mouemur & ſu-
mus.Militare itaque volentibus nobis aduerſus Turcas,omnium immaniſſimos,impij eſſe non
Pſal.36. debemus,ſed omnem impietatem amouere oportet. Vidi enim(inquit Dauid) impium ſuper-
exaltatũ & eleuatum ſicut cedros Lybani,& ecce nõ erat, quæſiui eum & non eſt inuentus lo
cus eius.Cuſtodi innocentiam,& vide æquitatem,quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. In-
iuſti autẽ diſperibunt. Simul reliquiæ impiorum interibunt. Et ipſe Iob ſæpe de ea re loquitur:
Iob. 20. Quoniam laus impiorum breuis,& lux impij extinguetur.Et Balta ille Sumites: Nunquid vi-
a.I.Balda uere poteſt ſcirpus abſq; humore aut creſcere carectum ſine aquaq; quum adhuc ſit in flore nec
Sumes carpatur manu,ante omnes herbas areſcit,Sic viæ omnium qui obliuiſcuntur deum & ſpes hy
Roma.1 pocritæ peribit.Et hoc eſt quod Romanis Paulus ſcribit:Reuelabitur ira dei de cœlo,ſup om-
Ezech.3. nem impietatem,nam impietatem grauiſſimæ pœnæ expectant,Impius enim in iniquitate ſua

morie-

A morietur. Et væ impio in malum, contra quem impium omnes prophetæ clamant. Talis erat Nabal, qui ex astutia iuxta verbum Abigail vxoris nomen accepit, qui dixit in corde suo: Non est deus. Talis fuit Atheos ille Diagoras. Tales sunt Epicuri de grege porci. Tales sunt omnes quorum deus venter est, qui dicũt, Edamus atq; bibamus, cras eñ moriemur, optantes cũ Philoxeno collum gruis, vt diutius voluptate bibendi perfrui possent, arbitrantes vnum eundemq; esse interitum hominis & iumentorum, qui in colligatione & fasciculo dicunt apud se, nõ recte cogitantes: Exiguum & cũ tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam non fuerimus, quoniã fumus afflatus est in naribus nostris. Et sermo scintillæ ad cõmouendum cor nostrum, quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spũs diffundetur tanquã mollis aer, & transibit tanq̃ vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata, & nomen nostrũ obliuionẽ accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniam cõsignata est & nemo reuertitur. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura, tanq̃ in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguento nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescãt. Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Sed omnes hi impij peribunt & euanescent tanq̃ puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Cõuenit itaq; nos Christi milites abnegare omnem impietatem iuxta verbum apostoli. Sectari quoq; pietatẽ, si de inimicis vestris victo

B riam assequi velitis. Quod si vllo vnquam tempore Christianum hominem domini dei sui memorem esse oportuit, certe hoc periculosissimo tempore nuliatenus domini dei obliuisci oportet, ne nobis id eueniat, quod populo Israelitico obliuioso contigisse legitur, qui quoties domini sui oblitus extitit, iratũ sibi deũ sensit & deprehẽdit. Sic Israelitis improperans Moyses ait: Deũ qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus, & ad iracundiã cõcitatus est, prouocauerũt filij sui & filiæ. Et post mortẽ Iosue, filij Israel fecerunt malũ in cõspectu domini, & obliti sunt dei sui, seruientes Balim & Astaroth. Iratusq; contra Israel dominus tradidit eos in manus regis Mesopotamiæ, seruieruntq; ei octo annis. Et iterum obliti sunt deũ qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, & terribilia in mari rubro, & dixit vt disperderet eos. Si non Moyses stetisset in confractione in conspectu eius, vt auerterent iram eius, ne disperderet eos. Et per Hieremiam: Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ. Populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris. Et alibi propheta Baruch sic prophetauit ad populum: Obliti estis eum, qui nutriuit vos, & contristastis nutricem vestram Hierusalem, & vidit iracundiam à deo venientem vobis. Oseas autem propheta in verbo domini sic ait: Oblita es legis dei tui, obliuiscar & ego filiorum tuorũ. Atq; iterũ idem ille: Oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius. Idem deniq; prophetat: Ego dominus deus tuus ex terra Aegypti, & deum absq; me nescies, & saluator non est præter me. Ego cognoui te ĩ deserto, in terra solitudinis iuxta pascua sua adimpleti & saturati sunt,

C & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leæna, & sicut pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos quasi leo, bestia agri scindet eos. Vides itaq; si quãdo populus oblitus est domini dei saluatoris & benefactoris sui, vt ad iracundiam prouocatus sit dominus, & forte nos multo tẽpore impie egimus, iniquitatem fecimus, nec memores domini dei nostri & beneficiorum eius fuimus, idcirco dominus auertit faciem suam à nobis, & oblitus est nostri, induxitq; super nos gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius lingam intelligere non possumus, gentem procaciſſimam, quæ nõ deferat seni, nec miseretur paruuli, quæ & deuoret fructum iumẽtorum, ac fruges terræ, de quibus olim Moyses ex ore domini loquutus est atq; præuidit. Huius autem obliuionis plerunq; felices nostri successus in causa sunt. Sic præpositus pincernarum Pharaonis, succedentibus rebus prospere, oblitus est Ioseph interpretis sui. Et Sodoma saturata panibus, oblita est domini. Et non sine causa Salomon ille sapientissimus rex hæc verba loquutus est: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum & dicam: Quis est dominus? aut compulsus ægestate furer & periurem nomen dei me. Et iterum: Noli regibus ò Lamuel, noli regibus dare vinum, ne forte bibant & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. Vt itaq; Israelitæ nunquàm in hanc obliuionem seu impietatem venirent, eapropter his verbis, his quoq; signis Moyses admonuit populum, dicẽs: Audi Israel, dominus deus noster vnus est. Diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eruntq; verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere dormiens atque consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos,

Esa. 3
1. Regũ. 25
Lact. c. 2. instit. nti. A theũ illum Diagorã nominat.
Philip. 3.
Esai. 22.
Sapiæ. 2
Eccle. 3.
Psalm. 1
Titum. 2
1. Cor. 14.
Deute. 32
Iudic. 3
Psal. 115.
Hiere. 2
Baruch. 4.
Osee. 4.
Osee. 8
Osee. 13.
Esa. 42.
Deute. 28.
Leuiti. 26.
Deute. 28.
Gene. 40
Prouer. 30
Prouer. 31.
Deuter. 6.

scribes q̃ ea in limine & ostijs domus tuæ. Cum q̃ introduxerit te dominus deus tuus in terrã, D
pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas non ædificasti, domus plenas multarum opum, quas non extruxisti, cisternas quas nõ fodisti. Vineta & oliueta, quæ non plantasti, & comederis & saturatus fueris, caue diligenter ne obliuiscaris domini dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, & de domo seruitutis. Et hinc vene
Matth. 23 re pharisæorum phylacteria, de quibus dominus ait: Quomodo illa superstitiosa pharisæorum
hypocrisis dilatare soleat. Philacterion enim Græce, latinis conseruatorium sonat, quod in his
Nume. 15. seruetur memoria legis. Inde ad illud idem Iudæis præceptũ erat, vt facerent sibi fimbrias per
quatuor angulos palliorũ, ponẽtes in eis vittas hyacinthinas quas cum viderint, recordent omnium mandatorum domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum domini faciant ea, sintq̃ sancti deo suo. Et hoc est, quod
1. Timot. 2 pietatem suis fratribus tam diligenter ac toties diuus inculcat Paulus: Instruit em̃ Timotheum
1. Timo. 6. discipulum, vt vitam trãquillam agat in omni pietate & castitate. Et iterum: Sectare fidem ac
3. Timo. 4. pietatem, est enim quęstus magnus pietas cum sufficientia. Et de hac ipsa pietate iterũ ait: Exerce teipsum ad pietatem, nam corporalis exercitatio parum vtilis est, pietas aũt ad omnia vti-
2. Petri. 1. lis est, promissionem habens vitæ, quæ nũc est, & futuræ. Nec minori cura pietatem docuit Petrus inter cætera sic scribens: Vos curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem. In virtute autem scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia autem patientiã, in patientia pietatem, in pietate, amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Ecce quàm sancta virtutum aurea catena. Cesset itaq; apud Christi milites, quod multis seculis de
vobis ex Lucano cecinere Poetæ. Nulla fides, pietasq̃ viris, qui castra sequuntur. Quod si ve- E
2. Petri. 2 re pij ad imitationem patientissimi regis Ezechiæ Iuda fueritis, erit vobis etiam clemens, misericors & pius dominus. Ipse enim est qui nouit pios de tentatione eripere. Fiat fiat.

SERMO VI.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De timore domini.



Esaiæ. 11. Ntellexistis charissimi in antemeridiano hodierno sermone, ab exemplo Ezechiæ, quantum profit pietas, ac in deum religio. Quum vero Esaias propheta enumerans dona spũs sancti, mox post spiritũ pietatis, spiritũ timoris dñi enumerat, quàsi inter hæc dona videatur catena aurea esse, vbi omnium pene virtutũ ordo ac chorus colligatus videri queat. Eapropter in præsenti sermone, nonnihil de timore dñi dicere decreuimus. Ad timorẽ domini scripturæ sunt multæ, quæ nos pie
Deuter. 4. monent ac hortantur sedulo, vt timeamus dominũ. Vnde sic in Oreb F
ad Moysen loquutus est dominus, dicẽs: Congrega ad me populum
vt audiant sermones meos, & discant timere me in omni tẽpore quo
Deuter. 6. viuunt in terra, doceantq̃ filios suos. Et iterum: Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies. Et nunc Israel, quid dominus deus tuus petit à te, nisi vt timeas dominum deum tuum, &
ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota ani-
Deuter. 10 ma tua, custodiasq̃ mandata domini & cerimonias eius, quas ego hodie præcipio tibi, vt bene
sit tibi. Et iterum. Cum fuerit constitutus rex, & sederit in solio regni sui, describe sibi Deute-
Deuter. 17 ronomion legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secũ, legetq̃ illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum deum suum, & custodire verba & cerimonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Et propterea post mortem Moysi
serui dei, lapides duodecim positi sunt in alueo Iordanis, vt discerent omnes terrarum populi,
fortissimam manum dei esse, ac vt Israelitæ discerent timere dominum omni tempore. Quũq̃
Iosue. 4 appropinquaret dies mortis Iosue, congregato populo sic inter cætera docet. Timete domi-
Iosue. 24. num (inquit) & seruite ei corde perfecto atque verissimo, & auferte deos quibus seruierunt pa-
3. Regũ. 12. tres nostri in Mesopotamia & in Aegypto, ac seruite domino. Samuel autem ad populum inter cætera sic prædicat: Timete dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro. Vi-
Psalmo. 31. distis enim magnifica quę in vobis gesserit dominus. Quod si perseueraueritis in malitia, & vos
Psalm. 32 & rex vester pariter peribitis. Dauid aũt ille mansuetissimus rex. Timeat dominum (inqt) omne
Psalm. 34. semen Israel. Timeat dominũ oẽs terra. Timete dñm oẽs sancti eius. Filius q̃q; eius Salomon:

Time

A Time dñm ait,fili mi,& regem. Et iterum: Vbi multa ſunt ſomnia,multi ſunt ſermones,& vanitates innumeræ. Tu vero deũ time,& rurſus alibi ſcriptura dicit: In tota anima tua time dñm. Eccls.5
Vides quot & quantæ ſcripturæ nos hortentur,admoneantq; vt timeamus dominum. Sed & Ecci.7
in Euangelio Chriſtus ſic ſuis prædicauit Apoſtolis: Nolite timere eos,qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum, qui poteſt & animã & corpus perdere in gehennam. Quis hic non videt,quàm fortem eſſe oporteat militem Chriſti,ita vt inſtar Matth.10
leonis fortiſſimi ad nullius paueat occurſum,cum Iona tamen dicat: Dominum deum cœli time, Prouer.30
ergo Paulus docet Apoſtolus: Noli altum ſapere,ſed time. Et Petrus inquit: Deum timete, Ionæ.1
regem honorificate. Et ipſe Iohannes in inſula Pathmos teſtatur ſe vidiſſe angelum volantem Roma.11
per medium cœli,habentem euangelium æternum,vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, 1.Petri.2
& ſuper omnem Gentem & tribum & linguam & populum,dicẽtem voce magna: Timete dominum,& date illi honorem,quia venit hora iudicij eius,& adorate eum qui fecit cœlum & terrã,mare & fontes aquarũ. Conſonãt itaq; ſcripturarũ teſtimonia vtriuſq; teſtamẽti, oportere timere dñm. Supereſt nunc, vt excutiamus quantum profit, ſi ſtuduerit quis ſemper timere dominum. Tobias in hæc verba ſuum inſtituit filium. Pauperem quidem vitã gerimus, ſed & multa bona habebimus, ſi timuerimus deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bonum. Et in cantico Iudith ſic legitur: Hymnum cantemus domino deo noſtro. Adonay domine deus magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem ſuperare nemo poteſt. Tbi ſeruiat omnis creatura tua,quia dixiſti,& facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum,& creata ſunt,& non eſt qui reſiſtat voci tuæ. Montes à fundamentis mouebuntur. Cum aquis petræ ſicut cęra liqueſcent, Tobi.4
B ante faciem tuam. Qui autem timent te magni erunt apud te per omnia. Iob vero cum ſimplex Iudith.16
& rectus fuerit,timensq; deum accepit duplicia. Timentes etiam dominum ipſe glorificat. Firmamentum eſt dominus timentibus eum. Non eſt inopia timentibus eum,eſcam dedit timentibus ſe. Voluntatem timentium ſe faciet. Mulier timens dominũ ipſa laudabitur. Timenti dñm bene erit, & melior eſt vnus timens deum,q̃ mille filij impij. Atq; idem iterũ. Quàm magnus Iob.1
qui inuenit ſapientiã & ſcientiã, ſed non eſt ſuper timentẽ deum. Timor dei ſe ſuper oñia po- Pſal.14
ſuit. Beatus homo,cui donatũ eſt habere timorẽ dei,qui tenet illũ cui aſſimilabitur, timor dei ini- Pſal.24
tium dilectionis eſt,cæteris timenti deũ non occurrunt mala,ſed in tentatione,deus illũ conſerua Pſal.33.
bit,& liberabit à malis. Per Michæam vero prophetã ita ſcriptũ eſt: Salus erit timẽtibus no- Pſalm.110
men eius. Hæc oñia & ſi grauiſſima ſint, vtilitatis quoq; maximæ. Diua tñ perpetua virgo Ma- Pſalm.144
ria nunquã ſatis laudata, in ſuo cãtico timoris dñi fructũ ineffabilẽ & perpetuũ expreſſit,quãdo Prouer.31
cãtauit hæc verba: Miſericordia eius à progenie in progenies timẽtibus eũ. Hos fructus multi- Eccl.1.
plices,& iam enumeratos teſtãtur hiſtoriæ eorũ qui viuẽtes in hoc ſeculo,timorẽ dñi ob oculos Eccl.16
habere conſueuerunt. Obſtetrices quidẽ illæ in Aegypto, audiẽtes verbũ & præceptũ Pharaonis dicentis: Quãdo obſtetricabitis Hebræas,& partus tẽpus fuerit,ſi maſculus fuerit,interficite illũ,ſi fœmina,reſeruate. Timuerũt obſtetrices deũ,& nõ fecerũt iuxta præceptũ Pharaonis,ſed conſeruarũt mares. Propterea benefecit deus obſtetricibus & creuit populus, confortatusq; eſt nimis,& quia timuerũt obſtetrices deũ,ædificauit illis domos. Vides hic quiſq; Chriſti aut crucẽ aut nomẽ agnoſcis,quantũ profit erga dñm deũ timor,vt etiã donatæ ſint obſtetrices Aegyptiæ,pro timore dñi. Laudat & Abdias,diſpenſator domus Achab, quod timuit dñm deũ valC de. Nam cũ interficeret Ieſabel prophetas dñi,tulit ille centũ prophetas,& abſcondit quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane & aqua. Et quẽadmodũ dixit ad Heliã Eccl.35
prophetã: Seruus tuus timet dñm tuũ ab infantia ſua. Laudatur & Tobias, qui plus timuit deũ, Mich.6
quàm regem. Laudatur & Iudith, quod inter omnes mulieres famoſiſſima fuit, eo quod timebat dominum valde,neq; erat qui loqueretur de illa verbum malum. Quis ergo non videt multum præſtitiſſe veteribus ſi timuere dominum? Et hi iudicio Iethro, qui ſocer Moyſi fuit, prę- Lucæ.1
ponendi ſunt de plebe viri ſapientes, qui timent dominum, quando Reſpublica gubernanda Exodi.1
eſt. In ſumma: Timentes dominum ipſe glorificat. Et periculoſiſſima res eſt Reipublicæ vel ciuitati, ſi timor domini non in eis fuerit, id quod indicat excuſatio Abrahæ ad regem Abimelech 3.Regũ.18
negantis Saram eſſe vxorem ſuam, quando reſpondit: Cogitaui mecum, dicens: Forſitan non Tobiæ.1
eſt timor domini in loco iſto,& interficient me propter vxorem meam. Idcirco Ioſaphat ille Iudith.8.
rex pius, cuius triumphum à deo datum,& admirabilem hodie longo ordine recenſuimus. Ad Exod.18
iudices ait. Sit timor domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Præcepitq; eis, dicens: Pſal.14
Sic agetis in timore domini fideliter & corde perfecto. Omnem cauſam quæ venerit ad vos Gene.20
fratrum qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationem & cognationem. Vbicunq; quæſtio 2.Paral.19
eſt de lege,de mandato,de cęrimonijs,de iuſtificationibus,oſtendite eis,vt non peccent in dominum, & ne veniat ira ſuper vos, & ſuper fratres veſtros. Sic ergo agentes, non peccabitis. Pſal.110.
Sic Dauid, initium ſapientiæ teſtatus eſt timorem domini. Da itaq; locum timori altiſſimi,quia Eccl.19
omnis ſapientia timor dei. Cum ergo vobis hic Viennæ,hac procelloſa tempeſtate degentibus iuxta epiſtolam nobilis illius, ac fortiſſimi Tharſenſis militis, foris pugnæ ſint, intus timor.

2.Cor.7 Deuter.32 Hebræo.11 1.Petr.3 Matthæ.10 Psal.111 Eccl.25

Nihil aliud in media fortitudine & magnanimitate conducibilius vtiliusq; fore existimauerim, quàm quod fitis fortes in bello, quemadmodum sancti dei fortes facti sunt in bello. Atq; resistere studeatis aduersario, tanquàm leoni rugienti, Non timentes eum, qui potest occidere corpus, sed eum timentes, qui potest animam mittere in gehennam, & sic beati eritis. Nam beatus ille vir, qui timet dominum, & benedictio omnibus qui timent illum, beatus quoque ille, cui datum est habere timorem domini. Fiat, Fiat.

SERMO VII.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c.

ARGVMENTVM.

De peccato blasphemiæ.

4.Regũ.19



Longo ordine ac aliquot sermonibus declaratum est à nobis, ob quas virtutes, & ob quæ benefacta meruerit Ezechias rex Iuda & Hierusalem, tam admirabilem victoriam & liberationem populi sui, placuit ad ædificationem vestram nonnulla recensere de Sennacherib rege Assyriorum, in quibus ille peccauarit, & iram dei super se concitarit. Præcipuum autem illius regis Assyriorum peccatum extitisse comperio, quod ipse blasphemus fuerit in deum, quod multis scriptu rarum testimonijs clarissimũ est, nam audita huius blasphemia Ezechias rex scidit vestimenta sua, & hęc verba nuntiauit Esaiæ prophetæ: Dies (inqt) tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste. Venerunt filij vsq; ad partũ, & vires non habet parturiens, si forte audiet dñs deus tuus vniuersa verba Rapsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret deum viuentem, & argueret verbis, quæ audiuit dominus deus tuus, cui renuntiauit Esaias, dicens: Hæc dicit dominus: Noli timere à facie sermonum quos audisti, quibus blasphemauerũt pueri regis Assyriorum me. Et Ezechias orans expansis manibus in domo dñi, inter cætera sic orat: Inclina aurem tuam & audi, aperi dñe oculos & vide, & audi oẽia verba Sennacherib, quæ misit vt exprobraret nobis deũ viuentẽ. Vides ergo noluisse dñm vt prævaleret Sennacherib ille blasphemus. Vos itaq; in domino charissimi Christi milites, si quam victoriam contra Turcaꝝ tyrannum non modo sperare, sed & consequi vultis modis oẽibus, à grauissimo blasphemiæ peccato abstinere oportet. Mira res est, Moyses loquutus est dño iuxta montem Oreb, loquutus est illi in monte Synai ieiunans per quadraginta dies & noctes, voluntatẽ eius, loquebatur ei de facie ad faciem, & tanquã amicus amico. Duoꝝ tñ scelerũ iudiciũ, atq; sententiã non nouit. Sic eñ primo loco legitur. Factũ est aũt cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominẽ colligentem ligna in die sabbati, obtulerũt eũ Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini, qui recluserunt eum in carcerẽ, nescientes quid super eo facere deberent. Cæterum in alio loco sic legitur: Ecce egressus est filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelitæ, cũq; blasphemasset nomen dñi, & maledixisset, & ductus est ad Moysen, vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri, de tribu Dan, miseruntq; eum in carcerem, donec nosceret, quid iuberet dominus. Sed audi iusti iudicis sententiã super vtroq; Sic eñ de primo dominus ait: Morte moriatur homo iste. Obruat eũ lapidibus oẽis turba extra castra. Quumq; eduxissent eũ foras, obruerunt eũ lapidibus, & mortuus est sicut præceperat dñs. De secundo vero sic os dñi loquutũ est: Educ blasphemũ extra castra, & ponent oẽs qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Et ad filios Israel loqueris: Homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatũ suũ, & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Lapidibus obruet eũ, oẽis multitudo populi sui, siue ille ciuis siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomẽ dñi sui, morte moriatur. Mirãda profectores fuit, vt in tanto cœtu populi (fuerunt eñ recensiti Israelitæ ad pugnã idonei, plus q̃ sexties cẽtena millia viroꝝ exceptis mulieribus, & his qui nondũ vicesimũ annũ excesserũt) adeo fuit blasphemia ignota, vt neq; populus, neq; Moyses nossent, qua pœna deberet hoc puniri peccatũ. In castris itaq; Christianoꝝ prorsus nõ debet audiri blasphemia. Sic eñ in Leuitico scribitur: Non peierabis in noĩe meo, nec pollues nomen dei tui. Et in Exodo: Non assumes nomẽ dñi dei tui inanũ. Non vsurpabis nomẽ dei tui frustra, qa nõ erit impunitus, q̃ super re vana nomẽ eius assumpserit. Dñs autem & saluator noster cunctis sub signo crucis militare volentibus ita præcepit: Ego dico vobis non iurare oẽino, neq; per cœlum, quia thronus dei est, neq; per terram, quia scabellũ

Exodi.3 Exodi.19 Exo.24 Numer.15 Leuiti.24 Numer.18 Leuiti.24 Leui.19 Exodi.20 Deutero.5 Matthæi.5

A scabellum est pedum eius, neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis, neq; per caput tuũ iuraueris, quia non potes vnũ capillum albũ facere, aut nigrum. Sit aũt sermo vester, est est, non non. Quod autẽ his abũdantius est, à malo est. Paulus apostolus & si blasphemus & contumelios⁹ psequutor fuerit noīs Christi, anteaq̃ Damascũ veniret, tamẽ posteaq̃ vas electiõis & doctor Gentiũ factus esset, cœpit nomẽ Iesu portare, ac dilatare in Gentibus, oñibus modis detestans blasphemiã. Sic eñ docet Ephesios: Omnis amaritudo & furor & ira & clamor auferatur à vobis cum oñi malitia. Colossensibus aũt ita præcepit: Deponite iram, indignationẽ, malitiã, blasphemiã, turpemq; sermonẽ de ore vestro, Timotheum vero docet, ne nomen dei blasphemetur. Ad Titum tamẽ sic scribit: Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, obedire ad oñe opus bonũ paratos esse, neminem blasphemare, nõ simpliciter accipitur. Nec eñ ait, neminẽ hoīem blasphemare, sed absolute, neminẽ, non angelum, non aliquã creaturam dei. Oñia quippe quæ à deo facta sunt, valde bona sunt. Quando Michael archangelus cũ diabolo disputabat, de Moysi corpore, non fuit ausus inferre iudiciũ blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi deus. Si igitur Michael non fuit ausus diabolo & maledictione dignissimo iudicium inferre blasphemiæ, quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus. Merebatur diabolus maledictum, sed per archãgeli os blasphemia exire nõ debuit. Relege veteres libros, & vide quę tribus in monte Garisin cõstitutæ sint, vt benedicerẽt populo, & quę in monte altero vt benedicerent populo. Ruben qui maculauerat thorũ parentis, & Zabulon nouissimus filius Lyæ & ancillaꝝ liberi in monte Hebal ponũtur, vt maledicant eis, qui maledictione sunt digni. Longũ est, si nũc enumerem, quomodo Iacob qui ad benedictionẽ vocauerat fi

B lios, dicens, vt benedicã vobis postea quasi in benedictione consonet. Maledictus furor eoꝝ, quia procax. Et ipse dñs loquitur in Genesi: Maledicta terra in operibus tuis, hoc nunc tantũ dixisse sufficiat, quod blasphemare Christi discipulos non oportet. Et veterũ Iudæoꝝ mos erat in detestationẽ criminis blasphemiæ scindere vestes. Propterea rex Ezechias audiens Rapsacen blasphemantẽ, scidit vestimenta sua. Et in Euangelio pontifex, quia saluatorem blasphemasse credebat, scidit vestimenta sua. Et Paulus ac Barnabas deferẽtibus sibi cultũ Lycaonibus, quasi contra blasphemãtes, sciderũt vestimenta sua. Nostris temporibus (prohpudor) cum tot ac tantę blasphemiæ nõ modo in diuos, ac sacramenta dei, sed & in eũ, qui sedet in excelso, atq; in filium eius vnigenitum, passionem, agonem, & vulnera eius quotidie fiant, si scindendæ vestes forẽt, ne filũ quidẽ subtegminis integrũ esset. Multis itaq; gradibus meliores olim cerniuicosi fuerũt Israelitæ, q̃ nos qui pretioso Christi sanguine redẽpti, blasphemare nõ desistimus. Pręcepit nobis Apostolus, vt mortẽ dñi annũtiemus, vt reconciliati deo per mortẽ filij, gratias agamus, vt gloriemur in cruce dñi nostri Iesu Christi, vt gaudeamus, chirographũ peccati per Christi passionem esse sublatũ, vt cũ Christo morientes, & cõsepulti, cũ illo viuamus, & recorde mur, quomodo Christus, cũ adhuc infirmi essemus, pro impijs mortuus est, cum adhuc peccatores essemus secũdum tempus, Christus in sanguine suo sancto nos iustificauerit, cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortẽ filij eius. Et sicut vnius delicto mortui sunt multi, ita in vnius hoīs Christi morte plures abũdant. Quid ergo blasphemamus eũ, cuius obedientia iusti cõstituti sunt multi. Qui cũ in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est se esse æqualem deo, sed seipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinẽ hoīm factus, & habitu inuentus vt

C homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Quid (quęso blasphemę) mali fecit ille tibi, aut quã causam inuenies in eo, qui sanguinẽ suũ pro te, & multis in remissionẽ peccatoꝝ effudit, & quare hũc blasphemare non cessas? Nonne (vt Paulus inquit) in dilecto filio suo dei per sanguinẽ eius redemptionẽ habemus, ad Ephesios. 1. Et nos qui aliquã do longe eramus, facti sumus prope in sanguine Christi. Nonne verũ est, quod ait Apostolus: Placuit deo recõciliare oñia, pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quę in cœlis, siue quę in terris. Hũc qdẽ proposuit deus propitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius ad ostensionẽ iustitię suæ, propter remissionẽ pręcedentiũ delictoꝝ. Nonne ille est pontifex, qui semel in sanguine proprio introiuit in sancta sanctoꝝ ęterna redemptiõe inuẽta? Verũ est itaq; quod Symon Petrus confidẽter testatus est, dicẽs: Non corruptibilibus auro vel argento redẽpti estis de vana vestra cõuersatiõe paternę traditiõis, sed pꝛtioso sanguĩe, quasi agni incõtaminati & immaculati. Christi discipulus, qui recubuit supra pectus dñi, dicit: Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. Et iterum: Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Hic est ille sanguis agni, in quo beati lauant stolas suas, agni quidem dei, qui abstulit peccata mundi. Agni quidem omniũ mansuetissimi. Agni sine macula, qui peccatum non fecit, nec dolus inuẽtus est in ore eius, qui iniuste iudicanti se tradidit, & iustus pro iniustis mortuus est. Quid ergo tu blasphęme ponis in cœlũ os tuum, & sanguinem, vulnera ac passionem eius, non solũ per ingratitudinẽ blasphemas, sed etiam teipsum cõdemnas? Procacissima gens est blasphemantiũ, nullã eñ vel voluptatem vel vtilitatem accipies, etiã si mille blasphemias euomueris. Dixere veteres recte ac sancte, horribilissimũ esse peccatũ blasphemiã, omne quippe peccatũ comparatũ blasphemiæ leuius.

Iacob. 3
Ephe. 4
Coloss. 3
1. Timo. 6
Titum. 3.
Gene. 1
In epi. Iud.
Zachari. 2
Deute. 27
Nume. 23
Geñ. 35.
Gene. 49
Gene. 49
Gene. 3
Esaię. 37
Matth. 26
Acto. 14
Roma. 5
Coloss. 3
Romañ. 6
Romañ. 5
Romañ. 15
Phil. 2
Lucę vltio
Coloss. 1
Apocal. 1
Ephes. 1.
Ephe. 2
Coloss. 1
Romañ. 3
Hebræo. 9
1. Petri. 1
1. Iohan. 1
Apocal. 1
Apo. 22
Iohanñ. 1
Hiere. 8
Exodi. 12
Esaiæ. 53
1. Petr. 2
Hieroñ. in Esaiã ca. 18

Et vnũ

Matthæ.12 Et vnũ genus blaſphemiæ eſt, quod neq; in hoc, neq; etiam futuro in ſeculo remittetur, ſi euan- D
Deuter.6. gelio credimus. Sed ſunt, qui pro ſuæ blaſphemiæ operculo, ſcripturã inducunt, dicentes: Iura-
Hieremi.4 bis per nomen eius. Atq; iterum: Iurauit etiã ipſe dominus, ad quem ſuæ malitiæ prætextũ hoc
Pſalm.109 modo, vel ex tempore reſpondeo: Non inficias eo, in ſcriptura iuraſſe dñm primo filio ſuo, cui
Pſalm.109 aliquando dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Huic quidem iurauit dominus, & nõ pœ-
nitebit eum, tu es ſacerdos in æternũ, ſecundũ ordinem Melchiſedech. Secundo legitur oraſſe
Pſalmo.131 Dauid ſeruo ſuo. Sic emi citharœdus cecinit: Iurauit dominus Dauid veritatem, & non fruſtra-
bitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã. Si cuſtodierint filij tui teſtamentũ me-
Geneſ.22 um, & teſtimonia hæc quæ docebo eos. Et filij eorum ſedebũt ſuper ſedem tuã. Iurauit & Abra-
Hebræ.6 hæ, dicens: Per memetipſum iuraui dicit dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercifti filio
tuo vnigenito, benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuũ, ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quę
eſt in littore maris. Iurauit autẽ per ſemetipſum, quoniã neminem habuit per quem iuraret, ma-
iorem. Sed hoc nihil aliud erat, niſi promiſſionis verbum, quod & ipſa veritas in Euangelio ſer-
uare conſueuit. Sub amen enim, ſententiaq; veritatem confirmat toties, dicens: Amen amen di-
co vobis: Per nomen dei pro veritate iurare aliquando permiſſum erat, blaſphemare vero vel
maledicere nunquàm. Vbiq; emi legitur & prohibetur, ne quis nomen dei fruſtra inuanum vel
in caſſum aſſumat. Quicunq; ergo inter Chriſtianos Chriſti nomen, crucem, paſſionem, aut
mortẽ, atq; alia id genus blaſphemare non verentur, hi rurſus Chriſtũ crucifigũt, & cũ ludæis,
& Gentibus ſub cruce blaſphemãt Chriſtũ. A blaſphemia itaq; ſummopere ſibi cauere debent
omnes milites, qui nomẽ ſuũ dedere Chriſto, ſi quãdo velint contra hoſtes noſ & crucis Chri- E
Eſaiæ.1. ſti Turcas reportare victoriã. Non emi fruſtra Eſaias filius Amos plagã imminere Iuda & Hie-
ruſalẽ vidit, propterea quod illi dereliquerũt dñm, blaſphemauerunt ſanctũ Iſrael, & abalienati
Eſai.5 ſunt retrorſum. Et iterũ: Propter hoc ſicut deuorat ſtipulã ignis, & calor flãmæ exurit, ſic radix
eorũ ſicut fauilla erit, & germẽ eorũ ſicut puluis aſcẽdet. Abiecerũt emi legẽ dñi exercituũ, & elo
Eſaiæ.52 quiũ ſancti Iſrael blaſphemauerũt. Et iterũ deniq; per Eſaiã hęc dicit dñs: Quñ ablatus eſt popu
lus meus gratis dñatores eius inique agũt dicit dñs, & iugiter tota die nomẽ meũ blaſphematur
propter hoc ſciet populus meus nomẽ meũ in die illa, quia ego ille q loquebar, ecce aſſum. Hoc
2.Timot.3 in ſpiritu, olim raptus in tertiũ cœlũ pręuidit Paulus, dicẽs: In nouiſſimis diebus inſtabũt tẽpo-
ra piculoſa, & erũt homines ſeipſos amãtes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parẽtibus nõ obediẽtes,
ingrati, ſceleſti, ſine affectiõe, ſine pace, criminatores, incõtinẽtes, imites, ſine benignitate, pdito
res, proterui, tumidi, cęci, & voluptatũ amatores magis q̃ dei, hos vero deuita. Videtis itaq; vos
cũcti Chri milites in quãto periculo veſtraq; animaq; cõſtituti ſitis, ſi nõ à cõſuetudine blaſphe
Eſaiæ.37 miaq; & maledictionũ veſtraq; ceſſaueritis. Et quia nõ modo Sẽnacherib rex, ſed & pueri eius
4.Regũ.19 blaſphemi, peſſimi homines fuere. Propterea aduerſus hos de cœlo dominus miſit angelum ſu
um, qui vna nocte de exercitu eius percuſſit, & interfecit centies, octogies, quinquies millia ho-
minum. Et ipſe blaſpemus Sennacherib rex Aſſyrioq; in fuga domũ rediens, & ſuo deo ſacrifi-
Ephe.4 care volens, à proprijs filijs in contemptum idoli ſui iuterfectus eſt. Omnis itaq; amaritudo, ira
& blaſphemia tollatur à vobis, iuxta doctrinam apoſtoli Pauli. Faxit Deus.

SERMO VIII.

F

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De laudando dominum.



2.Parał.29 Vdiuiſtis in domino chariſſimi, vt blaſphemus ille Sennacherib rex Aſſyriorum ſuæ in deum blaſphemiæ dignas pœnas luat, ſupereſt, vt patienter audiatis, quãtum præſtiterit Ezechiæ regi laudare dñm deum. Sic autem ſcriptura de Ezechia dicit: Conſtituit Ezechias in domo dñi, cum cymbalis, & pſalterijs, & citharis diſpoſitionem Dauid regis, & Gad videntis, & Nathan prophetæ, ſiquidem dñi præceptũ fuit per manum prophetarum eius, ſteterũtq; Leuitæ tenentes organa Dauid, & ſacerdotes tubas, & iuſſit Ezechias vt offerrẽt holocauſta ſup altare, cũq; offerrẽt holocauſta, cęperũt laudes canere dño, & clangere tubis, atq; in diuerſis organis, quæ dedit rex Iſrael, reppere rat cõcrepare. Omi aũt turba adorãte, cãtores & hi qui tenebãt tubas, erãt in officio ſuo, donec cõpleret holocauſtũ, quumq; finita eſſet oblatio, incuruatus eſt rex, & oẽs q erant cũ eo, & ado rauerũt, pcepitq; Ezechias & principes Leuitis, vt laudarẽt dñm ſermonibus, Dauid & Aſaph videntes

A videntes qui laudauerunt deum magna lætitia & incuruato genu adorauerunt. Ezechias autem etiam hęc addidit. Impleſtis manus veſtras domino. Accedite & offerte victimas in domo domini. Obtulit ergo vniuerſa multitudo hoſtias & laudes & holocauſta mente deuota, vt & nos laudemus dominum multipliciter ſcripturis, præceptis & exemplis inſtruimur. Cytharœdus ille propheta regius, qui, vt perfecte poſſet laudare dominum, etiam ſaltauit ante arcam, toties alleluia, id eſt, laudate dñm cecinit. Sic em̃ quaſi pleno ore dicit: Laudate pueri dominum, laudate nom̃e domini. Sit nomen domini benedictum, ex hoc nũc & vſque in ſeculum. A ſolis ortu vſq; ad occaſum, laudabile nomen domini. Et in alio Pſalmo: Laudate dominum om̃es gentes, laudate eum om̃es populi. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas domini manet in æternum. Et iterum: Laudate nomen domini, laudate ſerui dominum. Qui ſtatis in domo domini in atriis domus dei noſtri. Laudate dominum quia bonus eſt, pſallite nomini eius, quoniam ſuaue. Et in alio Pſalmo: Laudate dominum, quoniam bonus pſalmus, deo noſtro ſit iocũda decoraq; laudatio. Laudate Hieruſalem dominum, lauda deum tuum Syon. Quoniam cõfortauit ſeras portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te. Laudate dñm de cœlis, laudate eum in excelſis. Laudate eum om̃es angeli eius, laudate eum om̃es virtutes eius. Laudate eum ſol & luna, laudate eum om̃es ſtellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ om̃es quæ ſupra cœlos ſunt, laudent nomen domini. Quid dicam chariſſimi? Tantus in Dauid regio illo propheta fuit feruor laudandi dominum vt triplicis quinquagenæ pſalterium concluſerit hoc modo, laudando dominum, dicens, & quaſi tuba clamans: Laudate dominum in ſanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus
B eius, laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio & cythara. Mira profecto res, & myſterium admirabile valde quod propheta ille & rex iuxta cor domini caput libri ſui exorditur à viro beato, & beatitudine eius, & om̃e cãticum clauditur in laude diuina. Denique nõ ſolum ciuitatem Hieruſalem, Gentes deinde & pueros monet vt laudent nom̃e domini, imo & ſibiipſi contra grammaticorum regulam, & quaſi vim naturæ imperare videtur, quãdo ſic cecinit: Lauda anima mea dominum, laudabo dñm in vita mea, laudabo dñm meum quàmdiu in vita fuero. Huic etiam rei intẽdit Eſaias propheta, dicens: Laudate cœli quoniam miſericordiam fecit dominus. Iubilate extrema terræ, reſonare montes laudationem, ſaltus & om̃e lignum eius. Et iterum idem ille Propheta: Iubilate montes terræ, quia cõſolatus eſt dominus populum ſuum, & pauperum ſuorum miſeretur. Et Hieremias propheta: Cantate domino, laudate dominum, quia liberabit animam pauperis de manu malorum. Cæterum inde venit, & factum eſt, quod hæc Hebræa dictio, Alleluia ex duabus vocibus compoſita ſit. Allelu, id eſt, laudate: ia, id eſt, deũ, ita vt porro nõ tantũ in oriẽtali & Græca, ſed & occidẽtali & Latina eccleſia immutata perſtiterit, & toties per annũ à ſacerdotibus, leuitis, cãtoribus & populo decantetur, etiã ſi multi ſint qui ignorent, quid alleluia ſibi velit. Tobias ille ſenior aperiẽs os ſuum, & benedicẽs dñm inter cætera ſic cecinit: Portæ Hieruſalem ex ſaphyro & ſmaragdo ædificabũtur, & ex lapide pretioſo om̃is circuitus muroꝝ eius, ex lapide cãdido & mũdo om̃es plateæ eius ſternẽtur, & per vicos eius alleluia cantabitur. Iohannes autem ſecretarius domini ſaluatoris noſtri, etiam in exilio conſti-
C tutus, audiuit vocem magnam tubarum multarum, dicentium: Alleluia, laus & gloria & virtus deo noſtro eſt. Et iterum dixerunt: Alleluia, & fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum. Et ceciderunt ſeniores vigintiquatuor & quatuor animalia, & adorauerunt dominum ſedentem ſuper thronum, dicentes: Amen alleluia, & vox è throno exiuit, dicens: Laudem dicite deo noſtro om̃es ſancti eius, & qui timetis deum puſilli & magni. Et audiui quaſi vocem tubæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruoꝝ magnorum, dicentiũ: Alleluia, quoniam regnauit dominus deus noſter omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei. Habes itaque quiſquis dei cultor eſſe volueris, è ſcriptura ſancta laudandum eſſe dominum. Quod ſi forſan interrogaueris, qui viri, quæve mulieres laudẽ & mercedẽ acceperint, eo quod conſueuerint laudare dominum, & ſi diligens ſcripturarum ſcrutator fueris, laudarunt dominum om̃es ſancti eius. Inter hos ex ordine tibi nonnullos recenſere placuit. Moyſes ille ſeruus dei & prophetarum maximus, quando ſe liberatum eſſe, & populum ſuum vidit ab Aegyptiis manu magna dei, quam exercuerat dominus contra Aegyptios, & vt Aegyptiꝝ mortui iacuerunt ad littora maris, cecinit carmen domino, dicens: Cantemus domino, glorioſe em̃ magnificatus, equum & aſcenſorem deiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Et Iſraelitæ cum eſſent in Arnon cecinere carmen domino. Moyſes quando fuit in fine ſolitudinis carmen cecinit domino, dicens: Audite cœli quæ loquar, audiat terra verba oris mei. Sic cecinere Delbora & Baldach laudes domino, dicentes: Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas veſtras ad periculum, benedicite domino. Noſter Ezechias rex, canticum cecinit dño, dicens: Ego dixi in dimidio dierũ meorum. Dixit & Iudith laudes domino, hiſce verbis: Incipite domino in tympanis, cantate domino in cymbalis, modulamini illi pſalmum

Pſal. 112
Pſal. 116
Pſal. 134
Pſalm. 146
Pſal. 147
Pſalm. 148
Pſal. 150
Pſal. 145
Eſai. 44
Eſaiæ. 49
Hiere. 29
Tobiæ. 13
Apo. 19
Exod. 15
Numer. 21
Deute. 32
Iudic. 5
Eſaię. 38
Iudith vlt.

nouũ

nouum, exultate & inuocate nomen eius, qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet D
nos de manu omnium inimicorum nostrorum. Inter reges autem qui lucos & delubra destru-
xerunt, & in eorundem locum laudem domini erexerunt, Dauid vnus atq; præcipuus recense-
tur, de quo legitur, quomodo dereliquerit coram arca fœderis domini Assaph, & fratres eius,
vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies & vices suas. Constituit ianitores,
constituit & Hemam & Idithum & reliquos ad confitendum domino, quoniam in æternum
2. Para. 23 misericordia eius. Quum vero senex factus esset, plenusq; dierum Dauid, numerauit Leuitas
triginta octo millia virorum, ex quibus electi sunt viginti quatuor millia in ministerium domus
domini. Præpositorum autem & iudicum sex millia, & ianitorum ac totidem canentium in or-
1. Paral. 23 ganis quatuor millia, ordinauitq; vt Leuitæ starent mane ad confitendum & canendum domi
1. Paral. 25 no. Porro Asach & Hemam & Idithum prophetarunt in cytharis, psalterijs & cymbalis. Da-
1. Paral. 24 tus est & ordo viginti quatuor summis sacerdotibus. Filius autem eius Salomon, cui indultum
2. Para. 3 erat, vt ædificaret templum domino, post mortem patris ædificauit templum domino. Intro-
2. Paral. 6 duxit arcam & ædificauit templum. Iosaphat quoq; laudauit dominũ, id quod etiam fecit Eze-
2. Para. 20 chias ille rex noster. Iosias etiam rex fecit stare Leuitas, Sacerdotes & cantatores in ordine suo.
2. Para. 29 Propterea prosperos habuere successus, eo quod iugiter consueuere laudare dominum. Quod
2. Para. 35 forte dixeris, has historias veteris testamenti esse. Ecce ad Euangelium si te contuleris, inuenies
Esa. 6 non solum ex Esaia Seraphin clamasse: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum, ple-
na est terra oñis gloria eius, sed & nato domino, cum angelo multitudinem inuenies militiæ
Lucæ. 2 cœlestis, laudantiũ deũ & dicentiũ: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ vo- E
luntatis. Et ipse Iohannes in insula Pathmos audiuit animalia, quæ requiem non habebant die
Apocal. 4 ac nocte, dicẽtia: Sãctus, sanctus, sanctus dominus deus oñipotens, qui erat, qui est, & qui ventu
rus est, & quum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thro
num viuenti in secula seculorum, procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in thro-
no, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicen
tes: Dignus es domine deus noster accipere gloriam, honorem & virtutem, quia tu creasti oñia
& propter voluntatẽ tuã erãt, & creata sunt. Est ad hæc q̃d dicã: Turbæ p̃cedebãt & quæ seque
Matthæ. 21 bantur, clamabant, dicentes: Osanna fili Dauid, Benedictus qui venit in nomine domini. Et hæ
non modo non prohibitæ sunt à domino, sed cum principes sacerdotum & scribæ audientes
pueros clamare, Osanna fili Dauid, indignarentur, & dicerent: Audis quid isti dicunt? hoc à do
mino responsum acceperunt. V tiq; nunquàm legistis, quia ex ore infantium & lactentium per-
Lucæ. 19 feciſti laudem. Vel vt est in Luca, quando cœperunt oñes turbæ descendentium, gaudentes
laudare deum voce magna super oñibus, quas viderant, virtutibus, dicẽtes: Benedictus qui ve
Lucæ. 19 nit rex in nomine domini, pax in cœlo & gloria in excelsis. Et cũ quidam phariſeor̃ de turbis
dixissent ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Amen amen dico vobis:
Matth. 26 quia si hi tacuerint, lapides clamabunt: Quis hic non videt, non parum placuisse domino, quod
Marci 14 turbæ præcedentes ac sequentes laudauerint eum. Et post cœnam ipse dominus hymnum di-
Colos. 3. xit. Ipse Paulus quoq; Colossensibus inter cætera sic scribit: Verbum Christi habitet in vobis
abundanter in oñi sapia, docẽtes & commonẽtes vosmetipsos in psalmis & hymnis & cãticis
Psal. 99. spiritualibus in gratia cantãtes in cordibus vestris domino. Et hoc est quod Propheta ait: In hy F
2. Mach. 4 mnis cõfitemini illi. Et Iudas ille Machabæus cum suis data victoria in hymnis & cõfessionibus
Psal. 49 benedicebãt dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis. Date itaq; gloriam lau
Psal. 33. di eius, nam sacrificium laudis honorificabit dominum, dicat vnusquisq; semper laus eius in
Psal. 118. ore meo. Sic Dauid septies in die laudem dixit domino, offeramus & hostiam laudis. Magnus
Hebræ. 13 enim dominus est, & laudabilis nimis, laudabile nomẽ eius. Quod re vera tres pueri de camino
Psal. 47 ignis liberati plene præstiterunt. Hi tres nanq; quasi ex vno ore laudabant & glorificabant do-
Psalm. 144 minum, dicẽtes: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis & glorioſus & su
Psal. 112 perexaltatus in secula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum & laudabile, & superexalta-
Dani. 3 tum in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis, & su-
perglorioſus in secula. Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus
in secula, Amen.

SERMO IX.

Viriliter agite, confortamini. Nolite timere, &c.

ARGVMENTVM.

De superbia & arrogantia.

Sẽnache

A 

Ennacherib rex Assyriorum non modo blasphemus erat, sed & nimis arrogans atq; superbus contra dominũ, propterea restitit illi dominus. Superbiam eius aperte deprehendimus, quod inter cętera per Rapsacen populo Ezechiæ in Hierusalem nũtiauit in hæc verba. An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarũq; principibus? Nunquid prævaluerũt dij gentium, omniumq; terrarum liberare regionem suã de manu mea? Quis est de vniuersis dijs gentium, quos vastarunt patres mei, qui potuerit eruere populum suũ de manu mea vt possit etiam eruere deus vester de hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias rex, nec vana pśuasione deludat, neq; credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarũ gentiũ atq; regionũ liberare populum suũ de manu mea, & de manu patrũ meorũ, consequenter nec deus vester poterit eruere vos de hac manu. Sed & alia multa loquuti sunt serui eius contra dñm deũ, & contra Ezechiam seruum eius. Quis hic non videt arrogantẽ, elatũ, & supra modum superbũ animum regis Assyriorum? Simili arrogantia (proh dolor) festinat ad nos spurcissimæ sectæ Mahumeti tyrannus, tria tenens imperia Cõstantinopolitanum, Trapezuntium & Capha, regna deniq; multa, quasi vno hiatu deuoraturus sit non modo nos & ciuitatem hanc inclytam Viennam nobilissimam domus ac prouintiæ Austriæ metropolim, sed & omnia Christianorũ regna. Hac tamen parte spes cũctis datur Christianis, vt sicut ille qui sedet & habitat in excelsis, qui excelsus est dñs, & huc vsq; semper disperfit superbos mente cordis sui, iste etiã sit liberaturus nos de manu tribulantis. Superbire cęperat ille lucifer iam primũ ex nihilo factus, volens sedem suam ponere in aquilonem, & similis conspici
B ac esse altissimo. At mox de cœlo Satan ille deturbabatur ac cecidit veluti fulgur. Præsumpserat Eua quod eẽt sciens futura, veluti dij, sed extruditur à paradiso, & huc vsq; peperit in ærũnis ac dolore. Præsumpsit & Nemroth sese velle ac posse turrim extruere, cuius summitas cœlũ pertingeret. Sed artifices & qui laborabant ita confusi sunt linguis, vt non audiret vnusquisq; vocem proximi sui. Et Nabuchodonosor, quando superbe gloriabatur & dixit. Nonne hęc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis meij Bonum misericordiæ, & malum superbiæ, perditq; regnum, & grauissime punitus est. Sed cum de rebus bellicis contiones nostræ hoc tempore potissimum sint, videbimus itaq; num in bellis aliquando superbire profuerit. Et ecce in parato historia est de Israelitis, qui aduersantes imperio domini & tumentes superbia, præsumpserunt pugnare contra Amorrhæum, qui habitabat in montibus, idcirco profligati sunt. Golias ille Philistæus valde superbus occubuit. Et contra superbũ Holophernem inter cætera orans Achior, & populus vnanimiter hæc verba, dixerũt: Domine deus cœli & terræ, intuere superbiã, & respice ad nostram humilitatẽ, & faciem sanctorũ tuorũ attende, & ostende quoniam non derelinquis præsumẽtes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias. Finito itaq; fletu, & per totam diem oratione populorum completa consolati sunt Achior dicentes: Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorũ magis tu interitum vi-
C deas. Vnde per Esaiam: Dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & sup omnem arrogantem, & humiliabitur. Et itez idem Esaias: Audiuimus superbiam, Moab superbus est valde. Superbia eius & arrogantia & indignatio eius plusquã fortitudo eius, idcirco vlulabit Moab, ad Moab vniuersus vlulabit. His qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. Insuper ait: Dominus exercituum cogitauit hoc vt detraheret superbiã omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. Et alio loco: Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuũ. Subter te sternetur tinea, & putredo, operimentum tuũ erũt vermes. Hieremias autẽ propheta: Audite, & auribus percipite, nolite eleuari, quia dominus loquutus est: Date domino deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Quod si non audieritis in abscondito, plorabit anima vestra à facie superbiæ. Et sequitur, dic regi & potentibus: Humiliamini, sedete in terra, quoniam descẽdit de capite vestro corona gloriæ vestræ. Refertæ sunt itaq; sacrarũ historiarũ & sanctorũ prophetarum scripturæ omnium superborum & arrogantiũ conatus attritos à domino. Vnde consueuerunt prophetæ quoties de duce exercitus valde elato propherarunt, vti hisce verbis. Hæc dicit dominus exercituum, quasi cuiuslibet exercitus quantumuis numerosi grandis atq; potẽtis, verus & prævalentior dux sit dominus deus noster. Idcirco sic legitur: Ecce respiciens dñs sup castra Aegyptiorum, per columnã ignis & nubis interfecit exercitum eorũ, & subuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Et iste vir qui stabat euaginato gladio coram Iosue, respondit in hæc verba. Sum princeps exercitus domini, & non modo terrestris exercitus dominus est, sed & cœlestis. De hoc quasi concordibus votis & vocibus, duo apostoli Petrus & Iacobus hanc protulere sententiam: Superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Sed cogita quale & quantum sit malum, qui deũ aduersarium habet, cuius tanta potentia est, vt si ali-

2. Para. 32.

Luc. 1.
Esaiæ. 14.

Lucæ. 10
Gene. 3.
Gene. 11
Ibidem.
Daniel. 4.

Deute. 7

1. Regũ. 17.
Iudith. 6.

Esaiæ. 2.

Esaiæ. 16.
Esaiæ. 25
Esaiæ. 14
Hiere. 13

Exodi. 14
Iosue. 5.

Iacobi. 4
1. Petri. 5.

quando non duodecim legiones angelorꝝ,sed duntaxat ex tot centenis millibus angelis miſerit D
4.Regū.19 vnū,iam nō ſit,qui vel prævalere vel reſiſtere poſſit: Vnde Dauid: Tu terribilis es,& qs reſiſtet
Eſa. 37. tibi. Et in libro ſapientiæ: Virtuti brachij tui quis reſiſtet? Quoniā tanq̄ momentum ſtateræ,ſic
Pſalm. 65. eſt ante te orbis terrarꝝ,& tanq̄ gutta roris antelucani,qui deſcendit in terrā. Et ipſe Iob: Deus
Sapiæ.11. cuius iræ nemo reſiſtere poteſt,& ſub quo curuantur qui portāt orbem. Quod ſi verꝝ eſt,vt ve
Iob. 9. riſſimum extat,ita duobus apoſtolis firmātibus: Deus ſuperbis reſiſtit,& huic omnipotēti deo
1.Pet.5 nemo reſiſtere poteſt,qs dubitabit vnquā? Dominus deus etiā huic ſuperbo Philiſtæo Turcarꝝ
Iaco. 4. tyranno reſiſtet fortiſſime. Sed ne pari crimine deus vltionū in nos iram ſuā exerceat, per oīa
cōuenit & vtiliſſimū erit,vt & noſtrā ſuperbiā tollamus è medio. Parabola eſt euāgelij de pha-
Luc.18. riſæo,qa per ſuperbiā & quaſi iactabundus propria laudauit opera,idcirco nō deſcendit iuſti-
Ezech.16 ficatus de templo. Et dñs quādo per Ezechielem peccata Sodomæ exprobrabat, inter prima
1.Timot.3 ſcelera ſuperbiam poſuit,quod propriū & primū peccatū diaboli eſt. Sic eīm ſcribit apoſtolus:
Eſaiæ.10 Ne inflatus ait ſuperbia incidat in iudiciū diaboli, propter quam de cœlo corruit. Dixerat eīm,
fortitudine faciā,& ſapiētia inteligentiæ auferā terminos gentiū,& robur earꝝ deuaſtabo,& cō
mouebo ciuitates habitatas,& orbem terrarꝝ totū apprehendam manu ſicuti nidū,& ſicut cō-
Deute. 17 fracta oua auferam. Vides itaq; ſuperbiā vbiq; deteſtabilem eſſe, Vnde qui ſuperbierit, nolens
obedire ſacerdotis imperio,ex decreto iudicis morietur homo ille,cūctusq; populus audiēs ti-
Eccle.10 mebit,vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Et alibi: Odibilis coram deo eſt & hominibus
ſuperbia,initiū oīs peccati eſt ſuperbia. Quid ergo ſuperbis terra & cinis? Satis nunc ergo de E
his qui mente elati ſunt,verba fecimus. Quid gloriaris in malitia? Quid gloriaris in ſapientia? in
Iohan. 20. fortitudine? Si enim aſcenderit vſq; ad cœlū ſuperbia tua,& caput tuū nubes tetigerit,quaſi ſter
quilinium in fine,perdetur. Et qui eum viderint,dicent. Vbi eſt,veluti ſomniū auolans nō inue
Exodi. 18 nieris. Tranſibis ſicut viſio nocturna,& hoc faciet magnus ille dominus,qui retribuet abundā-
Pſal.30. ter facientibus ſuperbiam. Propter quod & Dauid rogat & dicit: Non veniat mihi pes ſuphiæ.
Pſal.35. Sciebat eīm quod antea prophetauerat,quomodo dominus oculos ſuperborꝝ humiliaret,& ſu-
Pſal.17 perbum ſicut vulneratū humiliaret. Qua re videtur ille Nabuchodonoſor,qui ſtatuam ſibi ere
xit,ſeq; adorari fecit,paulo religioſius ac ſanctius ſe,in termino pœnitentiæ cognouiſſe,dicēs:
Daniel. 9. Ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cœlum leuaui,& ſenſus meus redditus eſt mihi,& altiſ
ſimo benedixi,& viuētem in ſempiternū laudaui & glorificaui, quia poteſtas eius, poteſtas ſem
piterna,& regnum eius in generatione & generationem,& oīes habitatores terræ apud eū in
nihilum reputati ſunt,iuxta voluntatē eīm ſuam facit,tam in virtutibus cœli q̄ in habitationibus
terræ,& non eſt qui reſiſtat manui eius,& dicat ei quare feciſti. In ipſo tēpore ſenſus meus re-
uerſus eſt ad me,& ad honorē regni mei, decoremq; perueni,& figura mea reuerſa eſt ad me,
& optimates mei & magiſtratus mei requiſierunt me, & in regno meo reſtitutus ſum, & ma-
gnificentia mea amplior addita eſt mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo & magni-
fico & glorifico regem cœli,quia omnia opera eius vera,& omnes viæ eius iudicia, & gradien-
1.Petr.5 tes in ſuperbia poteſt humiliare. Humiliamini itaq; vos ò Chriſtiani milites ſub potenti manu F
dei. Viriliter quoq; agite & confortamini,deus auxiliator eſt noſter,pugnatq;,ac pugnabit pro
nobis,etiam dormitantibus & tacentibus nobis. Fiat fiat.

Pomeridianus ſermo in die Magdalenæ.

SERMO X.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De humilitate.



4.Regū.19 Ezech. 37.

Roximo ſermone ad vos habito declaratum eſt vobis, quantum no
cuerit Sennacherib regi Aſſyriorum ſuperbia eius,vt itaq; oppoſita
iuxta ſe poſita magis eluceſcāt,pro veſtra ſalute decreuimus,hac cō-
tione vobis aperire quātum profuerit Ezechiæ humilitas,vt à ſimili
exēplo diſcamus,& nos humiliare ſub potēti manu dei. Sic aūt ſan-
ctæ proferūt Ezechiæ hiſtoriæ, q̄ primū accepiſſet Ezechias literas
à rege Aſſyriorꝝ,qui iam expugnauerat Lobna,& is per contemptū
interrogaſſet & dixiſſet. Vbi eſt rex Emath & rex Arphath, & rex
ciuitatis Zepharphaim, Ana & Aphar? Aſcendit in domū dñi,& ex-
pandit eas coram dño,& expanſis manibus cœpit orare,opertus ſac

co,&

A co,& enarrare,quomodo glóriaretur Sennacherib,dicẽs:In multitudine curruũ meorũ ascendi excelsa montiũ in summitate Lybani,& subcidi sublimes cedros eius,& electas abietes illius,& ingressus sum vsq; ad terminos eius,& saltũ Carmeli eius. Succidi & bibi aquas alienas,& ficcaui vestigijs pedũ meorũ omnes aquas clausas. Aduersus hanc arrogantiã quoniam sese Ezechias humiliauit,idcirco videre meruit corpora mortuorũ,qui nõ à se,neq; suis militibus,sed angelo percutiente occisi fuerant. Et hoc à dño factũ est, & re vera est mirabile in oculis nostris. Sed testãtibus scripturis,cõsueuit eñ is,qui sedet in excelsis,humilia respicere in cœlo & in terra,vnde scriptum est:Respexit in orationẽ humilium,quod & alio loco in Ezechia rege nostro pientissimo probatũ est. Nam quũ ægrotasset ille vsq; ad mortẽ,venit ad eũ Esaias filius Amos propheta,dixitq; ei:Hæc dicit dñs deus. Præcipe domui tuæ,morieris enim tu,& non viues, q cõuertit faciem suã ad parietem,& orauit dñm dicens:Obsecro dñe,memento quæso quomodo ambulauerim corã te in veritate & corde perfecto,& q̃d placitum est coram te perfecerim. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno,& anteaq̃ egrederetur mediã partem atrij, factus est sermo dñi ad eum dicens,reuertere & dic Ezechiæ,duci populi mei. Hæc dicit dñs deus Dauid patris tui. Audiui orationẽ tuã,& vidi lachrymã tuã,& ecce sanaui te die tertia,ascendẽs templũ dñi, & addam diebus tuis quindecim annos. De Achab aũt rege omniũ impijssimo,occisore pauperis & innocentissimi Nabuth Iesraelitæ legitur horribili & grauissima pœna hũc fuisse plectendum. Sed cũ audisset Achab Heliæ prophetæ sermones,scidit vestimẽta & operuit cilitio carnem suã,ieiunauit & dormiuit in sacco,& ambulauit demisso capite, & factus est sermo dñi ad

B Heliã Thesbyten,dicens: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? quia igitur humiliatus est mei causa,nõ inducam malũ in diebus eius, Et à capite contionũ nostrarũ nos enarrasse recordamur de rege ac populo Niniuitarũ,ita vt q̃primum sese humiliarint,sentẽtia de interitu ciuitatis Niniue intra quadraginta dierũ spaciũ,immutata sit. Ex his tribus historijs in propatulo est,tantã humilitatis & orationis eẽ virtutem,vt & si Esaias Ezechiæ,Helias Achab regi,& Ionas Niniuitis ex ore & imperio domini,futura mala, imminẽtesq; plagas prophetauerint ac nuntiauerint,nihilominus deus ille,qui non mutatur,suã mutauit sententiã, ac pœnitentiã egit, vt non fecerit,quod tamẽ facere cogitauit. Sic ab initio seculi iuxta verbũ religiosissimæ viduæ mulieris Iudith. Nõ in multitudine virtus est,neq; in equorũ viribus,neq; superbi ab initio placuerunt dño,sed humiliũ & mansuetorũ semper placuit deprecatio. Vnde psaltes ille regius:Humiles spũ saluabit. Et iterũ:Populũ humilem saluũ faciet. Propterea publicanus humiliter orãs in tẽplo descẽdit iustificatus. Et dñs aduocans paruulũ,statuit eum in medio discipulorũ, & dixit:Amen dico vobis,nisi cõuersi fueritis,& efficiamini sicut paruuli,nõ intrabitis in regnũ cœlorum. In Ecclesiastico sic legitur:Oratio humiliãtis se nubes penetrabit,& donec propinquet, non cõsolabitur,& nõ discedet donec aspiciat. Propter q̃d Heliachim sacerdos vidẽs qũo contra potentiam Holophernis filij Israel humiliassent animas suas in ieiunijs & orationibus ipsi & mulieres,alloquutus est omnẽ Israel,dicẽs:Scitote,qm̃ exaudiet dñs preces nostras, si manentes permãseritis in ieiunijs & orationibus in conspectu dñi. Memores estote Moysi serui domini, qui Amalech confidentem in virtute sua & in potẽtia sua,& in exercitu suo, & in clypeis suis,

C & in curribus suis,& in equitibus suis,non ferro pugnãdo, sed precibus sanctis orando deiecit. Legitur insuper,quod anno quinto regni Roboam ascendit Sesack rex Aegypti in Hierusalẽ, quia peccauerunt dño cum mille ducentis curribus,& sexaginta millibus equitum,nec erat numerus vulgi,quod venerat cũ eo,ex Aegypto Lybies scilicet & Troglodítæ,& Aethiopes,cœpitq; ciuitates munitissimas in Iuda,& venit vsq; in Hierusalem. Semeias aũt propheta ingressus est ad Roboam & principes Iuda,& congregati fuerũt in Hierusalem fugientes Sesack, dixitq; ad eos. Hæc dicit dñs:Vos reliquistis me,& ego reliqui vos in manu Sesack. Consternatiq; principes Hierusalem & rex dixerũt:Iustus est dominus. Cumq; vidisset dñs,q̃d humiliati essent,factus est sermo dñi ad Semeiam dicẽs:Quia humiliati sunt, non disperdam eos,daboq; eis pauxillũ auxilij,& nõ stillabit furor meus sup Hierusalẽ per manũ Sesack. Veruntamen seruient ei vt sciant distantiam seruitutis meæ & seruitutis regni terrarũ. Recessit itaq; Sesack rex Aegypti à Hierusalẽ sublatis thesauris. Cogitate quæso charissimi, an forte nõ simus sub eadẽ conditione ne dicã damnatione,qui cum Hierosolymitis peccauerimus,ideo gladius dñi educatur super nos. Auertetur aũt facillime,& in vaginã mittetur,si humiliantes nos, nec nostris cõfisi viribus confugiamus ad dominũ. Quid dicã,q; inter Israel & Iuda ortum est bellũ? Israelitæ sub Hieroboã erexerãt sibi vitulos aureos,& cõtra Abiam regẽ Iuda eduxit in aciẽ Hieroboã, & octoginta millia virorum electos ad bella fortissimos. Abias aũt non nisi quadraginta millia bellicosorũ virorum habebat. Abias sperans in dñm adhortatus est aduersarios suos,vt nõ pugnarent contra dominũ deum,quãdo hoc non expediebat,& ecce sacerdotibus per tubas canentibus,omnibusq; viris Iuda vociferãtibus,perterruit deus Hieroboam & omnem Israel,qui stabat ex aduerso Abia & Iuda,fugeruntq; viri Israel Iudã, & tradidit eos deus in manus eorũ, corruerũtq; ex Israel quinquaginta millia virorũ fortium,humiliatiq; sunt filij Israel in tempore illo,&

4.Reg 19 Esaiæ. 37 Psal. 117. Psalm. 112. Psalm. 101 4.Reg.20. Esa.38 3.Regũ. 21 Ionæ,3 Malach.3 Iudith. 9 Psalmo. 33 Psal.17. Luc. 18. Matth.18 Eccl.35 2.Para.12. 2.Para. 13. Iudith. 4

illo,& vehementissime confortati filij Iuda,eo qd sperassent in dño deo patrũ suoꝝ. Persecutus est aũt Abias fugientẽ Hieroboam,& cæpit ciuitates eius, percussitq; dominus Hieroboã & mortuus est. Quod si sermonem nostrũ ad euangelicã dialecticã cõuerterimus,ecce perpaucos Christianos eẽ arbitramur,q non hãc vniuersalẽ propositionem à dño saluatore nostro ꝓdicatã sæpe audiuerint,quã post parabolã de inuitatis ad nuptias,& illic disceũbẽtibus ignorẽt
Luc. 14.18 esse dictũ à domino: Omnis qui se exal tat,humiliabitur,& qui se humiliat,xaltabitur. Hãc qppe regulã vniuersalẽ non aliquis mortaliũ dedit,sed eandẽ tradidit dominus. Sed quo altius infigeretur Christianoꝝ cordibus,mira res est,& admirãda ppetuo, qd ab vno eodẽq; Euangelista Luca Antiochiæ medico bis descripta legitur,id qd in Euangelio alias rarissimũ est,vnam quippe & eandem sentẽtiam à domino repetitã esse. Sicut em̃ circa parabolã nuptiarꝝ, & eoꝝ qui ad nuptias inuitati sunt,prædicta de humilitate regula posita est,ita eadẽ sentẽtia iuxta pa-
Lucę. 18 rabolã pharisæi & publicani ascendentiũ in templũ vt oraret,repetita est. Quis aũt hãc auth-
Psal. 74 oritatem habeat,facile deprehẽdes. Si prophetiã Dauidis regis intuearis,cecinit em̃ ille: Dixi iniquis,nolite inique agere,& delinquentibus nolite exaltare cornu, nolite extollere in altũ cornu vestrũ,nolite loqui aduersus deũ iniquitatẽ,quia neq; ab oriẽte,neq; ab occidẽte,neq; à desertis
Psal. 112 montibus,qm̃ deus iudex est,hũc humiliat,& hũc exaltat,qa calix in manu dñi vini meri plen᷑ mixto. Et in alio psalmo,attende qd dicat: Excelsus ait sup oẽs gẽtes dominus,& super cœlos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster,qui in altis habitat? & humilia respicit in cœlo & in terrã,Suscitans à terra inopem,& de stercore erigẽs pauperẽ. Vt collocet eum cũ principibus,
1. Regũ. 2. cũ principibus populi sui. Sed & hic iterum attende,qd tibi dicturus sim. Et si Dauid propheta fuerit iuxta cor domini,nihilominus hãc sententiã ab Anna vxore Helcanæ de Ramatha prius cantatam inuenio. Cecinit em̃ hæc mulier in hæc verba: Dñs mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Dñs pauperem facit & ditat,humiliat & subleuat,suscitat de puluere ægenũ, & de stercore eleuat pauperẽ,vt sedeat cũ principib᷑,& soliũ gloriæ teneat. Dñi em̃ sunt cardi
2. Regũ. 8. nes terræ,& posuit super eos orbẽ. Sic humiliauit dñs superbũ hunc Goliam Philistæum. Dicit
1. Paral. 18 em̃ scriptura: Percussit Dauid Philistĩm & humiliauit eos,& tulit Dauid frenũ tributi de manu Philistĩm & percussit Moab,& mensus est eos funiculo coequãs terræ. Mẽsus est aũt duos funiculos,vnũ ad occidendũ,& vnũ ad viuificandũ. Sic dñs humiliauit Chananæos: Et maxima
Esaię. 10 prophetia de aduẽtu Christi erat,dicens: Ecce dominator dñs exercituum,cõfringet laguncu-
lam in terrore,& excelsi statura succidẽtur,& sublimes humiliabuntur. Propterea dñs est qui humiliat. Ab vnigenito eius humilitatẽ discere oportet. Humiliauit em̃ semetipsum, factus obediens vsq; ad mortẽ,& nos inuitãs hisce verbis inter cætera dicit. Discite à me, quia mitis sum,
& humilis corde. Discipuli vero domini omnẽ humilitatẽ,nõ tam verbo q̃ opere cõmonstra-
Ephe. 4 runt,inter quos Paulus apostolus,nõ infimum locũ tenet. Sic em̃ inquit: Obsecro vos ego vinctus in domino,vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis,cũ omni humilitate & mansuetudine cum patientia. Profecto qui terrã & cinerem eẽ se nouit,& post paululũ in puluerem dis-
soluendum, nunq̃ superbia eleuabitur,& qui dei æternitate perspecta,breue & pene ad puncti
instar humanæ vitæ spaciũ cogitauerit,ante oculos suos semper habebit interitũ,& erit humi-
Sap. 9 lis atque deiectus. Corruptibile em̃ corpus aggrauat animã,& terrenũ hoc tabernaculũ sensum opprimit multa curantẽ,propter quod cũ omni humilitate dicamus. Non est exaltatũ cor meũ neq; elati sunt oculi mei. Om̃is aũt humilitas nõ tam in sermone,q̃ in mente est,vt humiles nos esse cõscientia nouerit,& nunq̃ nos vel scire vel intelligere,vel eẽ aliqd æstimemus. Quod si forte putaueris humilitatẽ nocere tibi,en in cõfesso est,nõ sine causa Dauidẽ agnouisse regẽ,atque
Psal. ĵĵ8. dixisse. Bonũ mihi dñe,qa humiliasti me. Et præclaꝝ hoc Mariæ canticum præstat intelligere
Lucæ. 1. quid fuerit ac sit,quod ipsa magnificans dñm,ait: Respexit dñs humilitatẽ ancillæ suæ, ecce em̃ ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Magna itaq; res est,& præclarissima virtus,humilitas,qua facile beatitudinem,quicũq; se humiliauerint,cõsequi possunt. Quippe inter gradus
Matth. 5 beatitudinis à domino prædicatos in monte,primus erat. Beati pauperes spũ,quoniam ipsoꝝ
1. Petri. 3. est regnum cœlorum. Intelliguntur autem passim ab om̃ibus pauperes esse spiritu, qui humiles sunt. Estote itaq; humiles,non reddentes malum pro malo,humilibus quoq; consentientes,& is qui semper exaltauit humiles,proculdubio respiciet etiam humilitatem nostrã, dabitq; victoriam aduersus eos omnes qui se extulerunt. Fiat fiat.

SERMO XI.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De prudenti & diuino consilio.

Quæ &

A 

Væ & quanta fecerit Ezechias rex Iuda & Hieruſalẽ, aliquot noſtris prædicationibus audire datũ eſt vobis. Quam prudenter vero ad bellum imminens ſeſe geſſerit, iteꝝ ſacra teſtatur hiſtoria. Poſtq̃ eñ venit Sennacherib rex Aſſyrioꝝ, & ingreſſus Iudam, obſedit ciuitates munitas, volens eas capere. Quod cũ vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcilicet Sennacherib & totũ belli impetum verti contra Hieruſalem, inito cum principibus cõſilio, viriſq; fortiſſimis, vt obturarent capita fontium, qui erãt extra vrbem, & hoc omniũ decernente ſententia, congregauit plurimã multitudinẽ & obturauerunt cunctos fontes & riuos, qui fluebant in medio terræ, dicentes: Ne veniant reges Aſſyrioꝝ & inueniant aquaꝝ abundantiam. Ecce Ezechias rex, qui ſemp poſuit deũ adiutoriũ ſuum, & qui fecit quod erat rectum in conſpectu domini, & q requiſiuit deum in toto corde ſuo. Immi nente impetu belli, nõ ſolus egit omnia, ſed cũ principibus & viris fortiſſimis iniit cõſilium. Cuius exemplo docentur cuncti reges, principes, ducesq; belloꝝ ac exercituũ, vt imminente bello, vel prælio, cõmunicatis agant conſilijs. Nõ abs re eñ ſapientiſſimus ille Salomon inter Prouer bia poſuit dicẽs: Vbi nõ eſt gubernator, populꝰ corruet. Salus aũt vbi multa cõſilia. Et iteꝝ idẽ ille Salomon: Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium. Vbi vero ſunt plures conſiliarij, confirmantur. In alio loco: Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, qui aũt agunt oñia cum conſilio, reguntur ſapientia. Et iteꝝ: Sicut aqua profunda, ſic cõſilium in corde viri. Sed homo ſapiẽs exhauriet illud. Et tam pretioſa res eſt cõſilium, vt idem Salomon erga filium ſuum, eam ſententiam, quam in Prouerbijs cap. 11. poſuerat iteꝝ in eodem libro cap. 24. repetierit, dicens: Vir

B ſapiens fortis eſt, & vir doctus robuſtus & validus, & erit ſalus vbi multa cõſilia ſunt. Sedes aũt ſapientiæ eſt in conſilio. Sic eñ ſapientia de ſe ait: Ego ſapientia habito in cõſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Per me reges regnãt & legum cõditores iuſta decernũt. Per me principes imperãt, per me potentes decernunt iuſtitiã. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint, inuenient me. Idem Salomon volens erudire filium ſuum inter cætera ſic dicit: Fili mi, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur. Audi conſilium & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis. Vide vt ille rex omnium ſapientiſſimus Salomon (erat eñ ait ſcriptura, Salomon ſapientior cũctis hominibus. Dederat ſiquidẽ illi dominus ſapientiam & prudentiã multã nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam quæ eſt in littore maris) toties filio ſuo inculcet, quo abſq; prudentũ conſilio nihil facere præſumat. Cui & inter cætera dicit: Vbi ſunt plures conſiliarij, cõfirmãtur cogitationes. Cõ ſiliarios aũt ſcriptura duplices habet, imprudẽtes & prudẽtes, malos & bonos, infideles & fideles, iuuenes & ſenes. Contigere Roboam olim ſenes & iuuenes cõſiliarij. Sic enim legitur: Venit Roboam in Sichem, illic enim congregatus erat oñis populus Iſrael ad cõſtituendũ eum regẽ. Et loquuti ſunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus duriſſimũ iugũ impoſuit nobis. Tu itaq; nũc imminue paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo, quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi. Qui ait eis: Ite vſq; ad tertium diem, & reuertimini ad me. Cumq; abijſſet

C populus, iniit conſilium rex Roboam cũ ſenioribus qui aſſiſtebant coram Salomone patre eius dum adhuc viueret, & ait eis: Quod datis cõſilium, vt reſpondeam populo? Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic & ſeruieris, & petitioni eoꝝ ceſſeris, loquutusq; fueris ad eos verba leuia, erunt tibi ſerui cunctis diebus. Qui dereliquit conſilium ſenum, quod dederãt ei, & adhibuit adoleſcentes, qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſtebant illi. Dixitq; ad eos: Quod mihi datis conſilium, vt reſpondeam populo huic, qui dixerũt mihi, Leuius fac iugum, quod impoſuit pater tuus ſuper nos. Et dixerũt ei iuuenes, qui fuerant cum eo. Sic loquere populo huic qui locuti ſunt ad te dicentes: Pater tuus aggrauauit iugum noſtrum, tu releua nos. Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. Et nunc pater meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego aũt addam ſuper iugũ veſtrũ. Pater meus cęcidit vos flagellis, ego autẽ cędã vos ſcorpionibus. Venit ergo Hieroboam & omnis populus ad Roboam die tertia ſicut loquutus fuerat rex, dicens: Reuertimini ad me die tertia. Reſponditq; rex populo dura, derelicto conſilio senioꝝ quod ei dederãt, & loquutus eſt eis ſecundum conſiliũ iuuenũ, dicẽs: Pater meus cęcidit vos flagellis, ego autem cędam vos ſcorpionibus. Quum itaq; rex noluit acquieſcere populo, neq; senioꝝ conſilio mitiori. Propterea reſpondit populus: Quæ nobis pars in Dauid? aut quæ hæreditas in filio Iſai? neq; Iſrael voluit obedire regi Roboam. Sic Amaſias peſſimum iniit conſiliũ, quãdo cœpit adorare deos Edom. Et de Iſraelitis Moyſes ait: Gens abſq; conſilio eſt, & ſine prudẽtia, vtinã ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Phariſęi quoq; toties in Euangelio conſilium faciẽtes peſſimum, ſibijpſis peſſime fecerunt. Licet Caiphas non intelligens prophetauerit conſiliũ nobis quidẽ optimũ. Iudas etiam Iſcariotis conſiliũ iniit cum ſenioribus Iudæis, conſultantes inter ſe, quomodo Ieſum dolo tenerent ac occiderent, ſed proditoris pœnas ſe authore dignas accepit. Et mater filioꝝ Zebedæi cum filijs putãs id, quod &

2. Para. 32
2. Para. 29
Proue. 11
Proue. 15.
Prouer. 13
Prouer. 20
Prouerb. 8
Prouerb. 2
Prouer. 19
3. Regũ. 4.
Prouer. 15.
3. Regũ. 12.
2. Para. 25.
Deute. 32.
Iohan. 18

hodie Iudæi Messiam alium expectãtes, arbitrantur Messiam tẽporaliter in Hierusalem regna- D
turum, consilium stultũ inijt, vt peteret à domino quo diceret, vt illius filij sederent vnus ad de-
xteram & alter ad finistrã. Cæterũ inter bonos & prudentes consiliarios inuenitur esse Ietro
socer Moysi, qui in exemplũ dedit cunctis regibus & principibus sanum quidẽ & optimũ cõ-
silium. Videns enim ille quomodo Moyses sederet ac iudicaret populum à mane vsq; ad vespe-
ram. Quid est quod facis in plebe? inquit: Cur solus sedes & omnis populus præstolatur de ma
Exodi. 18 ne vsq; ad vesperã? Cui respondit Moyses: Venit ad me populus, quærens sententiã dei, quũcũq;
acciderit ei aliqua disceptatio venit ad me, vt iudicem inter eos, & ostendã præcepta dei & le-
ges eius. At ille, nõ bonã inquit rem facis, stulto labore cõsumeris, & tu & popus iste, qui tecum
est, vltra vires tuas est negotiũ, solus illud nõ poteris sustinere, sed audi verba mea, atq; consiliũ
& erit dominus tecum. Esto tu populo in ijs, quæ ad deum pertinent, vt referas quæ dicunt ad
eum, ostendasq; populo cerimonias & ritum colendi, viamq; per quam ingredi debeant. Pro-
uide autem de omni plebe, viros sapientes & timẽtes deum in quibus sit veritas, & qui oderint
auaritiam, & constitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos, qui iudi-
cent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tã-
tummodo iudicent, leuiusq; sit tibi partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium do-
mini & præcepta eius poteris sustentare, & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cũ pace.
hac sancta historia docentur non modo reges, sed & principes militiæ vt illi non grauentur,
neq; dedignẽtur in consiliũ quãdoq; vocare minores aut subditos. Lõge præstãtior erat Moy E
Psalm. 118. ses quàm fuerat ipse Ietro Madianita, tamẽ Moyses acquieuit cõsilio soceri sui. Deus enim est, q
Matth. 11 intellectum & sapientiã præstat, etiã paruulis. Propter quod & saluator noster gratias egit & di
xit: Confiteor tibi pater & domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudẽ-
tibus, & reuelasti ea paruulis. Quid? quod Matthæi. 15. propterea quærit discipulos dñs, & cũ
his loquitur de saturando populo, vt magistris, exemplũ tribuat cum minoribus atq; discipulis
Actorũ. 15. quãdoq; cõmunicanda esse cõsilia. Ipse quoq; Petrus, etsi princeps fuerit apostolorũ, nõ grauatur
tamen aliorũ apostolorũ in primo Hierosolymitano concilio audire consilium. Et ex Au-
A. Gellius lo Gellio didicimus, vt olitor nonnunq; valde opportuna loquatur. Præterea dñs, nõ absq; my
Matt. 18. 10 sterio cõstituit paruulũ in medio discipulorũ, & ad se venire p̃cepit paruulos, his iuxta Salomo-
Proue. 1 nem etiã asscribitur astutia, Prouer. 1. Et Paulus: Si alij reuelatum fuerit assidenti, prior taceat. Vñ
1. Corũ. 14. consilium donũ est spũs sancti iuxta Esaiam, qui quidem spũs vbi vult spirat, nec est personarũ
Esaiæ. 11. acceptor, qui etiã Danieli cõsilium dedit ac prudentiã vt deprehenderet ille pro Susanna falsum
Iohan. 3 consilium quod fecerãt illi duo seniores. De Salomone quid dicam? seipsum puerũ & paruulũ
Daniel. 13 prædicat ac agnoscit, & à dño accepit, vt inter mulieres duas sup puero oppresso prudentissi-
3. Regũ. 3. mum consilium & admirabilem dederit sententiã. Vnde Iob sic de domino dicit: Apud ipsum
Iob. 12 est fortitudo & sapientia, ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur, adducit cõsiliarios in
Esaiæ. 9. stultum finẽ & iudices in stuporem. Ob id propheria de Christo per Esaiam scripta, Saluatorẽ F
nostrũ cõsiliarium & magni consilij angelũ vocat. De hoc vno Esaias & Paulus apostolus cõ-
cordibus votis dicere potuerũt. Quis cõsiliarius eius fuit? Ipse enim est talis ac tãtus, qui dissipat cõ
Psal. 32. filia gentium, reprobatq; cogitatiões populorũ, & reprobat cõsilia principũ. Ipse est terribilis in
Psal. 65. consilijs super filios hominum. Et sic per Esaiam ait dominus: Nõ sunt cogitationes meæ, sicut
Esaiæ. 55 cogitatiões vestræ, neq; viæ vestræ sicut viæ meæ. Sed quantũ distat cœlum à terra, tantum di
stat via mea, à vijs vestris, & cogitationes vestræ à cogitatione mea. Ad quæ verba domini sic
scribit noster barbatus iste Hieronymus. Ne putetis inquit difficile esse quod spondeo, & vobis
incredibile videatur. Impium enim & iniquum posse saluari, vel populum Iudæorũ, vel omnes qui
in gentibus nesciebant deum. Hoc cõsiderate q̃d multa inter mea, vestraq; cõsilia sit differẽtia,
& quãta naturæ, tanta voluntatis diuersitas, multæ enim cogitationes in corde viri. Cõsilium aũt
domini in sempiternũ manet. Vos vt homines sæpe promissi pœnitentes, veterem volũtatem
nouella voluntate subuertistis. Dominus enim dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes
populorũ, & irritas facit voluntates principum. Cogitationes autẽ cordis eius à generatione in
generationẽ, & quicqd decreuerit, nõ potest immutari. Vultis scire diuersitatẽ mei vestriq; con-
silij? quantũ cœlum loci distat à terra, & aliud angelorũ, aliud hominũ habitaculum est, tantum
meæ cogitationes à vestris cõsilijs separantur, de meis enim cogitationibus dicit. Inscrutabilia iu
dicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Porro de vestris. Cogitauerũt cõsiliũ, q̃d nõ potuerũt stabi-
lire. Et in alio loco: Quodcũq; inieritis cõsiliũ, dissipabit, & quicqd loquuti fueritis, nõ pmane-
Prouer. 21. bit in vobis. Ipse est itaq; dñs, cuius cõsiliũ manet in æternũ. Et de q̃ Salomon ait: Nõ est sapiẽ-
Iudith. 8 tia, nõ est prudentia, nõ est cõsilium cõtra dñm. Equus paratur ad diem belli, dñs aũt salutẽ tri-
2. Regũ. 15 buet. Propterea Iudith illa religiosissima mulier ait ad populum: Orate, vt firmũ faciat deus cõ-
silium meum. Et non sine causa Dauid clamauit ad dñm, dicens: Infatua quæso domine consi-
lium Achitophel. Id q̃d & factũ est, & sæpissime fit, vt dissipent consilia nostra, si non in ijs glo
rificatus fuerit dñs. Sic infatuauit dñs Sodomitarũ consiliũ, quando tentauerũt perfringere fores

Loth,

A Loth, vt abuterentur hospitibus Loth. Sic excæcauit dominus Pharaonem, & equites eius, qui putauerunt se posse transire mare rubrum, quemadmodum transierant Israelitę per mediũ sicci maris. Proin corruet & detestabile est quoq; omne consilium quod suum fundamentum non habet in domino. Det dominus deus vt in hisce calamitatibus nostris, consilia nostrorũ, ac nostra salutaria sint, & meliora sequamur. Faxit Deus. Gene. 19. Exodi. 14

SERMO XII.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De prudentia in re militari.



B NTellexistis charissimi proximo sermone ad vos habito, quàm prudẽter Ezechias rex principum fortissimorum suorum vsus fuerit consilio, & quantum nobis præstiterit, si subiecti simili periculo, sanis vtamur consilijs. Et quum Tobias ille senior iam moriturus, sicut ille putauerat, filium suum iuniorem erudierit, nempè vti consilium semper à sapiente perquireret. Cæterum ex hodiernę dominicę Euãgelio, is in quo reconditi sunt oñes thesauri sapiẽtiæ Christus, prudẽtem vilicum nobis in parabola sua proposuit, & certã regulam in hæc verba tradidit: Quomodo filij huius seculi prudẽtiores sint filijs lucis in generatione sua. Nec feliciter vnquàm res militaris absq; prudẽtia & sapiẽtia dirigi potest. Eapropter in ædificationem vestram pro sermone præsenti, nõnulla de sapiẽtia è sacrarũ literarum fonte & Gazophylacio secretiora dicturi sumus, nõ vilem vero ad contemnẽdam, sed omnium rerum pretiosissimam virtutem persuade tibi sapiẽtiam esse. Hoc non ex Cratis Thebani philosophi, magnum pondus auri proijciẽtis in mare, facto, sed è sacris literis manifestũ faciemus, cũctis nimirũ diuitijs aut opibus pręualere sapiẽtiam. Sic eñ omniũ sapiẽtissimus Salomon inter cætera dicit: Melior est sapia cũctis opibus pretiosissimis, & oñe desiderabile ei nõ potest comparari. Et iterũ: Ego sapientia habito in cõsilio, mecum sunt diuitiæ & gloria, opes supernę & iustitia. Melior est fructus meus auro & lapide pretioso, & genimina mea argẽto electo. In alio rursus loco testatur Salomon: Beatus homo qui inuenit sapiẽtiam, & qui affluit prudẽtia, melior est acquisitio eius negotiatione auri & argẽti, primi & purissimi fructus eius, pretiosior est cũctis opibus sapiẽtia, & oñia quę desiderãtur, huic nõ valent comparari. Lõgitudo dierũ in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Viæ eius, viæ pulchræ & oñes semitę illius pacificæ, lignum vitę est ijs, qui apprehẽderint eam, & qui tenuerint eam beati. Et iterũ: Posside sapiẽtiam, quia auro melior est, & acquire prudẽtiam, quia pretiosior est argẽto. Hoc hisce declarat verbis, & probat Salomon, dicẽs: Quid prodest stulto habere diuitias, quum sapiẽtiam emere nõ possit. Et in Ecclesiaste: Vtilior est sapiẽtia cum diuitijs, & magis prodest vidẽtibus solem. Sicut eñ protegit sapiẽtia, sic protegit pecunia. Hoc autem plus habẽt eruditio & sapiẽtia, quòd vitam tribuũt possessori suo. Hanc eãdem sentẽtiam corroborat idem Salomon repetitis vicibus, dicẽs: Pretiosior auro est sapiẽtia. Duplicem autẽ sapiam etiam hodiernũ innuit Euãgelium. Altera est in ijs, quę sunt ad deũ, & hęc est filiorũ lucis, altera in ijs, quę sunt mũdi & hmõi sapiẽtes vocat dñs huius seculi filios. Sapiẽs (inquit Salomon) timet & declinat à malo. Et verus Chrianus assimilat viro sapiẽti, qui ędificat domũ suam supra petrã Hac sapia eruditus est Moyses, & hęc desursum venit, pudica quidẽ, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiẽs, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicãs sine simulatione. Hoc testimonio Petri Paulus olim donatus est, & Salomon hac admirabili sapia donatus est, quem tria millia parabolarũ loquutũ cõstat, numerãturq; carmina eius q nq; millia. Disputauit insuper sup lignis à cedro, q̃ est in libano, vsq; ad Isopũ quę egredit de pariete. Disseruit porro de iumẽtis, volucribus & reptilibus & piscibus, & veniebãt de cũctis populis ad audiẽdum sapiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terrę, q audiebãt sapiam eius, ita vt etiã in euãgelio dñs memoriã fecerit nobilissimę illius reginę Austriæ, quia venerit à finibus terrę audire sapiam Salomonis. Ingressa eñ Hierusalẽ hęc regina Saba, volens tẽtare Salomonẽ in ænigmatibus, venit cũ comitatu multo ac diuitijs delatis p camelos, habẽs aromata, & aurũ infinitũ nimis, & gẽmas ptiosas. Venit ad regẽ, loq̃ns eidẽ vniuersa quę habebat in corde suo, nec tñ sermo fuit vllus, q posset regem latere, & non responderet ei. Videns autem regina oẽm sapiam Salomonis, & domũ quã ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesq; eorum, & pincernas, & holocausta, quæ offerebat in domo domini, nõ habebat vltra spiritum.

C Prouerb. 8. Prouerb. 3. Prouer. 16. Prouer. 17. Eccls. 7. Eccls. 10. Prouer. 14. Matthę. 7. Actorũ. 7. Iacobi. 3. 1. Petri. 3. 3. Reg. 4. 2. Paral. 9. 2. Regũ. 10. Tobiæ. 4. Lucę. 16.

Dixitq; ad regem: Verus est sermo, quē audiui in terra mea, super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrātibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nūtiata non fuerit. Maior est em̄ sapīa, & opera tua, q̄ rumor quem audiui: Beati viri tui, & beati serui tui, qui hic stant corā te semper, & audiunt sapīam tuam. Hæc autē oīs ac tanta sapīa desursum venit à patre luminū. Iste est em̄ iuxta Danielem, qui sapīa & fortitudo est, qui mutat tēpora & ætates, transfert regna atq; constituit. Dat sapīam sapientibus, & scīam intelligentibus disciplinā. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cū eo est. Ipse est qui discipulis suis ausus erat dicere: Ego dabo vobis os & sapientiā, cui non poterūt resistere & contradicere oīes aduersarij vestri. Ipse est qui dudū per Prophetā prędixit: Perdā sapīam sapientū, & prudentiā prudentū reprobabo. Ipse est, qui stultam fecit deus sapīam. In hoc em̄ sunt oīes thesauri sapīæ & scīæ dei. Quod si quis indiget sapientia, petat ab eo, qui sursum est. Sic impletus est Beseleel sapīa & intelligentia, & scīa in oīi opere, ad excogitandū, quicquid fabre fieri potuit ex auro & argento, ære, marmore & gemmis. Addiditq; ei sociū Ooliab de tribu Dan, vt texerēt oīa, ac noua quæq; reperirent. Tanta etiā est illius sapīa, vt non modo reges & principes sapīa donare possit, sed & animantia terræ, id quod Salomon docuit, dicens: Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus, formicæ populus infirmus, qui præparat in messe cibum suū. Lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. De hac in rebus diuinis sapīa. Paulus Apostolus docuit non plus sapere oportere q̄ ad sobrietatem. Non sapere sublime. Ipse em̄ Corinthios docuit, non in sublimitate sermonis, non in doctis humanæ sapīæ verbis, sed in omni humilitate. Vltimo loco concludens, sapīam huius mundi stultitiam esse apud deū. Hæc sapientia mundi, multis gradibus sapientia dei inferior est. Vnde Salomon ait: Respexi ego vt viderem sapiētiam, errores, & stultitiam, quia quis est hoīm, qui possit ire post regem antefactorem suum? Et vidi ego, quia est abundantia sapientiæ super stultitiam, sicut abundantia lucis super tenebras. Hæc enim sapientia, quo quis in deum diues & sapiēs est, ligno vitæ comparatur, ac primatum tenet. Huius seculi autem sapientia vana est, & hoc ipsum est, quod tanta exaggeratione apud Corinthios docuit Paulus: Stultitiam dei sapientiā esse hominibus. Et quod stulta mundi elegerit deus, vt confunderet sapientes. Ob id iuxta Hieremiam sic ait dominus: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed glorietur, nosse me, ne vero quis de se, & sua sapientia præsumat, multis locis sacræ scripturæ docemur. Sic enim ad filium Salomon ait: Ne innitaris sapientiæ tuæ & ne fis sapiēs apud temetipsum. Et per Esaiā: Væ vobis qui sapiētes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudētes. Et quid de Romanis olim prudētissimis scripserit Paulus, aduertē: Quia cū cognouissent deum, nō sicut deum glorificauere, aut gratias egerūt, sed euanuerunt in cogitatiōibus suis, & obscuratum est insipiēs cor eorū, dicentes em̄ se esse sapiētes, stulti facti sunt, & mutauerūt gloriam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrū & quadrupedū & serpētum. Non sitis itaq; vobisipsis sapiētes exaltantes corda vestra, & eleuātes oculos vros. Scriptū est em̄: Vbi est sapiēs? Vbi scriba? Vbi inquisitor huius seculi? nōne stultā fecit deus sapīam huius mūdi? Hęc illa prophana & maledicta sapīa huius mūdi, qua olim rex Aegyptiorū hisce verbis loquutus est populo suo: Ecce populus filiorū Israel multus, & fortior nobis est, venite sapiēter opprimamus eū, ne forte multiplicet, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egrediat de terra, quę quidē sapīa exactu serpētis, qui callidior erat cunctis sapiētibus, principiū habuit, hęc potius astutiæ nomē meretur. Vera autem sapiētia laudabilis est, & amplectēda perpetuo. Quàm Salomon ita enixe ac diligenter docuit, ac toties inculcat vt tandem ad animalculum minutissimū veniēs, ex eo sapiētiam tanquàm mel ex fauis sugendam docuerit. Sic enim ait: Vade ad formicam ò piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec pręceptorem, nec principem, parat tamen in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Et hoc est animal illud paruum, de quo Hieronymus in vita Malchi monachi, non citra singularem animi voluptatem, sic recitat: Aspicio formicarum gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora quàm corpora. Aliæ herbarum quædam semina forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humum de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebāt. Illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illata semina præcidebant. Hæ luctu celebri, corpora defuncta deportabāt. Quodq; magis mirū est, in tāto agmine, egrediēs non obstabat intranti. Quin potius si quàm vidissent sub fasce & onere cōcidisse, suppositis humeris adiuuabāt. Quid multa? Pulchrū mihi spectaculū dies illa tribuit. Det itaq; nobis pater luminū, à quo oīe datum optimum, & omne donum perfectum, apud quem non est transmutatio, neq; vicissitudinis obumbratio, vt recte, prudenter, ac sapienter dirigantur aduersus truculentissimi Turcę impetus, consilia nostra & cogitationes nostræ, Amen, Amen.

Sermo. XIII.

SERMO XIII.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c.

ARGVMENTVM.

Quomodo liceat Christiano bellare contra Turcas.



NOn satis erat Ezechiæ, suorum principum & subditorum vti consilijs ac sapienter obstruere fontes, qui fuerant circa Hierusalem, quin etiam illud ipsum adijcere voluit, quod magna industria omnem murum Hierosolymorum, qui dissipatus fuerat, ædificauit. Extruxit quoq; turres desuper, & forinsecus alterum murum, à cuius Ezechiæ regis exemplo nos qui alteram à Turcis obsidionem expectamus quotidie, docemur, vt & nos muros nostros, turres nostras, & propugnacula nostra fortiora reddamus. Sed inuenti sunt nostris temporibus nonnulli de se multa præsumentes, qui etiã suis æditis libris ac tractatibus, ausi sunt in publico docere, nemini Chriano licere præliari cõtra Turcas, quoniam omne bellum, quod contra Turcas moueatur, Euangelio contrarietur. Vt igitur hunc nodum ex animis vestris excutiamus, nonnulla ex Euangelio vobis edisserere constitui. Præcursor itaq; domini, & primus Euangelij prædicator, quum regnum cœlorum appropinquasse publicæ proclamaret in deserto, interrogatur à turbis dicentibus: Quid faciemus? Ille vero respondens, dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Quumq; venissent ad illum publicani vt baptizarentur, ac dicerent etiam illi: Magister, quid faciemus? Respondit eis: Nihil amplius, nisi quod constitutum est vobis, faciatis. Postremo vero loco, quando venerunt milites, simili modo interrogantes. Quid faciemus & nos? Audiunt. Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti estote stipẽdijs vestris. Ecce quid hic audimus? Vocem quidem clamantis in deserto, ac docentis, quo pacto possint etiam milites salui fieri. Et hæc est sententia, non de oraculo Apollinis, sed hominis missi à deo, cui nomen Iohannes erat, non simplicis alicuius hominis, sed cui similis inter natos mulierum non surrexit. Qui venit in mundum vt testimonium perhiberet de lumine. Et ecce vobis militibus prædicat iuxta Iordanem, ac tria docet salubertima vobis obseruanda. Primo, vt neminem concutiatis. Concutitur autem proximus tuus, vbi vim illi intuleris, ac violentiam quæ non nisi in vno Euangelij loco admittitur, quando dominus dicit: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Præter hanc vim, vix inuenies contra hostẽ violentiam ac vim approbatam esse, quanquàm & id de mortificatione carnis verius intelligi potest. Nam qui mortificabant, & nunc mortificant carnem suam, rapiunt cœlos, & à diebus Iohannis à prædicatione eius finita, & ab inceptione nouæ legis regnum cœlorum vim patitur, & violenti illud rapiunt. Qui sunt ij? qui tollunt crucem suam, & sequuntur dominum, qui moriuntur mundo, & viuificantur deo, qui mortificant membra sua super terram, quemadmodum & Paulus Christi organum præcipiebat, dicens: Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram id est, omnem concupiscentiam, quod sine violentia non fit. Sed hæc violentia est victoria spiritus, & dei super hominem. Et hi reuera vt dictum est, sunt violenti, qui rapiũt regnum cœlorꝝ & à qbus regnũ cœlorꝝ vim patit. Alioquin modis ex scripturis oĩbus in proximũ vis ac violẽtia prohibita est, & pletũq; huiusce generis homines infelices habẽt exitus. Ita quum Sodomitæ vim facerent Loth vehementem, ita vt iam prope fores effringerentur, dignas pœnas luerunt Et Sychem, quando Dinam filiam Lyæ rapuit, & vi opprimens virginem, cum illa dormiuit, in causa erat vt grauissimis vulneribus, nõ solũ ipse Sychem, sed & alij Sychimitæ occisi fuerũt. Et dominus deus Moysi legẽ statuens ita præcepit: Ego dominus: Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Et ipse Salomon: Non facies violentiam pauperi, quia pauper est, neq; conteras egenum in porta, quia iudicabit dominus causam eius, & configet eos, qui cõfixerũt animam eius. Vides itaq;, quisquis Christi miles esse & haberi cupis, prædicationẽ præcursoris dñi valde bene ac egregie stipatam alijs scripturis. Deprędationẽ primo loco prohibet vox clamantis in deserto. Cæterꝝ docet nemini calũniã inferẽdã esse. Calũnia vero est, qñ nugis, strophis ac alijs malis adinuẽtionibus, res aliena rapit, atq; hoc prohibitũ est, quod ex multis scripturis probari daretur, sed cuiuis Christiano hoc satis esse debet, quod Christus ex lege naturæ nos docuit hoc modo: Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim (inquit) lex & prophetæ. Attende (quæso) saluatorem tuum docentem hoc velle legem, hoc velle prophetas, vt vnusquisq; proximo faciat, quod sibi fieri velit & cupiat.

2. Para. 32

Lucæ. 3

Matth. 3

Matth. 11 Iohañ. 1

Matth. 11

Coloss. 3

Gene. 19 Gen. 34

Leui. 19 Prouer. 22

Calumnia

Matth. 7

Quod

Quod si conductus miles hoc proximo suo non fecerit, ad cuius defensionem ille conductus D
est, quantū putas hunc ab Aethnico differre ne dicam infideli Turcæ. Ex amico em̄ fit inimi-
cus intra muros septa, ac finū, nec nisi vna syllaba differt, quemadmodū Alemanica nostra lin-
gua, Fruendt vnd vyendt, non nisi vnica litera canina inter se differunt. Quod itaq; tibi fieri no
Matthæ. 11 lis, alteri ne feceris. Tertio loco prædicator ille, quo inter natos mulierū, testimonio Christi, ma
ior non surrexit: militibus veritatē & salutem inquirentibus respondet, & dicit: Estote contēti
1. Timot. 4 stipendijs vestris. Paulus ille miles Christi, qui etiam certamen certauit, quiq; dotuit eum co-
2. Timot. 2 rona decorandum, qui legitimē certauerit, pro militibus & mercede conductis in hæc verba,
1. Cor. 9 & quasi per aggerationē prouinciā suscipiens, dicit: Quis militat suis stipendijs vnquàm? Quis
plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, de de lacte gregis non mandu-
cat? Nunquid secundū hominē hæc dico, an & lex hæc non dicit? Scriptū est em̄ in lege Moy-
Deuter. 25 si. Non alligabis os boui trituranti, nunquid de bobus cura est deo, an propter nos vtiq; scri-
pta sunt? Quoniā debet in spe qui arat, arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi. Quum
itaq; Iohannes Baptista, quem etiam dñs Heliam vocat, militiam nō reprobauit, sed & militi-
bus normam viuendi dedit, qua & illi possent ad regnum cœlorum peruenire, quod primus
inter prȩcones Euangelij prȩdicabat. Militia itaq; & maxime contra impios & sanguinis Chri
stiani persequutores atrocissimos Turcas ex Euangelio negata non est. Quod si quis præcur-
sori saluatoris nostri fidem dare non velit, audiamus nonnullas ex ore Christi prodeuntes para
Lucæ. 14 bolas atq; sententias, & mea sententia non abs re, sic à domino interrogatur. Quis (inquit) ex
vobis volens turrim ædificare, nonne prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si ha E
beat ad perficiendum, ne postquàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omēs
qui vident incipiant illudere ei, dicētes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consum
mare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat,
si posset cum decem milibus occurrere, qui cum viginti milibus venit ad te, adhuc illo longè
agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Ecce quàm pulchræ regis nostri Ezechiæ
Lucæ. 19 prudentia cū euāgelio quadret. Accedit ad hæc alia parabola, non fine maiestate recitata à do
mino, de homine nobili, qui abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti,
cuius ciues aliqui dixerunt: Nolumus hunc regnare super nos. Eoq; reuerso inter cætera dicit:
Inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.
Cur adeo diram dominus approbasset sententiam? si non impij, rebelles, atroces q; tyranni gla
Roma. 13 dio plectendi essent. Aut forte frustra Paulus docuisset Romanos de potestate sublimiori, quod
illi omnis anima subdita esse debeat. Sic enim ait dei minister: In bonum est, nec fine causa gla-
Romañ. 13 dium portat, iterum repetens potestatem habere dei ministros, vindicem in eum, qui male agit.
Propterea Euangelium Christi, neq; Cæsarem, neq; regem, neq; aliquem principem tollit, sed
Matth. 22 iubet Cæsari dandum, quæ Cæsaris sunt, sicut deo quæ dei sunt. Ad cuius exemplum etiam quū
Matth. 17 liber & immunis esset ab omni penso dominus, ex ore tamen piscis fecit solui vectigal. Et hoc
est, quod toties legitur. Regem honorificate, Cui tributum, tributum. Cui honorem, honorem
Cui vectigal, vectigal. Diuus etiā ille Petrus, qui sua piscatione hoc exemplū iussu dñi perfecit,
1. Petr. 2 inter cætera dispersis in Gentibus in hæc verba scripsit: Subiecti estote omni humanæ creaturę
propter deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquàm ab eo missis, ad vindictam ma F
lorum, ad laudem vero bonorum. Non video vero sub cœlo esse malefactores turpiores, atro-
ciores, & immaniores ipsis Turcis, qui nec ætati, neq; sexui parcere consueuerunt, sine miseri-
cordia mactantes, iuuenes atque senes, etiam ex vteris maternis nondum maturos fœtus exci-
Psalm̄. 78 dentes. Hæ sunt illæ Gentes quæ venerunt in hæreditatem domini, polluerunt templum san-
ctum domini. Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, posuerunt morticinia seruorum
suorum, escas volatilibus cœli, carnes sanctorum suorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem
Psalm̄. 78. ipsorum tanquàm aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Clamemus autem
singuli etiam vsque in cœlum cum citharœdo & psalte regio, dicentes: Ne memineris iniqui-
tatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus
nimis. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos, &
propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui
effusus est, innotescat in nationibus coram oculis nostris. Introeat in conspectu tuo gemitus
compeditorum, seruorum tuorum secundum magnitudinem brachij tui possides fi
lios mortificatorum tuorum. Hæc optanda sunt & toto corde peten-
da, vt iterum aduersus Mahumetanam spurcitiam eriga-
tur signum crucifixi, fiatq; eius sepulchrū glo-
riosum. Et vt adoremus in loco
vbi steterunt pedes eius.
Fiat, fiat.

Sermo. XIIII.

A

SERMO XIIII.

Viriliter agite,& confortamini.Nolite timere,&c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De supremo Christianæ militiæ principe ac duce Christo.



QVàm prudenter Ezechias ille rex consilium inierit cum principibus atq; suis viris fortissimis decreuerit q; contra hostes obturari debere fontes aquarũ, & qũo turres extruxerit ille nouas, alterum q; murum forinsecus, & quid hæc sibi voluerint, sermonibus superioribus declaratum est. Restat ad præsens, vt & reliqua declaremus, illa videlicet quę simul ab Ezechia rege facta legũtur, illa quidẽ quod constituerit principes bellatorũ in exercitu. Quum itaq; successus illius, regis bene fortunati fuerint, ab illius exẽplo recte sumemus, & in nostro Turcico bello capita, duces ac principes eligemus nos. Ducem vero vel principem exercitus nostri, militiæ q; nostræ primo omnium loco eũ qui sedet in excelsis eligendũ, & præ oculis habendũ arbitror. Huic em̃ nobilis ille Tharsensis Paulus primas concedit ac dat in om̃ibus, cuius hæc verba sunt, Christus primogenitus om̃is creaturæ, quoniã in ipso cõdita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominatiões, siue principatus, siue potestates, om̃ia per ipsum, & in ipso creata sunt. Et ipse est ante om̃es, & om̃ia in ipso constãt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principiũ, primogenitus ex mortuis, vt sit in om̃ibus ipse primatũ tenens. Ad Ephesios in hæc verba scribitur: Christũ Iesum suscitauit à mortuis, & constituit ad dexteram suam in cœlestibus, super omnẽ principatũ & potestatẽ, & virtutẽ & dominationẽ, & om̃e nomen quod nominatur, nõ solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & om̃ia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiã, cuius est corpus ipsius, & plenitudo eius qui om̃ia in om̃ibus adimplet. Ad eosdem Ephesios iterũ in hæc verba scribit. Veritatem facientes in charitate crescamus in illo per om̃ia, qui est caput Christus, ex quo totũ corpus compactũ & connexum est. Repetitis q; vicibus ad eosdem scribit Ephesios: Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Corinthijs vero sanam doctrinam tradere volens, inter cætera docet. Volo vos scire, quod om̃is viri caput, Christus est. Vides quomodo bonus ille miles Iesu Christi Paulus, eques auratus ex tertio cœlo rediens, & ad Ephesios plus semel, etiam Colossenses atq; Corinthios, antesignanũ, vel vt vulgo dicitur, Capitaneum nostrũ per om̃ia facit esse Christum. Hunc autem non gregarium putes esse principem nostrũ. Primo enim loco de nobilissima progenie, etiam quo ad carnem, natus est. Præterea, hic data opera eius ab æterno generationem reticeo. Nam generationem eius quis enarrabit? Ex libro tamen generationis, quemadmodum per Matthæum & Lucam descriptus est, tres thesseradecades generationum inuenire licebit. Sic enim Euangelista dicit: Generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim, & à Dauide vsq; ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim, & à transmigratione Babylonis vsq; ad Christum, generationes quatuordecim. In his quadraginta duobus generationum gradibus, fuere ac sunt patriarchæ deo charissimi, sacerdotes religiosissimi, ac reges omniũ nobilissimi. Non ergo vilis erit etiã secundũ carnẽ, is qui tibi deputatur esse tuę princeps militiæ. Cęterũ res magni, imo maximi momenti, mysteriũq; est quod Iacob ille patriarcha valedicẽs de se duodecim natis filijs, Iudæ hanc benedictionẽ dedit. Non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittẽdus est, & ipse erit expectatio Gentiũ. Vides quomodo Christus de tribu Iuda, & de domo Dauid ante aliquot millia annorũ cognitus est fore ac esse dux. Id quoq; prædictũ est per Michæam prophetam, & à principibus sacerdotũ ac scribis populi. Hoc nato Christo turbatus rex Herodes audiuit, ille nanq; sciscitans vbi Christus nasceretur, hoc responsum accepit: In Bethlehẽ Iudæ. Sic enim scriptũ est per Prophetam: Et tu Bethlehẽ terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda. Ex te em̃ exiet dux, qui reget populum meũ Israel. Nec solum ille iuxta prophetias dux est, sed & princeps. De eo enim Esaias propheta dixit, vt sit princeps pacis, & principatus eius factus sit super humerũ eius. De quo Petrus ait: Quũ apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcessibilẽ gloriæ coronã. Iohannes autẽ in insula Pathmo: Christus Iesus testis fidelis, est primogenitus mortuorũ & princeps regum terræ. Neq; fideliorẽ principẽ vspiam in historijs & rebus bene ac feliciter gestis inuenire licebit. Ille siquidẽ longè audẽtius q; Alexander Macedo, vel Iulius Cæsar Romanus aduersarijs occurrit, nempè prędicãs regnũ dei dicit: Discite à me. Et cœnã nouissimã. Exemplũ inq;t, dedi vobis, vt quẽadmodũ ego feci, ita & vos faciatis.

B Coloss.1

Ephes.1

Ephe.4

Ephes.5

1.Cor.11

C Esaiæ.53

Matthæ.1 Lucæ.3

Gene.49

Michæ.5 Matthæi.2

Esa.9 1.Petr.5 Apocal.1

Matthę.11 Iohan.13

Talis

Talis denique est princeps qui etiam non erubuit animam suam ponere pro ouibus suis. Quid di- D
Iohann. 10 cã proficiscentibus Israelitis & pugnantibus aduersus exteras nationes. Dominus deus ductor,
ac dux fuit exercitus. Sic enim scriptum est: Dominus præcedebat ad ostendendam viam per
Exodi. 13 diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroq; tempore.
Cæterum ad populum sic Moyses ait: Nolite metuere, Dominus deus, qui ductor est noster,
Deutero. 1 pro vobis ipse pugnabit sicut fecit in Aegypto cunctis videntibus, & in solitudine ipsi vidistis.
Portauit te dominus deus tuus vt solet homo gestare paruulum filium suũ, in omi via per quã
Deuter. 4 ambulasti. Et iterum: Obserua & caue, ne quando obliuiscaris domini dei tui, qui eduxit te de
terra Aegypti, de domo seruitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna ac terribili, in qua
Deuter. 31 erat serpens, flatu adurens & scorpio ac Dipsas, & nullæ omino aquæ. Qui eduxit riuos de pe-
tra durissima, & cibauit te manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. Et iterum in eodem
libro: Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis ad conspectum eorũ, quia do-
minus deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet nec derelinquet te. Vides itaq; quomodo
Exodi. 3 Moyses qui eduxit populum Israel de Aegypto (ad hoc enim constitutus erat, & vocatus à do
mino iuxta montem Oreb) per omnia fatetur dominum deum ductorem & ducem extitisse, ac
Psal. 79 esse sui exercitus. Et hoc est, quod Propheta Dauid cecinit: Vineam (inquit) de Aegypto tra-
duxisti. Eiecisti gentes & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radi-
ces, & impleuit terram, cecinit q; Moyses, dicens: Dominus solus dux eius fuit, & non erat cũ eo
deus alienus. Ad hæc tamen ex hominibus leguntur constituti duces, ac principes populorum
Exod. 5 Sic ad Moysen dominus ait: Mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Is- E
rael de Aegypto. Sic post mortem Moysi serui domini, constitutus est Iosue filius Nun, seruus
Iudic. 20. Moysi. Sic dux exercitus factus est Gedeon, sic dominus interroganti populo ac dicenti: Quis
erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin? Respondit: Iudas sit dux ve
1. Regũ. 13 ster. Sic Samuel ait ad regem Saul: Quæsiuit sibi dominus virum iuxta cor suum, & præcepit ei
2. Regũ. 6 dominus, vt esset dux super populum suum. Sic ad Micol Dauid inquit: Præcepit mihi domi-
4. Reg. 20. nus, vt essem dux super omnem populum domini. Sic ad Esaiam dominus ait: Dic Ezechię du
ci populi mei, & inter Machabæos constituti sunt duces Mathathias, Iudas, & cæteri. Et ita in
Num. 1 consuetudinem venit, vt capita populorum dicerentur esse principes. Ita in Numeris recensen
1. Parali. 11 tur principes tribuum ac domorum in cognationibus suis. Sic Hebron populus ait ad Dauid:
Tibi dixit dominus deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum.
4. Regũ. 5. Sic Naaman erat princeps militiæ Syriæ. Constituti sunt vero principes, non vt opprimant
Eccl. 32 plebem per superbiam, ita enim scriptum est: Principem te constituerunt, ne eleueris. Esto in-
ter eos quasi vnus ex ipsis. Et dominus ita præcepit: Qui vult inter vos esse primus, sit omnium
Matth. 20. minimus. Et quid referam? Dux ille Israelitici exercitus, qui decem plagis afflixerat Aegyptum
Exodi. 10 & ad cuius imperium cœlum & terra & maria seruiebant inter cunctos homines, quos tunc ter-
ra generauit, mansuetissimus prædicatur, & ideo per quadraginta annos obtinuit principatum,
Numer. 12 quia potestatis superbiam lenitate & mansuetudine temperabat. Lapidabatur à populo & pro
Exo. 32 lapidantibus rogauit, quia potius deleri ipse vult de libro dei, ne commissus sibi grex pereat.
Lucæ. 15 Cupiebat enim illum imitari pastorem, quem sciebat etiam errantes oues suis humeris porta-
Iohann. 10 turum. Pastor (inquit) bonus, ponit animam suam pro ouibus suis. Boni quippe pastoris disci
pulus optat anathema esse pro fratribus suis atq; cognatis. Qui sunt Israelitę secundum carnem
Roman. 9 non debent illi neq; opprimere pauperem, neq; principes deglubere oues. Verum ab hoc ma- F
lo pessimo cauerunt sibi semper optimi quiq; principes, & talis erat Moyses, inter cætera di-
Nume. 16 cens: Domine tu scis, quòd nec asellum vnquàm acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam
Hiere. 22 eorum. Contra tales oppressores, per prophetam Hieremiam dominus ait: Hæc dicit domi-
nus: Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam
& pupillum, & viduam nolite contristare, neq; opprimatis inique, & sanguinem innocentem
Eccl. 4 ne effundatis in loco isto. In Ecclesiastico sic legitur: Noli esse sicut leo in domo tua, euertens
Leui. 25 domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. In Leuitico sic legitur: Ego dominus deus ve-
ster, qui eduxi vos de terra Aegypti: Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non
eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit, vsq; ad annum ubi
Esaiæ. 1. læum operabitur apud te, & post egredietur cum liberis suis. Et Esaias in exordio suæ prophe
tiæ: Quiescite agere, inquit, peruerse. Discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso,
iudicate pupillo, defendite viduam. Talis erat senex ille in Daniele, volens opprimere Susannã,
Dani. 13 cui Daniel ait: Inueterate diebus malorũ, nũc venerũt pctã tua, quę opabaris prius, iudicãs iudicia
Exodi. 23. iniusta, innocẽtes opprimẽs & dimittẽs noxios, dicẽte dño: Innocentem & iustum non inter-
Gene. 19. ficies. Sic iustum Loth oppressum esse à nefandis etiam post sacram historiam Petrus docuit.
2. Petr. 2 Sic sapienter Pharao oppressit populum Israel, dura seruitute durisq; laboribus. Longe itaque
abesse debet à duce vel principe exercitus, vt quenquàm opprimat, aut opprimi sinat. Sic in
Iob. 36. Iob legitur: Nõ te superet ira, inquit Elihu, vt aliquẽ opprimas, nec multitudo donorum incli-

net te.

A net te. Oppressionem itaq; sic prohibet dominus, vt etiam in Leuitico mandauerit: Pauperem etiam vsuris non opprimendum eē. Habetis itaq; charissimi quo pacto, quove ordine debeat à nobis recognosci Christus vt caput, vt dux, ductorq; noster ac princeps, & quomodo oporteat etiam constitui principes, qui gubernando populo præsint, & à quibus vitijs, eisdem summopere cauendum sit. Viriliter itaq; agite & confortamini, dominus deus ipse est & erit dux & ductor noster, pugnabitq; pro nobis. Fiat fiat. Leuitic. 19

SERMO XV.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De obedientia militum.



B Constituimus in superiori sermone princeps militiæ siue exercitus. Et quid ad eorum pertineat officium docuimus. Parum autem vel inutile foret habereere princeps, si non essent qui obedirent eis. Principibus autem obediendum esse scripturæ docent, ac sacræ historiæ. Sic enim Paulus apostolus Tito præcepit, Admone illos principibus & potestatibus subditos esse. Romanis autem sic scribit: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à deo. Hanc obedientiam innuit etiam dominus quando tentabatur à pharisæis, num censum liceret dare Cæsari. Ille vero respondit: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Et licet ipse vere fuerit inter mortuos & viuos liber, nec ad solutionem tributi obligatus esset, nihilominus quādo in Capharnao ab eo petebatur didrachma, ait ad Petrum: Vt non scandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies statherem, illum sumens da eis pro me & te. Propterea laudatur populus Israeliticus, quādo hæc verba loquutus est ad Iosue. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi. Tantum sit dominus deus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis, quos præceperis ei, moriatur, tu tantum confortare & viriliter age. Rebellionem quoq; ac inobedientiam quæ principi fit, eo animo consueuit suscipere dominus, vt etiam ad Samuelem dixerit dominus: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. In Euangelio vero apostoli audiunt. Qui vos audit, me audit. Qui vos spernit, me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui misit me. Et hoc est quod contra rebelles Chore, Dathan & Abyron dehiscens terra sese aperuit, ac rebelles deglutiuit, etiam in profundum inferni deiecit. Cę terum quando Hieroboam in populo schisma fecit, & inobedientiæ causa fuit, decem tribus pdidit, indignatus est dominus in omne semen Israel, & dimouit eos, & dedit eos in direptionē donec abiiceret eos à facie sua, quia dissipatus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Hieroboam filium Naboth. Indignatum esse dominum dicit, & eos in perditionem dedisse quod ab vnitate dissipati essent, atq; alterum sibi regem constituissent, & tanta indignatio domini extitit aduersus illos qui schisma fecerāt, vt etiam quum homo dei ad Hieroboam missus eēt, qui ei peccata sua exprobraret, atq; vltionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos ædere & aquam bibere vetaretur, quod quum non custodisset, & contra præceptum dei prandisset, statim diuinæ maiestatis censura percussus est, vt inde regrediens impetu ac morsu leonis in itinere necatus sit. Et in Deuteronomio: Is qui superioris noluerit obedire imperio, ex decreto iudicis morte morietur. In tanto etiam honore, principes voluit esse dominus, vt inter cætera dixerit: Principi populi tui non maledices. Quantum vero erga deum obedientia præstet ac valeat, multis scripturarum testimonijs manifestum fit. Ad discipulos enim obedientes dominus ait: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcūq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Hæc obedientia fecit vt semen Abrahæ multiplicatū sit, sicut stellæ cœli & arena, quæ est in littore maris. Sic enim dominus ait: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Et iterum: Dabo posteris tuis vniuersas regiones has & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ. Huius etiam obedientiæ meminit Paulus, dicens: Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatē, & exijt nescies quo iret. Et Samuel ait ad Saulem: Nunquid vult dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci domini?

Tittū. 3 Roma. 13 Matth. 22 Matth. 17 Iosue. 1. 1. Regū. 8. Luc. 10. Numer. 16 3. Regū. 12 3. Regū. 13. Exodi. 22 Iohan. 15 Genē. 22. Gene. 22 Hebræ. 11 1. Regū. 15.

Melior est enim obediẽtia quàm victimæ,& auscultare magis quàm offerre adipem arietum. D
Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare,& quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere,pro eo ergo quod abiecisti sermones domini,abiecit te dominus ne sis rex. Vide quàm grãde ac graue peccatum sit non obedire. Per vnius hominis,inquit apostolus Paulus inobedientiam,peccatores constituti sunt multi. Adam enim sic audit in paradiso post meridiem dicentem sibi dominum: Quia audisti vocem vxoris tuæ,& comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes. Maledicta terra in opere tuo,in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ. Spinas & tribulos germinabit tibi & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo,donec reuertaris in terrã de qua sumptus es,quia puluis es,& in puluerem reuerteris. Et ad populum Israel iuxta Marach ait dominus: Si audieris vocem domini dei tui,& quod rectũ est coram eo feceris,& obedieris mandatis eius,custodieriscq; omnia præcepta illius,cunctum laborem quem posui in Aegypto non inducam super te. Ego enim sum dominus deus saluator tuus. Et reuera dolẽdum est,quod sol,luna,cœlum & terra,ignis,grando,nix,glacies spũs procellarum faciũt verbum eius,ita etiam vt in Euãgelio legatur: Venti & mare obediunt ei. Quin & spiritibus immundis imperat,& obediunt ei. Solus homo creatus ad imaginem & similitudinem dei toties rebellis & inobediens eẽ deprehenditur. Vide vt euangeliũ testetur de domino. Descendit quidem Nazareth & erat subditus illis,Mariæ quidem & Ioseph. A cuius exemplo filij discere debent,vt parentibus obediant. Quemadmodum Paulus non solum Ephesios,sed & Colossenses docuit: Filij inquit,obedite parentibus,parentibus enim non obedientes, digni sunt morte,& non solum qui hoc faciunt,sed etiam qui consentiunt facientibus. Et hoc est præ- E
conium quod Christus habet ex Paulo,quod ille fuerit obediens vsq; ad mortem. Quod si caput tuũ princeps,ductor,dux ille tuus,dominus & saluator noster patris voluntati obedire semper studuit,& nos merito obedire tenemur. Quod si vllo vnquàm tempore principibus & regibus obedire necessarium erat,nostris temporibus ad vos Christi milites,& contra immanissimum Turcarum tyrannum ad arma vocatos,iamq; succinctos pertinere video,ita vt nos non simus insolentiores quàm apes,inter quas etiã vnus est rex,cui omnes natura obediunt, aut turbatiorem seruemus ordinem quàm grues, vnum instructa acie sequentes ductorem. Viriliter itaq; agite & confortamini,&c. Fiat fiat.

Romañ.5. Gene.3. Matth.8. Marc.4 Lucæ.8 Ephe.6 Colosſ.3. Roma.1 Philip.2

SERMO XVI.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De temerario homicidio.

REbus & ordine ita exigentibus partes principium militiæ,& quid in F
vniuersum ad illos spectet satis superq; declarauimus. Cæterum quo pacto se gerere debeant milites erga duces ac principes exercitus simili modo copiose docuimus,ad præsens vtile mihi visum est,ad vestrã ædificationem docere,inter se quo pacto milites viuere debeãt. Et qa vbi periculum maius vertitur,ibi melius ac celerius est consulendum, quia(prohdolor)inter vos Germanos milites hoc vitiũ irrepsisse deprehendo,vt nonnulli rixosi ac percussores temulenti,ob rem leuiculam,eum qui sibi coniuratus est miles, vulneribus etiam ad occisionẽ sæpe confodiant. Eapropter quantum ex alto dabitur,in hoc sermone præsenti contra homicidas & homicidij scelus prædicare,& è scrinio scripturarum,voluntatem atq; præcepta dei docere decreui. Dominus itaq; deus,inter pcepta decalogi data de monte Synai,tale præceptum dedit. Non occides. Anteaquàm vero natus sit Moyses, eo quoq; tẽpore quo primi homines sub lege naturæ viuerẽt. Et Cain filius Adæ cogitaret, vt Abelum fratrem occideret,ne tale scelus perpetraret,ait ad illum dominus: Quare iratus es, & quare concidit facies tua? Nonne si bene egeris,recipies? Sin autem male,statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius,& tu dominaberis illius. Cain verò quando non acquieuit huic monitioni,sed in agro consurgens aduersus fratrẽ, eumq; interfecerat, audit vocantem & citantem dominum. Quid feciſtiſ; ait dominus ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram,quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinẽ fratris tui de manu tua,quum operatus fueris eam,non dabit tibi fructus suos. Vagus & profugus eris super terram,& licet Cain dignus esset,vt & ille simili modo interficeretur,id quod sibi futurum esse formidauerat,dicens: Omnis qui inuenerit me, occidet me. Quo tamen vita eius

Exodi.20 Gene.4

salua

A salua esset,& ne secundum perpetraretur homicidium,ecce sic præcepit ac ordinauit dominus, dicens:Nequaquàm ita fiet,sed omnis qui occiderit Cain,septuplum punietur, posuitq; dominus in Cain signum,vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. Ecce grande mysterium,quod in homicidam signum positum est,id quod plerunq; etiam mirabili modo in cunctis homicidis apparet ex inuersis oculis,vultuq; toruo,ad cuius sceleris detestationem sæpe & hoc probatum est,vt ad præsentiam homicidæ corpus exanime & mortuum, quasi ex recenti vulnere cruorem dederit.Aduerte nunc aliquot sententias ex ore domini latas in campestribus Moab supra Iordanem cõtra Hiericho.Sic enim ille præcepit:Si quis ferro percusserit,& mortuus fuerit Iesus,reus erit homicidij & ipse morietur.Si lapidem iecerit & ictus occubuerit,similiter punietur:si ligno percussus interierit,percussoris sanguine vindicabitur.Propinquus occisi homicidam interficiet,& statim vt apprehenderit eum,interficiet.Si per odium quis hominem impulerit,vel eiecerit quippiam in eum per insidias, aut quum esset inimicus manu percusserit,& ille mortuus fuerit,percussor homicidij reus erit.Et iterum:Hæc sempiterna erunt & legitima in cunctis habitationibus vestris.Homicida sub testibus punietur. Ad vnius testimonium nullus condemnabitur.Non accipietis precium ab eo qui reus est sanguinis,statim & ipe morietur.En obsecro quoties inculcet in lege sua dominus vt homicida morte moriatur.Et licet in euangelio dominus agnus ille sit mansuetus,mitis,ac talis, qui mulierem in adulterio deprehensam,ad lapidationem damnare noluerit. De q̃ per Esaiam propheratum erat.Non cõ

B tendet,non clamabit,neq; audiet aliquis in plateis vocem eius,arundinem quassatam non confringet,& lignum fumigans non extinguet.Nihilominus Petro percutienti & abscindẽti Malcho auriculam,vniuersali regula occurrit,dicens:Conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim qui gladium acceperint,gladio peribunt.Et tam abominabilis res est humanũ effundere sanguinem, vt etiam propterea Dauid rex prohibitus fuerit ædificare domũ domini. Sic enim ipse Dauid ad Salomonem ait:Fili mi,voluntatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini domini dei mei.Sed factus est sermo ad me dicens,multum sanguinem effudisti,& plurima bella bellasti,non poteris ædificare domum nomini meo,tanto effuso sanguine coram me. Filius,q̃ nascetur tibi,erit vir quietissimus. Notat & Hieronymꝰ in quæstionibus hebraicis, supra Paralipomenon,Abisai propterea perdidisse vnam literam de proprio nomine, eo quod necis Abner conscius fuerit.Et Atticus apud eundem Hieronymum putat eum homicidam eẽ, qui cum liberare hominem potuisset,non liberarit.Ob id Saul excusari non poterat, qui Dauid regem,& si manu propria non interemisset,Philistæis tamen tradidit. Quemadmodum & de Pilato nobis historia euangelij prodit,qui tunc se innocentem esse putauit, quando manus lauit,

C quum tamen timore Cæsaris & potestatis male persuasus adiudicauit fieri petitionem eorum. Porro homicidium à diabolo cœpit habere principium. Sic enim à domino dictum esse legimus: Vos ex patre diabolo estis,& desideria patris vestri vultis facere,ille ab initio homicida fuit,& in veritate non stetit,quia non est veritas in eo,nec habet homicida vitam æternã.Quid quod inter ptincipaliora vitia recensentur? Vnde Galathis Paulus in hæc verba scribit:Manifesta sunt opera carnis,quæ sunt fornicatio,inimicitiæ,contentiones,æmulationes,iræ,rixæ,dissensiones,sectæ,inuidiæ,homicidia.Et contra patricidas,matricidas,tanquàm iniustos & sceleratos lex Pompeia iure Cæsarum posita est.Et de his homicidijs dominus ait: De corde exeunt cogitationes malę,homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falsa testimonia & blasphemiæ. Videndes,vt inter cogitationes pessimas,homicidium habeat primum locum? Et mira res est, quod iuxta legem Moysi,etiam qui nolens occiderit hominem non liberatur,sed ad ciuitates pro homicidis nocentibus ordinatas cõfugere,ac in ijs permanere cogitur.Sic enim in Deuteronomio legitur:Separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad orientalem plagam,vt cõfugiat ad eam,qui occiderit nolens proximum suum,nec sibi fuerit inimicus ante vnum & alterum diem, vt ad harum aliquam vrbium possit euadere.Bosor in solitudine quę sita est in terra campestri, de tribu Ruben.Et Ramoth in Galaat,quæ est in tribu Gad,& Golam in Basan,quæ est in tribu Manasse.Et iterum:Quum disperdiderit dominus deus tuus gentem, quarum tibi traditurus est terram,& possederis eam,habitaueris q̃ in vrbibus eius & in ædibus,tres ciuitates separabis tibi in medio terræ,quam dominus deus tuus dabit tibi in possessionem,sternens diligenter viam,& in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouintiam diuides,vt habeat è vicino,qui propter homicidium profugus est quo possit euadere.Hæc erit lex homicidæ fugientis,cuius vita seruanda est.Qui percusserit proximum suum nescies,& qui heri & nudiustertius nullũ contra eum odium habuisse comperiebatur,sed abijsse cum eo simpliciter in syluam, ad ligna cędenda,& in succisione lignorum securis fugerit manum,ferrum q̃ lapsum de manubrio amicum eius percusserit & occiderit,hic ad vnam supradictarum vrbium confugiet,& viuet,ne forte proximus eius,cuius effusus est sanguis dolore stimulatus persequatur & apprehendat eũ.Si longior via fuerit,& percutiat animam eius,qui non est reus mortis,quia nullum contra eum,q occisus est,habuisse odium prius monstratur.Idcirco præcipio tibi,vt tres ciuitates æqualis in-

Nume.35.

Iohan.8
Esaiæ.42
Iohan.18

Matth.26.

2.Para.22.

Matth.27.

Iohan.8.
1.Iohan 3
Galat.5

1.Timot.1.

Matth.15

Deuter.4.

Deuter.19

ita se spacij diuidas. Sed forte dubitabis talem qui confugerit ad ciuitatem vnam ex illis, quanto tempore in ea stare ac permanere cogatur. Ecce tibi, quid constituerit dominus ad Iosue, to
Iosue. 20 tam seriem pandam. Sic enim loquutus est dominus: Separate vrbes fugitiuorum, de quibus loquutus sum ad vos per manum Moysi, vt confugiat ad eas, quicunq; animam percusserit nesciens, & possit euadere iram proximi. Qui vltor est sanguinis, quum ad vnam harum confugerit ciuitatum, stabitq; ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius, ea quæ se cõprobent innocentem, sicq; suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum. Quumq; vltor sanguinis fuerit eum persequutus, non tradent eum in manus eius, quia ignorãs percussit proximũ eius, nec ante biduum, triduumve eius probatur inimicus, & habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium, causam reddens facti sui. Et moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore, tunc reuertetur homicida & ingredietur ciuitatem, &c. Nec arbitreris sub aduentu Christi,
Matth. 5 pœnam homicidæ fuisse leuiorem factam. Nam ad scribas & pharisæos sic dominus ait: Audistis quia dictum est antiquis, nõ occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem fratri suo dixerit racha, reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Ecce quam grauem ædiderit ille sententiam. Qui venturus est cum magna maiestate in gloria patris iudicaturus viuos & mortuos & seculum per ignem. Non potes homicida capillum vnum addere capiti tuo. Et q̃modo viuificabis eum quem gladio tuo peremisti? cuius anima etiam aliquando æterna morte tua occisione damnatur. Nec tibi persuadeas homicidas impunitos posse euadere. Misit Herodes rex vt occideret oẽs pueros in Bethleem à bimatu & infra. Est & Herodes, qui caput Iohannis Baptistæ fecit amputari in carcere. Et est Herodes qui Iacobũ occidit gladio. Sed vbiq;
Matth. 2. grauissime peccatum est. Et deus vltionũ, qui dicit, mihi vindictam & ego retribuam, nec illa ho
Deute. 32. micidia permisit inulta. Insontem enim & iustum non occides, inquit: Et quũ hodierna die hu
Exod. 32. ius ecclesiæ & inclytæ vrbis patroni Prothomartyris & primi militis Christiani Stephani festiuitatẽ agimus, nõ infeliciter ad rem nostrã militarẽ hoc cecidit Euangeliũ, quo dñs & saluator noster obijcit principibus sacerdotum, scribis & pharisæis, quod eos occidant prophetas, q
Matth. 23. ad eos missi fuerint. Lapident quoq; eos, vt veniat super eos omis sanguis iustus qui effusus est super terrã à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occiderãt inter templũ & altare. Sed huius ac tã multiplicis atq; detestabilis homicidij pœnã quæso patienter animaduerte, nõ ex meo, sed ore Christi. Sic em̃ dicit: Ecce relinquet̃ domus vestra deserta, & ita factũ est, vt nec lapis sup lapidẽ mãserit. Et ita totus terrarũ orbis testatur sub Tito & Vespasiano homicidas, q Hierosolymis erãt, sub quibus iuxta Danielẽ occisus est Chrũs, & lapidi-
Iosephus. bus obrutus diuus Stephanus, obdormiuit, dignas luisse pœnas. Quẽadmodũ Iosephus ille rerũ istarũ non indiligens historicus longo ordine descripsit. Cauete itaq; ne & vos simili ruina pereatis ô Germani milites, proin cessate ab hac mutua cẽde & interfectione. Nõ enim descripti, nec destinati estis à Cæsare, à rege quoq; Romanorũ Ferdinando, neq; ab electoribus principibus, ac statibus sacri Romani Imperij, vt alter alterũ mordeat aut mactet. Aut vt ex nece & interfectione vxor domi relicta vidua fiat, aut filij orphani. Abstinendũ præterea cẽseo, ne vibretis gladios in vos inuicẽ, nimirũ ea rõne, q̃d in hoc data sunt ex ærario stipẽdia vestra, vt strenue pugnetis aduersus Mahumetanos omniũ ẽs terra sustinet atrocissimos, truculẽtissimosq; hostes vestros. Et hoc sub signo crucis & aquila Imperij. Quãdo necessitas postulauerit. Viriliter ergo agite & confortamini. Nam dominus ipse pugnabit pro nobis. Fiat fiat.

SERMO XVII.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c̃. vt supra.

ARGVMENTVM.

De signo crucis.



Rdinatis capitaneis ars & ordo militaris, ni fallor, exigunt, vt vestræ militiæ & iam congregandi exercitus militaria signa erigamus. Vt itaq; per omnia quantum ex alto datum fuerit, sibi respondeant, eapropter visum est nobis, vt quemadmodum principes exercitus nostri duplices, cœlestem quidem & terrestrem, inuisibilem & visibilẽ, immortalem & mortalem elegimus ac deputauimus, ita duplicis generis signa demus his, qui nobiscum hoc tempore satis calamitoso acturi sint. Primum ergo sub exercitu nostro signum siue vexillum est ac erit hoc, quod apparebit in cœlis, quando filius hominis, nostrum &

A strum & totius ecclesiæ caput, in gloria suæ maiestatis apparebit, in valle Iosaphat, iuxta prophetiam Iohelis prophetæ. Vide quantæ sit altitudinis hoc signum, quod vos Christianos, tãquàm columna ignis olim præcessit Israelitas, ita & signum crucis præcedet. Hoc honorificum signum erectum fuit in monte Caluariæ, titulum habens Hebraicæ, Græcæ ac Latinæ scriptũ, quod hoc signum habiturum esset triumphum per tres orbis partes Europam videlicet Asiam & Aphricam, ac inter omnes nationes, ita vt ab ortu solis vsque ad occasum fieret manifestum magnum nomen eius. Probauit hoc apostolus docens: Illuminatos debere eẽ oculos cordis no Matth. 25 Iohelis. 3 Ephe. 3.

strri, ad intelligendum quæ sit altitudo & profundum & latitudo. Crucis enim partem, quæ in terram defixa, profundum appellauit. Altitudinem vero illam, quæ in aerem porrecta sublimis erigitur. Latitudinem quoq; illam, quæ distenta in dexteram, leuam'q; protenditur. Felicissimus itaq; exitus rerum apostolicarum, quod paruo, imo minimo decursu temporis, etiam Barbaræ nationes Scytharum & Getarum, Christi crucem honorare cœperunt. Et tres inclytæ nationes Græcorum, Hebræorum & Latinorum nobilitatæ fuerunt. Protẽditur autem Christi crux ad quatuor partes orbis terrarum. Venit enim is, qui pependit in ligno, vt oñes saluos faceret. Et huius tanta sunt mysteria, vt quum ad Galatas diuus ille Paulus noster sanctã scriberet epistolam, inter cætera sic tandem epistolæ finem fecerit, dicens: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Galat. 6

B domini nostri Iesu Christi, per quem mundus crucifixus est, & ego mundo. Aduerte hic quid dicat apostolus, qui iterũ affirmat se stigmata domini Iesu Christi in corpore suo portare, stigmata quidem manuum conclauatarum in cruce, & pedum simili modo confossorum in cruce. Portauit ac portat quotidie circũcisionem Iudæus in corpore suo quod probat fidẽ Abrahæ. Paulus autem gloriatus in cruce, & confixus ad crucem stigmata domini nostri Iesu Christi portat in corpore suo. Mira enim res est, & supra modum admiranda perpetuo, quod nobilis ille Tharsẽñ. & miles Christi Iesu Paulus crucem Christi toties in suis prædicauerit & extulerit epistolis. Scribens enim fratribus his qui in Corintho fuerant, pulchro ordine deducit verbum crucis pereuntibus eẽ stultitiam, his autem qui salui fiunt esse dei virtutem. Curam etiã nõ mediocrem habet, vt non euacuetur crux Christi. Tandem quoq; subiicit, dicens: Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum,, gentibus autem stultitiam, ipsis autẽ vocatis Iudæis atq; Græcis, Christum dei virtutem & dei sapientiam. Et ne huius & tam prę- stantis atq; præclari sermonis obliuionem habuisse crederetur, mox eisdem Corinthijs in hæc verba subiungit. Ego inquit, quum venissem ad vos fratres, veni, non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis sapientiam Christi; Non enim iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. De hoc crucifixo & illius maiestate (quod sibi certo persuadet idem Paulus) Quod si Iudæi cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifixissent. Vi Galat. 2. 1. Corint. 1. 1. Corint. 2

C des & intelligis ne fidelis auditor & miles Christi Iesu, quanta laude, quantove præconio Paulus signum crucis ad ipsum crucifixum, non modo nostrum caput, sed & vexilliferum extollat; Nec solis Galatis & Corinthijs hoc documentum præbet, sed & idipsum ad Ephesios ait, de Christo enim Iesu loquens, inter cætera sic dicit: Ipse est pax nostra, qui fecit ex vtrisq; vnũ, & instertitiem macerie diruit, simultatem per carnem suam legem mandatorum in decretis statam abrogans, vt duos conderet in semetipso, in vnum nouum hominem faciens pacem, & vt reconciliaret ambos in vno corpore deo per crucem perempta inimicitia per eam. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui procul aberatis, & his qui prope, quoniam autem per illũ habemus aditum vtriq; in vno spiritu ad patrem. Colossensibus autem scribit in hæc verba. Complacuit omnem plenitudinem in ipso inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Et ad eosdem Colossenses iterum in hæc verba scribit ad Coloss. 2. Vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens, quod aduersus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in seipso. Ad Hebræos nonnihil & ad Philippenses de cruce & illius laudibus ac virtute toties in testem vocatus apostolus, scribit. Nec solum hoc facit euangelij præco & prædicator apostolus Paulus, etiam anteaquàm cruci affigeretur antesignanus dominus & saluator noster huius rei meminit. Ad Nicodemum enim principẽ pharisæorum hæc dicit. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Vides hic quàm apte & concinne mysterium crucis ad figuras veteris testamenti se conferat. Legitur in Numeris: Quod dominus misserit in populum ignitos serpentes, ad quorum tactum mortui sunt plurimi, contra quos fecit Moyses ex iussu domini, serpentem æneum & posuit pro signo. Quem quum percussi aspicerent, sanabantur. Hic serpens figura fuit, etiam testante in euangelio domino & saluatore nostro, triumphalis nostræ crucis. Sunt & aliæ figuræ multæ, quando enim Moyses præliabatur aduersus Amalech, extensis manibus, orabat in figuram crucis, triumphauitq; cõtra Amalech. Sic Iacob benedicens filijs Ioseph, figuram crucis manibus fecit. Fuit enim Ephraim posterior Ephe. 2 Hebræ. 12. Philip. 2 Iohan. 3. Numer. 21 Exodi. 17 Gene. 48

filius Ioseph,& surripuit primogenita Manasse,qui natura primitiuus erat,sed in mysterio cru D
cis decussatis manibus qui stabat ad sinistram Iacob,dextera manus eius suscepit benedictionē
& qui steterat ad dexteram,sinistra benedictus in secūdum redactus est gradum.Et in Regno-
4.Regū.6 rum libro legimus. Cum filij prophetarum super flumen Iordanem lignum securibus cęderēt,
exilijt ferrum & mersum est in flumine,atq; ita Helisæo propheta superueniente, petunt ab eo
filij prophetarum vti ferrum flumini in quod mersum fuerat,erueret.Atque ita Helisæus acce-
pto ligno & misso in eum locum,vbi submersum fuerat ferrum,statim supernatauit,& lignum
mersum est,quod receperunt filij prophetarum,ex quo intellexerunt,quod spiritus Heliæ in eū
Exodi.15 sit repræsentatus.Hoc est illud lignum in Marath,quod amarissimas aquas fecit esse dulces.De
Hiere.11. hoc ligno Hieremias propheta sic ait:Mittamus lignum in panem eius,crucē videlicet in cor-
Iohan.6 pus saluatoris.Ipse est enim qui ait:Ego sum panis qui de cœlo descendit,& eradicemus eum
siue conteramus eum de terra viuentium.Hoc enim scelus animo cogitauerunt,vt nomen eius
delerent in perpetuum.Sed & hoc mirabile est,quod castrametantibus & proficiscentibus Is-
raelitis ad figuram crucis duodecim tribus figebant tentoria.Ad orientem enim Iudas Isachar
Numer.2. & Zabulon castrametati sunt.Ad meridiem vero Ruben,Symeon & Gad. Ad occidentalem
plagam Ephraim,Manasse & Beniamin.Ad aquilonem vero Dan,Aser & Neptalim,Ita vt in
quatuor partes orbis terrarum ad figuram crucis etiam Israelitæ profecti sint, castrametati q̄q;
finxerint tentoria.Non dico hic de literis Hieroglyphicis, inter quas signum crucis rem sum-
mi mysterij significabat,quemadmodum ille Orus ostendit:Ad sacras literas me conuerto,&
Ezech.9. admirabilem vim literæ.T.inuenio.Siquidem ita scribit Ezechiel: Vocauit dominus virum, q E
indutus erat lineis & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.Et dixit dominus ad eū:
Trāsi per mediam ciuitatem,in medio Hierusalem,& signa Tau,super frontes virorum gemē-
tium & dolentium,super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Omnem autem
super quem videritis,inquit ad viros seniores sex.T.ne occidatis. Alioquin transite per ciuita-
tem & percutite,non parcat oculus vester,neq; misereamini senem,adolescentulum & virginē,
paruulum & mulieres interficite,vsq; ad internitionem. Vides hic, quantum præstiterit etiam
in testamēto veteri,esse frontes signatas.T.signo crucis.Propterea cuncti Christiani,hāc huc-
usq; conseruauerunt consuetudinem,vt ad omnia sacramenta signo crucis vterentur, id quod
ante mille & ducentos annos egregie docuit Cecilius ille Cyprianus Episcopus & martyr Car
Hiero.ad De metriadē de virginitate seruanda thagineñ.& diuus ille Hieronymus,Demetriadē docuit,vt crebro signaculo crucis muniat frō-
tem suam,ne exterminator Aegypti in ea locum reperiat.Eustochio vero hanc regulam dedit
dicens,ad omnem actum,ad omnem incessum, manus pingat crucem. Nempe quod olim in
lamina monstrabatur pontificis nunc in signo ostenditur crucis.Hoc est illud signum, q̄d olim
Hiero. ad Eu stochiū de cu stodia virgi nitatis. Constantino Christianissimo Imperatori pugnaturo aduersus infideles de cœlo porrectū est.
Hac voce quidem,Constantine ✝ hoc signo vinces,Hoc signo scilicet crucis,& mirabilem vi-
ctoriam consequutus est.Et vere si nos ex inimicis nostris triumphum reportare voluerimus,
necesse est vt primo omnium loco sub signo crucis pugnemus,& cum Christo crucem porte-
Hie.ad fabio lam de veste sacerdotali. mus. Prophetauerat enim Esaias ille propheta de Christo magna & admirabilia,vtpote,quod F
nomen eius esset admirabilis consiliarius,deus fortis,pater futuri seculi,princeps pacis. Sic itaq;
Esaiæ.9 sex nomina tenet.Ante hæc tamen sex nomina posuit hoc quod principatus eius esset super hu
merum eius,eo quod crucem suam ipse portauerit. Passionis enim dominicæ sacra historia do-
cet:Bajulans sibi crucem exiuit in eum locum,qui hebraicæ Golgata nūcupatur. Et sub hac cru
Iohan.19 ce ad plorantes mulieres ait:Filiæ Hierusalē,nolite flere super me,sed super vosipsas flete,& su-
Luc.23. per filios vestros.Quoniam ecce dies venient,in quibus dicent: Beatæ steriles & vētres quæ nō
genuerunt,& vbera quæ non suxerunt,tunc incipient dicere montibus,cadite super nos,& col
libus ,operite nos.Quod si in viridi ligno hæc faciunt,in arido quid fiet? Vides hic principem
tuum baiulare crucem? Quod si Christi miles esse & haberi velis,ad tuum quoq; pertinebit of-
ficium,simili modo accipere,subire,& cum Simone Cirenensi portare crucem post Iesum. Sic
Matth.10 enim princeps & magister tuus prædicauit.Qui non accipit crucem suam & sequitur me,non
Matth.16. est me dignus.Et iterum:Si quis vult post me venire,abneget semetipsum & tollat crucē suam,
Marci.8. & sequatur me.Nec semel illud facere suffecerit.Nempe,sic dicit in Luca: Si quis vult post me
Lucæ.9 venire,abneget semetipsum,& tollat crucem suam quotidie,& sequatur me. Et in eodem Euā-
Luc.14 gelio Lucæ:Qui non baiulat crucem suam & venit post me,non potest meus esse discipulus.
Vides itaq; ex ore Christi.Si quis crucem non baiulauerit,non est dignus, neq; discipulus sal-
uatoris nostri.Patienter ergo ferenda sunt,quæ aliquando vitari nequeūt. Et si qua
virtus Christiano militi necessaria est, patientia cum primis & sum-
me necessaria erit,quam si vos ô Christi milites indueritis
iam recte sub principis nostri signo, cruce q
dem triumphali militabitis.
Fiat fiat.

Sermo

A

SERMO XVIII.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De sacratissimi Cæsaris Caroli, & Ro. Imperij signo, aquila.



Olliciti sumus contione proxima vobis aperire duplicia signa nostri exercitus, aduersus truculētissimos Turcas hostes fidei nostræ. Quantū igit viribus nostris, ex dono dei infitū erat, signū crucis ad satietatem vestram sicuti speramus, declarauimus. Proximum nunc est, vt gloriosissimi Imperatoris Caroli quinti, ac sacri Romani Imperij signum erigamus, cuius ab antiquo est aquila. Sub quo insigni & aureo signo aquilæ vos omnes & singuli conscripti milites procedetis ad bellum ac prelium. Arbitror autem non sine quodam presagio & vaticinio dei factum esse, vt aquila omnium nobilissima auis, Germanis in signū contigerit publicum. Vix enim inuenire licet alicuius regni signum sub concauo lunæ, quod in sacris literis perinde crebro & commemoratū & repetitum

B

fit, quemadmodum de aquila inuenire licet. Illius enim naturā descripsere Moyses, Dauid, Iob, & alij multi prophetæ. Et res mira est, vt etiam in Matthæo dns & saluator noster meminerit aquilæ. Vbicunq; em fuerit corpus, ait dns Iesus, illuc & congregabūtur aquilæ. Licet aūt verū sit aliquando aquilam in malam accipi partem, quemadmodū de leone legitur, qui in bonā partem accipitur, quando sic benedicit Iacob. Catulus leonis Iuda. In contrariū autem aduersarius noster diabolus, quasi leo rugiens circuit, & illud insidiatur in absconditis sicut leo in cubili suo Insidiatur vt rapiat pauperem. Sic & de aquilis, quæ duæ proponunt in Ezechiele, Nabucho donosor qdē rex Chaldæoꝝ, & Pharao rex Aegypti. Sic em p Ezechielē dns ait: Aquila grādis, magnaꝝ alarum, longo membroꝝ ductu, plena plumis & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, summitatem, frondiū eius auulsit & transportauit eam in terrā Chanaan, in vrbe negotiatoꝝ posuit illam, & tulit de semine terræ, & posuit illud in terram pro semine vt firmaret radices super aquas multas in superficie posuit illud. Huius aquilæ similitudinem, Solymannus Turcaꝝ tyrannus, cū suis harpijs & rapacissimis vnguibus habere videtur. Sed de hac nihil vel parum ad nos. Meliores itaq; partes aquilæ, & naturam meliorem suspiciamus, & inueniemus primo naturā aquilæ eam esse, vt in bonam senectutem veniens, mirabili modo sese in plumis & rostro renouet, huius quidē renouationis testis est locupletissimus atq; fidelis propheta Dauid, qui sua cithara & psalterio sic cecinit: Qui replet in bonis desideriū tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Esaias de hac re verba faciens, sic ait: Qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ. Current & non laborabunt. Ambulabunt &

C

non deficient. Hoc innuere volens, quod qui in deo habent fiduciam, & eius semper misericordiam præstolantur, mutare debent fortitudinem, ire de virtute in virtutem, assumere pennas sicut aquilæ, reuiuiscentes in senectute mutatione pennaꝝ. Et ipse dominus volens erudire Iob in terra Hus de turbine dicit ad illum: Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Nunquid ad præceptum tuum eleuatur Aquila, & in arduis ponet nidum suum? Natura itaque Aquilæ est, vt se deplumare volens, expandat alas ad flantem austrū contra solis radios, vt sic à tepēti aura pori aperti, laxatæ pēnæ exiliāt. Sicq; Aquila regina auium certo tēpore amittit pilos, & remanet implumis. Ab huius Aquilæ exemplo discere nos conuenit, vt hoc tempore turbulento & calamitosissimo prioris nostræ superbiæ plumas pauonum & Aquilæ deijciamus. Et hoc est consilium prophetæ Michææ morasthitis, qui prophetauit in diebus Ioathan, Achas. & nostri Ezechiæ regis Iuda super Samariam & Hierusalem, vbi inter cætera sic prophetauit: Audite populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius, & sic dominus deus vobis in testem, dominus de templo sancto suo. Decaluare & detonderé super filios deliciaꝝ tuaꝝ dilata caluiciū tuum, sicut Aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te. Vides hic Michæam prophetam in tempore furoris domini ciuitatem Hierusalem, & habitatores eius monuisse & docuisse, vt sese decaluarent, & detonderent vt filij delitiarum, & quo modo Aquila plumas perdens remaneat implumis. Sic Israel deponeret omnem gloriam suam, qua antea fuerat circundatus, & plangat filios hostium potestati subditos, ac captiuos mactari atque iugulari. Quis non videt nos in eadem hæc tempora incidisse? Vbi nostris oculis quotidie videmus parentes nostros, filios nostros, fratres nostros, virgines nostras, consanguineos & affines nostros, à Turcis miserandum in modum iugulari, stuprari, & in durissimam ser-

Deuter. 32
Psalm. 102
Iob. 9. 39
Matth. 24
Genes. 49
1. Petr. 5
Psalm. 9
Ezech. 17
Solymānus
Aquilæ natura
Psal. 102
Esaiæ. 40
Iob. 39.
Michæ. 1

uitutem abduci, ita, vt apud hanc Gentem omnium procaciſſimam, hi qui Chriſtum adorant, D
ad ſtiuam aratri, ad triremes, ad arenam fodiendam, & in metallũ damnentur. Hoc malum nõ
aliter auertemus, niſi pauonum & aquilarum plumas deplumauerimus, hoc eſt, niſi omnem
ſuperbiam ac pompam abiecerimus. Fiat, Fiat.

SERMO XIX.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere &c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De natura Aquilæ.



Exodi. 19

Deuter. 32

Ermone proxime ad vos habito declarauimus, aquilæ naturam eſſe, vt certis tẽporibus plumas abiiciat, ſe quoq; ſic renouet. Et quia dñs in veteri teſtamento ad populum Iſraeliticũ ſic loquitur: Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarũ, & aſſumpſerim mihi. Et Moyſes in cantico ſuo ſic ait: Inuenit eum in terra deſerta. In loco horroris, & vaſtę ſolitudinis circumduxit eum, ſcilicet, populũ Iſrael, & docuit & cuſtodiuit, quaſi pupillã E
oculi ſui, ſicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atq; portauit in humeris ſuis. Vide vt plus ſemel ſacræ ſcripturæ naturam huius nobiliſſi-

Numer. 33 mæ auis, & reginæ auium deſcribunt, quæ nolim te eo intelligere animo, quo conſueuere ſtulti Hebræi, fabulantes ex Talmud, ſingulis Iudæis in exitu Iſrael ab Aegypto duas aquilas aptatas eſſe, quę ſuis alis ſingulos Iudæos portauerint, ita vt quod itinere vnius diei, ac etiam proprijs viribus de Rameſſe in Sochod complere non poterant, hoc celeritate portantium aquilarũ effectum ſit. Placet itaq; diutius hęrere circa naturam aquilæ, vt quando eam inſpexeris, quiſquis es

Aquilę alia natura

Chriſti bonus miles, addiſcas quid te imitari oporteat. Eſt autem eius natura quæ dã alia, vt quãdo ſeneſcit, roſtrũ eius allidat ad petram, quo facilius & ſine impedimento poſſit ſumere cibum

1. Cor. 15 Et nobis ſatis non fuerit, quod plumas delitiarũ & voluptatum abiiciamus, imo prętera & illud exigitur, vt otioſos, turpeſq; ſermones caueamus. Scitis chariſſimi fratres, nos aliquando ſurrecturos omnes, in momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Canet em̃ tuba, & mortui reſurgẽt.

Iohã. 5 2. Cor. 5 Et omnes qui audierint vocem filij dei, qui in monumentis erũt, procedent. Itaq; oportebit ali-

Roman. 14 quando nos omnes manifeſtari ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis,

Lucæ. 19 prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Et tunc vnuſquiſq; noſtrum pro ſe rationem reddet deo.

Matth. 6. 25 Id quod parabola de homine diuite & villico innuit, ad quem dominus ait: Redde rationem vil

Matthæ. 12 licationis tuæ. Sed non ſolum vnuſquiſq; de acceptis talentis, iuxta aliam euangelij parabolam reddet rationem, ſed etiam hoc fiet, vt de omni verbo otioſo quod loquuti fuerint homines, in die iudicij rationem reddent. Ex verbis enim tuis, inquit Saluator tuus, & qui iudicat viuos F

Pſalmo. 61 & mortuos, iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Attende (quæſo) quid hoc ſit, iuxta

Prouer. 24 ſententiam Dauidis, Salomonis, Chriſti, Pauli, Petri, & Iohannis: Dñs deus tuus dabit vnicuiq;

Matthę. 16 ſecundum opera eius. Sed hic os dñi loquutum eſt, quod etiam de otioſo verbo rationem red-

Roman. 2 dituri ſimus. Et quod iuſtificabimur ex verbis, cõdemnabimur item ex verbis. Et hoc eſt quod

Matthæ. 12 homo ille nobilis rediens de regione longinqua, dixit ad eũ, qui mnam in ſudario repoſitam tenuit. De ore tuo te iudico ſerue nequã. Videãt ergo qua parte velint aut poſſint reſpondere dño

Lucæ. 19 qui tota ac perpetua die otioſos, friuolos, impudicos, vanos, ſcurriles, vtinã non etiã in optimi maximiq; dei bonitatẽ contumelioſos leuiſſimos quoq; conſueuerũt proferre & effutire ſermones. Aduerſus hos Paulus ita ſcribit: Deponite vos oẽm irã, indignationẽ, malitiã, blaſphemiã,

Coloſſ. 3 turpẽ ſermonẽ de ore vr̃o, nolite mẽtiri inuicẽ, expoliantes vos veterẽ hoiem cũ actibus ſuis, & induẽtes nouũ. Vide vt inſtar aquilæ roſtrũ ſeu os tuũ turpiloquũ ad petrã q. Chr̃us eſt, te reno

Epheſ. 4 uare oporteat. Epheſijs Apl̃us ita ſcribit: Oẽmis ſermo malus ex ore vr̃o nõ procedat. Sed ſi qs bonus eſt ad ædificationẽ, vt det grãm audiẽtibuus. Quod ſi quẽpiã deprehẽderis turpi aſſuetũ

Matthę. 12 ſermoni, nihil aliud q̃ turpitudinẽ & vitę leuitatẽ de eo perſuadere tibi poteris. Nam ex abundã

Matth. 12 tia cordis os loquit, ait dñs: Et bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, & hoc eſt quod ex ore procedẽs, coinq nat hoiem. Veriſſimũ eſt etiã qd̃ corrũpunt bonos mores colloq

1. Corin. 15 praua. Impudica vero & turpia quantũ diſpliceãt dño, ſcriptura docet. Siquidẽ ſic legit: Poſt di

Geneſis. 9 luuiũ, Noe bibẽs vinũ, inebriatus eſt, & nudatus eſt in tabernaculo ſuo, quod quũ vidiſſet Cham pater Chanaan verenda, ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntiauit duobus fratribus ſuis foras.

At vero

A At vero Sem & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis,& incedentes retrorsum,operuerunt verenda patris sui,faciesq; eorũ auersæ erant,& patris virilia non viderunt. Euigilans autẽ Noe ex vino,cũ audiuisset quę fecerat ei filius suus minor,ait: Maledictus puer Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitq; Benedictus dñs deus Sem,sit Chanaan seruus eius. Dilatet deus Iaphet,& habitet in tabernaculis Sem. sitq; Chanaan seruus eius. In secũdo Regnorũ libro legit, quomodo Anon filius regis Amon fecerit seruis & nuntijs regis Dauid radi dimidiã partẽ barbæ,ac pręciderit eis vestes medias vsq; ad nates,ac illos confusos turpiter ad regẽ Dauid remisserit. Sed vltionem dñi audi. Præliantes Syrij & Amonitæ contra Moab, oñes in fugã conuersi sunt. Cæterũ ipse Dauid occidit de Syris septingentos currus,& quadraginta millia equitum, & Sobach principem militiæ,qui statim mortuus est. Videntes etiã vniuersi reges, qui exierant contra Dauid,expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo millia corã Israel. Sic itaq; vindicata est ignominia,& turpitudo illata ministris Dauid. Sed & aliã ac plane stupẽdã audi historiã. 2.Regũ.10

Morabatur Israel in Sethym,& ecce vnus de filijs Israel intrauit corã fratribus suis ad scortum Madianiten vidente Moyse,& oñi turba filiorũ Israel,qui flebant ante fores tabernaculi. Quod quum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis,& arrepto pugione,ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul,virum scilicet & mulierem in locis genitalibus,cessauitq; plaga à filijs Israel,& occisi sunt viginti quatuor millia hominũ. Dixitq; dñs ad Moysen, Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meã à filijs Israel,quia zelo meo commotus est contra eos,vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei. Et erit tam ipsi Numer.25

B quàm semini eius pactũ sacerdotij sempiternũ,quia zelatus est pro deo suo,& expiauit scelus filiorũ Israel. Erat autẽ nomen viri Israelitæ,qui occisus est cũ Madianitide, Zambri filius Salumi dux de cognatione & tribu Symeonis. Porro mulier Madianitis,quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur, principis nobilissimi Madianitarũ, loquutusq; est dñs ad Moysen, dicens: Hostes vos sentiant Madianitæ,& pcutite eos,quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos & decepere insidijs per idolum Phagor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suã,quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phagor. Videtis hic & vos milites Christi, hoc etiã velle dominũ in medijs castris pudendæ, ac turpes res locũ non habeant,id quod etiã ore proprio, quodã speciali præcepto expressit, quod mihi semper admirabile fuit, etiã de hac re vitanda tã seriosis verbis præcepisse dñm. Sic eñ castrametãtibus Israelitis præcepit dñs. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnã,custodias te ab oñi re mala. Habebis locum extra castra,ad quem egrediaris ad requisita naturæ,gerens paxillum in baltheo,quumq; sederis,fodies per circuitum,& egesta humo operies quo releuatus es. Dominus eñ deus tuus ambulat in medio castrorũ vt eruat te & tradat tibi inimicos tuos,& sint castra tua sancta,& nihil in eis appareat fœditatis,ne derelinquat te. Non trades seruum domino suo,qui ad te confugerit, habitabit tecũ in loco,qui ei placuerit,& in vna vrbiũ tuarũ requiescet,ne contristes eũ. Non erit meretrix de filiabus Israel,nec scortator de filijs Israel. Docuit & voluit hic nihil aliud dñs, quàm quod alter alteri sua turpitudine & fœditate molestus,atq; grauis esse non debeat,nec in tabernis,nec in hospitijs aut tentorijs,aut etiã medijs castris. Et ad hanc rem in eodem Deuteronomij libro nonnulla similia præcepta dedit,vtpote,non coques hœdũ in lacte matris suæ. Non Deuter.23 Deuter.14

C arabis in boue simul & asino. Si ambulans per viã in arbore vel in terra nidũ auis inueneris,& Deuter.22 matrem, pullis vel ouis desuper incubantem,non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos tenens filios,vt bene sit tibi, & longo viuas tẽpore. Et non alligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Hæc & his similia præcepta in vno & eodẽ Deuteronomij libro reperies. Ea Deu.25 tamen oñia nihil aliud sibi volunt, quàm quod alter alteri molestus esse non debeat,id quod 1.Cor.9 quasi indita natura rerum hœdi in lacte matris,bouis,& asini,senioris & iunioris auiculæ,& bouis triturantis indicare videtur. Alibi vero dominus paulo manifestius expressit, vbi eum male dicit qui cæcũ facit errare in itinere. Quid quod etiã de boue & oue errãtibus ita pcepit? Non Deute.22 videbis bouem fratris tui,aut ouem errantem & pręteribis, sed reduces fratri tuo, etiã si non est propinquus frater tuus,nec nosti eum,duces eum in domũ tuam, & erunt apud te quàm diu ea quærat frater tuus,& recipiat. Similiter facies de asino,& de vestimento & de oñi re fratris tui, quę perierit,si inueneris eã,ne negligas quasi alienã. Si videris asinũ fratris tui, aut bouẽ cecidisse in via nõ despicies,sed subleuabis cũ eo &c. Cogitent modo nonnulli inter vos lasciui ac procaces milites, qui instar scurrarũ miseram plebeculam nunc à facie Turcarũ ad nos fugientem turpibus verbis ac subsannatione derident. Eosq; pauperes cũ ouicula etiam,quę vix aufugit,pessime ac inhumaniter tractant,verbis quoq; lasciuia plenis insultant, id quod ab oñi Christiano milite & hoïe longe abesse debet. Gaudendũ eñ cũ gaudentibus, & flendũ cũ flentibus,docet Romañ.12 Apostolus: Quid aliud hoc est,q; afflicto addere afflictionem,quod etiã Ethnici prohibuerunt. Sed redeamus ad ea,vnde digressi sumus,turpiloquium scilicet: Donum admirabile quidem est Hebrææ sanctæ linguæ, quod nihil turpe, nihil inuerecundum habes in testamento veteri.

Etsi quid

Et si quid aliqñ turpe describendum est magna modestia & quasi circũductiõe fit, id quod Iongo tractu Hieronymus in Esaiam probat. Et tu simili modo, quisquis bonus Christianus esse & haberi vis, cauere debes, ne os tuum abundet malitia, seu turpi sermone. Linguam em̃ habes non ad maledicendũ, sed benedicendum, de qua sic Iacobus scribit Apostolus: Lingua modicũ quidem membrũ est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quàm magnã syluã incendit, & lingua ignis est vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totũ corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna. Oñis em̃ natura bestiarum & volucrum & serpentium & cæteroꝝ domantur, & domita sunt à natura humana. Linguam autem nullus hominũ domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus dominũ & patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri, nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarã aquam? Nunquid potest fratres mei ficus vuas facere? aut vitis ficus? Hoc ipsum itaq; est quod interrogat dominus Moysen, dicens: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutũ & surdum? videntem & cæcum? Nonne ego? Linguam itaq; habes non à te, sed à domino. Iste est, qui facit surdum audire, & mutos loqui. Iste est qui muti Zachariæ os aperuit, & soluit vinculum linguæ muti. Quod si os tuum vel lingua tua hucusque superabundauit in malo, ita vt maledictione, blasphemijs, conuicijs, turpiloquio, sermone scurrili vel otioso ad iram prouocauerit deum, cura vt os tuum, rostrumq; tuum allidas ad petram. Et beatus est qui cum aquila sic paruulos allidet ad petram, Christum videlicet, quum firma & vera est petra. Fiat Fiat.

Hieroñ. in Esai. ca. 47
Iaco. 3
Exod. 4
Psalm. 136

SERMO XX.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c.

ARGVMENTVM.

De dilectione proximi.

Absolutis nunc duabus aquilæ naturis, restat vt propter perfectionem quæ in numero ternario est, tertiam aquilæ describamus naturam. Aiunt autem qui de animantiũ scripsere naturis, omniũ quidem bestiarũ & iumentoꝝ & pecudum, auiumq; ingenitũ naturis esse in filios, pullosq; suos affectum, sed maximũ esse amorem aquilæ, quæ in excelsis & inaccessis locis nidos collocant, ne coluber fœtus violet. Amethisten quoq; aut secundũ alios Achatem, inter pullos eius lapidem reperiri, quo oñia venena superentur. Propterea in Deuteronomio legitur: Sicut aquila prouocans ad volandũ pullos, & super eos volitans. Et in Iob: Nunquid ad præceptũ tuum eleuatur aquila & in arduis ponet nidum suum, in petris manet & in præruptis silicibus commoratur, atque in accessis rupibus inde contemplatur escã, & de longe oculi eius prospiciunt, pulli eius lambunt sanguinem. Et vbicũq; cadauer fuerit statim adest. Num vero alterũ ex pullis reijciat, hoc aliorum esto iudicium, mihi videtur non paruum de aquila testimonium, quod tam diligenter protegit nidum suum, & super pullos volitat, nec aliquod bonitatis prætermittit officium. Docẽtur ab hac consuetudine & indita natura milites Christi, & vt alter alteri pro necessitate non desit. Post lotionem em̃ pedum à domino factam, sic ait: Si ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Paulus ea de re sic loquitur: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Lex Christi maximũ & primũ mandatũ habet, etiam ex veteri lege desumptũ, vt quis diligat deum ex toto corde suo &c. Secundũ autem simile est huic: Dilige, scilicet, proximũ tuum sicut teipsum. Hæc est lex & prophetæ. Finis em̃ præcepti est charitas. Iuxta Paulũ aũt apostolũ: Qui diligit proximũ, legẽ impleuit. Et plenitudo legis dilectio est. Duę itaq; tabulę Moysi sic datę sunt, vt in altera scripta sint hęc quę ad deũ pertinent. In secunda vero contenta sunt quę spectant ad proximũ. Charitas itaq; auriga est. Quod si vere proximũ tuum dilexeris, non occides, nihil furto subtrahes, nec falsum testimoniũ dabis. Et quod tibi fieri cupis ac velis, etiã illi facies, præstabisq;, hoc est, quoad præcepit dñs. Ne loquaris contra proximũ tuum falsum testimoniũ, & non concupisces domũ proximi tui. Non decipies proximũ tuum. Non clam percuties proximum tuum. Non iurabis in dolo proximo tuo. Nam ille solus habitabit in tabernaculo domini, ac requiescet in monte sancto eius. Qui ingredit sine macula, & operatur iustitiã. Qui loquit veritatẽ in corde suo, qui nõ egit dolũ in lingua sua.



Hieroñ. in Esa. ca. 66
Deuter. 32
Iob. 39
Ambro. 1 lib. exameron cap. 18
Iohanñ. 13
Galatas. 6
Matth. 22
Deuter. 6
1. Timot. 1.
Romañ. 13
Matth. 7.
Exo. 20
Leui. 19
Deuter. 27
Psal. 14

A gua sua. Nec fecit proximo suo malum,& obprobrium non accepit aduersus proximos suos. Qui iurat proximo suo & non decipit,qui pecuniam suam non dedit ad vsuram,& munera super innocentē non accepit. Qui facit hæc non commouebitur in æternum. Ex dilectione itaq; proximi pendet impletio quinti,sexti,septimi,octaui,noni,decimi præcepti. Propterea magister Gentium ad suos Galatas ita scribit: Omnis lex in vno sermone completur,scilicet: Diliges proximū tuum sicut teipsum,quia quam proximus dei imago & similitudo est, tam ipse proximus ascitus est dei filius,& corpori Christi insertus. Primū & maximū dei mandatum impleuit. Qui autem hæc facit,proculdubio vniuersam dei legem implet, Iohannes dei discipulus ait: Qui non diligit fratrem suum,quem videt,deum quem non videt, qūo diligere potest? Quod qui diligit fratrem suum,in lumine manet,& scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suū,in tenebris est,& in tenebris ambulat,& nescit quo eat,qa tenebræ occęcauerūt oculos eius. Nos scimus(inquit idem Apostolus)quoniam translati sumus de morte ad vitam,quoniam diligimus fratres, qui non diligit, manet in morte. Ad huiusmodi dilectionem inducimur, eo quòd fratres sumus,non eñ confunditur eos vocare fratres,dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Et post resurrectionem ad Magdalenam plorātem,ait: Vade ad fratres meos,& die eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrū,deum meum & deum vestrū. Propterea ipse primogenitus est in multis fratribus,& ipse Paulus,quando scribit vel Romanis, vel Corinthijs Ephesijs,Hebræis &c. vocat eos fratres,ad imitationem Christi. A natura autem inditum est ac oñibus persuasissimū, vt frater fratri non desit,id quod primo Ruben innuit pro Ioseph fra-

B tre volens eum liberare,& dixit: Non interficiamus animam eius, sed nec effundamus sanguinem eius,sed proijcite eum in cisternam veterem,quæ est in solitudine,manusq; vestras seruate innoxias,dicebat autem hoc,volens eripere Ioseph,& reddere patri suo. Iudas autem fratribus suis sic ait: Quid nobis prodest,si occiderimus fratrem nostrum,& cęlauerimus sanguinem illius? Melius est vt vendatur Ismahelitis,& manus nostræ non polluant, frater enim & caro nostra est. Qui sermo tam efficax erat, vt etiam eidem acquieuerint fratres. Et vos inuicem non modo fratres estis, sed & membra. Sic enim Corinthijs scribit Apostolus: Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi,& membra vestra templum sunt spiritus sancti? Sed quo pacto inter se membra gerere debeant, hoc idem docet Apostolus Paulus: Corpus non est vnum membrum(inquit)sed multa. Si dixerit pes,quoniam non sum manus,non sum de corpore,non ideo non est de corpore. Et si dixerit auris,quoniam non sum oculus, non sum de corpore,non ideo non est de corpore. Si totum corpus oculus,vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Tunc autem posuit deus membra vnumquodq; eorum in corpore sicut voluit,quod si essent omnia vnum membrum,vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra,vnum autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus,non estis mihi necessarij. Sed multo magis,quæ videntur membra corporis infirmiora esse,necessaria sunt,& quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, ijs honorem abundantiorem circundamus, & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent, sed deus temperauit corpus ei cui dederat, abundantiorem tribuendo honorem, vt non sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem sollicita

C sint membra, & si quid patitur vnum membrum,compatiuntur omnia alia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi,& membra de membro. Et in alio loco idem Paulus Apostolus ostendit, quomodo simus inuicem membra, sumus & membra corporis Christi ex carne eius,& ex ossibus eius, non secundum naturam diuinitatis æternæ,sed iuxta id quòd hominem est dignatus assumere. Quanquã & homo ipse,qui assumptus est, habeat naturam nostrorum corporum, sed non habet originem. Facillimam profecto dat Paulus doctrinam ad cognoscendum,quomodo oñes in ecclesia se gerere debeant. Profecto vt animal vnum cuius Christus caput,& spiritus eius anima,singuli vt illius animalis membra,inuicem autem vt commembra, infirmiores vt magis necessarios existimantes,inhonorabilioribus tanto magis honorem circumponere studentes. Si quid turpe,contegentes,& maiore si valeamus ornantes venustate,quia membrum Christi est. Nullus enim consideret,præsertim quid ipse aut alius est,sed cuius est,oñes enim Christi,& omnes membra Christi,& inuicem commembra. Non sit in toto corpore discordia,sed si quis peccato sit saucius, contristentur oñes, & oñes studeant læso tanquàm commembro, & tanquàm membro Christi opem afferre. Si quis etiam de peccato resurgit ad gratiam, gaudeant oñes, de quo etiam gaudent angeli. Si quis proficit in gratiam, ad honorem, & eam quæ secundum spiritum est gloriam,ei congaudeant oñes quæ deus honorificat. Honor quo mundus, quo homines honorificant. vanus & inanis ac terrenus est. Quo autem deus honorificat, maximus est. Pro hoc gaudere debent omnes, pro illo persæpe lugere.

Fiat,Fiat.

Galat.5

1.Iohan.2

1.Iohan.3

Hebræo.2

Iohañ.20

Roma.8

Genes.37

1.Cor.6

1.Cor.12

Ephes.5

Lucæ.15

Sermo.XXI.

SERMO XXI.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c̃. vt supra.

ARGVMENTVM.

De scuto fidei.



2. Paral. 32

Ephes. 6

2. Corꝝ. 10

Roman. 10

Ephe. 6

3. Regũ. 10

2. Paral. 9

3. Regũ. 14

2. Timot. 2

1. Petri. 5

Roman. 3

Roman. 5

1. Corꝝ. 5

Gene. 2

Ephes. 2

Hebræo. 11

Hebræo. 11

Matthæi. 8

Matthæ. 9

Lucę. 7

Lucæ. 8

Lectis nunc millitię nostræ antesignanis, dei quoq; & sacri Romani Imperij signis erectis, necessariũ ac vtile est, vt militem nostræ militiæ, suis armis instruamus, id quod sacra sciptura Ezechiã regem nostrum glorioſissimũ fecisse testatur. Nempe post obturationem fontium ac munitionem ciuitatis legitur, quomodo instaurauerit mello in ciuitate Dauid, ac fecerit vniuersi generis armaturã & clypeos. Nobilis ille Tharsensis & Romanus Dæsarem appellans, docet ad militiã vitæ nostræ super terrã, etiam armaturã dei, cogitans non modo luctam esse nobis aduersus carnem & sanguinem, sed & aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus cosmocratoras tenebraꝝ seculi huius, aduersus spirituales nequitias in cœlestibus. Nec hoc solo loco strenuus ille miles Christi nos ad arma vocat & animat, sed & Corinthijs in hæc verba scribit: In carne ambulantes, non tamen secundũ carnem militamus. Nã arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionẽ munitionũ, consilia destruentes &c. Hæc sunt illa arma lucis, quibus vt induamur idem Paulus adhortatus est. Sunt autem nostræ militiæ arma certe diuersa. In oñibus tamen ac præ oñibus præfertur scutum fidei. Hoc non nos excogitauimus, didicimus autẽ illud ab eo, qui olim spirans minaꝝ, & cędis in discipulos Christi, pugnaturus aduersus deũ, primo congressu ante Damascũ occubuit. Tu arbitraris forte rem sine mysterio esse, si de clypeo vel scuto verba fiant. Ego autẽ scutũ fidei rem pretioſissimã esse puto. Nam & si de Salomone legatur, quod fecerit ducenta scuta de puriſſimo auro, ac sexcentos auri cyclos dederit in lamina scuti vnius, ac trecentas pelthas ex auro probato, trecentæq; minæ auri vnam pelthã vestiebant, & illas posuit rex in domo saltus libani, iuxta scripturam vero Paralipomenon trecenta scuta fecit aurea trecentoꝝ aureoꝝ, quibus tegebantur singula scuta, posuitq; ea in armamentario, quod erat constitũ in nemore, quæ quidem scuta abstulit Sesach rex Aegypti in Hierusalem. Pro quibus fecit rex Roboam scuta ænea. Hæc tamen scuta oñia tam pretiosa non erant, quantũ est & erit tibi scutũ fidei. De quo Paulus ille doctor verbũ facit, & qui recte docuit eum, dũtaxat coronandum post bellum, qui legitime certauerit. Nec ab eo dissidet ille Apostolus Christi, qui suo gladio percussit & amputauit Malcho auriculã. Siquidem describens aduersariũ nostrũ leonem rugientem diabolũ quęrentẽ quem deuoret, rotunde concludit, & scribit illi eidem fortiter resistendũ esse in fide. Magna res est, quod propitiationem habemus. & accessum per fidem. Ambulamus per fidem, viuimus per fidem filij dei. Gratia saluati sumus per fidem. Fide intelligimus aptata secula. Fide vberiorem hostiã Abel quàm Cain detulit deo. Fide Enoch translatus est, ne videret mortem. Fide Noe responso accepto aptauit arcã in salutem domus suæ. Fide qui vocatur Abrahã in locũ exire, & exijt, nesciens quo iret. Fide Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiã præter tempus ætatis. Fide obtulit Abrahã Isaac, dum tentaretur. ide Iacob moriens de profectione filioꝝ Israel memoratus, & de ossibus suis mandauit. Fide Moyses grandis factus negauit se esse filiũ filiæ Pharaonis. Fide transierũt mare rubrũ, tanquã per aridam terrã. Fide muri Hiericho corruerunt. Quid quod prophetæ ac sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerũt ora leonũ. Extinxerunt impetũ iguis. Effugerũt aciem gladij. Conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exteroꝝ, acceperũt mulieres de resurrectione mortuos suos: Alij aũt distenti sunt non susciꝑientes redemptionẽ, vt inuenirent meliorẽ resurrectionẽ. Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mũdus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Ecce quod strenui milites consequuti sunt victoriam hoc scuto fidei? Et sub Euangelio qui fortiter in fide steterunt, remunerati sunt. Hoc Centurioni contigisse legitur, quem hisce verbis laudauit dominus: Amen amen dico vobis: Non inueni tantam fidem in Israel. Mulieri sanguinis fluxum patienti, ait: Fides tua te saluam fecit. Audit & hanc dulcem valedictionem. Mulier in ciuitate peccatrix, quæ steterat retro secus pedes domini, & lachrymis lauit pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, quæ & osculabatur ac vnguento vngebat. Audit & illud idem cæcus secus viam mendicans iuxta Hiericho. Et mulier illa

Chana-

A Chananæa licet audiuerit vocem domini dicentem: Non esse bonum sumere panem filiorum & mittere canibus, tandem audit in fine, ô mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Huius fidei intuitu sanatur ille paralyticus per tectum demissus ad conspectum domini. Vides itaque etiam in Euangelio, quantum præstiterit habuisse fidem: Quod si fidem habueritis sicut granũ sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, & obediet vobis. Dicetis monti huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis, oñia enim possibilia sunt credenti. Vides tandem si scutum fidei constanter tenueris penes te, vt tibi multa salus accedat, & quantam in te mercedem, quantumve stipendij consequaris. Quod si hoc scutum alioqui tibi vtile & apprime necessarium abieceris, perdideris q̃, id certe tibi eueniet, quod quibusuis incredulis euenisse legitur. Audiere duo fratres, Moyses & Aaron, valde duram sententiam propter incredulitatem. Sic enim illis ait dominus, Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me corã filijs Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis, & totus populus Israel, qa non credidit domino deo suo, propterea iratus dominus iurauit & ait: Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris p̃ter Caleb filiũ Iephonæ. Nẽpe Caleb ille præ cæteris exploratoribus bona & fidelia narrauit. Hoc est quod in psalterio non fruſtra commemorat Dauid, dicens: Non crediderunt in mirabilibus eius, Non crediderunt in deo salutari suo, &c. Et adhuc escæ eorũ erant in ore ipsorum, & ira dei ascendit super eos. Quod si in veteri testamento vnciam vnam pœnæ incredulitatis deprehenderis, iam in Euangelio longe grauiora deprehendes, adeo detestãda res est ex Euangelio, si quis fidei scutum non habeat, quo sese tueri possit. Zacharias ille sacerdos angelo Gabrieli non credens, mutus fit. Duos discipulos incredulos proficiscentes ab Hierusalem in Emaus, propter incredulitatem stultos vocat dominus, Petrus modicæ fidei dubitans fe

B re submergitur. Et post resurrectionem Iesus exprobrauit incredulitatem illorum, & generationem incredulam, peruersam vocat. Thomam incredulum hortatur, vt fidelis fiat. Et ipse saluator ait, qui non credit, iam iudicatus est. Et iterum: Qui incredulus est filio, nõ videbit vitam æternam. Et in vltimo vale mandati vltimi ad apostolos, ait: Qui non crediderit, condemnabitur, hoc est, quod Cæphas ille scribit in canonica sua: Quis finis eorum, qui non credũt dei euangelio? Vtrũq; connectit Abacuc ille luctator, fortis ac propheta dicens: Ecce, qui incredulus est & non erit recta aĩa eius in semetipso, iustus in fide sua viuet. Orantes itaq; credite, qa accipietis, credite in eum qui missus est, Iohan. 6. Nam qui credit in filium, habebit vitam æternam. Dũ lucem habetis. Credite, corde autem creditur ad iustitiam, ore vero confessio fit ad salutem. In summa, Sine fide impossibile est placere deo. Et omne q̃d non est ex fide, peccatum est. Eapro pter mater domini audit: Beata quæ credidisti, quoniam perficientur omnia quæ tibi dicta sunt à domino. Quod si crediderit is, & instar constantium, fortissimorum q̃ virorum ac militũ, scutũ fidei firmiter tenueritis, proculdubio de cũctis hostibus & aduersarijs vestris, victoriam certam habebitis. Fiat fiat.

Matth. 15
Luc. 5
Luc. 17
Matthæ. 17
Marc. 9
Num. 20
Deuter. 1
Psal. 77
Lucæ. 1
Luc. 24
Matth. 14
Matth. 16
Matthæ. 17
Marc. 9
Iohan. 3
Ibidem.
Marci. 16
1. Petri. 4.
Abacuc. 2.
Marci. 11
Iohan. 12
Roman. 14
Lucæ. 2

SERMO XXII.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De galea salutis.

C 

NStructo Christiano milite primo genere armaturæ, scuto quippe fidei, necessariũ ac vtile visum est nobis, vt & hunc muniamus Galea, ne Turcarum ac Tartarorum tela illis nocere queant. Et quoniam diuus ille Paulus nobilis Tharsensis armaturam Christianæ militiæ prę oñibus apostolis egregie prædicauit, ac suum discipulum Timotheũ σϛατιώτκν fecit esse, adhortãs eum hisce verbis, κακοπάθησον ὡς καλὸς σϛατιώτης ἰησοῦ χρίσου, hoc est, labora ficut bonus miles Iesu Christi, nẽpe non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Ab hoc itaq; tanquã experto principe militiæ Galeam capitibus nostris imponendam capiemus. Præcipit autem hisce verbis Ephesiis, Haleam salutis assumite. Et ne in obliuionẽ hæc armatura caderet, Thessalonicensibus ita scribit. Nos qui dei sumus, sobrij simus, induti loricam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis, quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominũ nostrum Iesum Christum. Salutis genera multifaria sunt, inter quæ præcipua est salus vitæ æternæ, quam cuncti Christi milites, aduer

2. Tim. 2
Ephe. 6
1. Thess. 5

O sus trucu-

ſus truculentos Turcas pugnaturi,ob oculos ſemper ponere debent. Nempe hæc ſalus eſt ve- D
ræ & ſanctæ militiæ,ſtipendium optimũ ac primũ. Vnde Petrus in ea canonica,quę ſcripta eſt
electis in Põto,Galatia,Cappadocia,Aſia & Bithynia ſic ſcribit: Benedictus deus & pater do-
mini noſtri Ieſu Chriſti,qui ſecundũ miſericordiã ſuã magnã regenerauit nos in ſpem viuam,
per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis,in hæreditatẽ incontaminatam, & immarceſſibilem
conſeruatam in cœlis,in vobis qui in virtute dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratã re-
uelari in tempore nouiſſimo. Et itez: In quem nũc non videntes creditis,credentes aũt exulta-
bitis lætitia inenarrabili & glorificata,reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarũ veſtrarũ.
Romañ.6. Paulus ad Romanos ita ſcribit: Quem fructũ habuiſtis,tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis?
Nam finis illorũ mors eſt. Nunc vero liberati à peccato,ſerui aũt facti deo,habetis fructũ veſtrũ
in ſanctificationem,finem vero vitam æternam. Stipendia eñ peccati mors, gratia autem dei
Matth.25. vita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Hæc eſt illa ſalus ac vita æterna,toties in Euange-
Iohan.5 lio repetita,Iuſti dicente domino,ibunt in vitã æternã,Et Petrus ſcire volens ſuæ militiæ præ-
Matth.19. mium,mercedem,ac ſtipendia,ait ad dominum: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te,
Quid ergo erit nobis? Ecce quomodo os & vertex apoſtolorum pro ſe ac ſuis coapoſtolis de
ſtipendio ſolicitus eſt. Sed quid facit ſaluator noſter,qui diues eſt in omnes, qui inuocant illum?
veritatis iure iurando ita reſpondit: Amen dico vobis,quod vos qui ſequuti eſtis me in regene-
ratione,cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſup ſedes duodecim,
iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domũ,vel fratres,aut ſorores,aut pa- E
trem,aut matrem,aut vxorem,aut filios,aut agros propter nomen meum,centuplũ accipiet &
vitam æternã poſſidebit. Vides ô Chriſti miles,pro ijs,quæ facis,ac dimiſeris pro nomine Chri
ſti,centuplum accipies,& vitam æternã poſſidebis? Nec ſolum æternæ vitæ meminit Chriſtus,
quin etiam aliquoties huius meminit & Paulus. Galatis enim liberaliſſime promittit, quod quæ
Galat.6. ſeminauerit homo,hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptio
Luc.16 nem. Qui autem ſeminat in ſpiritu,de ſpiritu metet vitam æternã. Et alibi ſicut Chriſtus com
2.Cor.2. memorat æterna tabernacula,ita Paulus docet Corinthios: Si terreſtris domus noſtra huius ha
1.Pet.5 bitationis diſſoluta fuerit,ædificationem ex deo habemus,domum non manufactam,ſed æter-
2.Timo.2. nam in cœlis. Et ipſe Petrus inquit: Deus omnis gratiæ vocauit nos in æternã ſuam gloriam in
Hebræ.9. Chriſto Ieſu modicum paſſos. Hæc eſt illa conſolatio æternæ hæreditatis. Hæc eſt illa memo-
Pſal.111. ria æterna,in qua erunt iuſti. Hæc eſt illa requies æterna. Quod ſi hanc vitam præſentẽ æternæ
Eccle.30. vitæ comparaueris,deprehendes non inepte loquutum fuiſſe Petrum apoſtolum de hac re,q̃-
2.Petri.3 niam ait: Vnus dies apud dominũ ſicut mille anni,& mille anni ſicut dies vnus. Dauid aũt pſal-
Pſalm.89. tes ille regius: Mille anni(inquit)ante oculos tuos,tanquàm dies heſterna quę præterijt: Cõfera-
mus itaq; annos & dies vitæ præſentis,quæ nũc eſt ad vitam æternam,Et de his Dauid loquẽs,
Pſalm.30 confiterur annos ſuos eſſe in gemitibus. Et ſicut cuſtodia in nocte quæ pro nihilo habet,ita an-
Pſalm.89. ni noſtri. Et iterum: Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. Dies annorum noſtrorum in ipſis
ſeptuaginta anni. Si aũt in potẽtatibus octoginta anni,& amplius eorum labor & dolor. Quo- F
niam ſuperuenit manſuetudo & corripiemur,&c. Et alia ſcriptura dicit: Numerus dierum ho-
Eccle.18 minum,vt multum centum anni quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt. Et ſicut calculus arenæ,
ſic exigui anni in die æui. Parum iuuat vixiſſe nongentis ac decem annis Cainam: Octingen-
Gene.5 tis ac nonagintaquinq; annis Malaleel.962.annis Iared.969.annis Mathuſalem. Quum ad vni-
Eccle.11. uſcuiuſq; vitam longæuam ſcriptura adiecerit,& mortuus eſt. Nam iuxta Eccleſiaſten: Si an-
nis multis vixerit homo,& in ijs ominibus lætus fuerit, meminiſſe debet tenebricoſi temporis,
Eſaiæ.38 & dierum multorũ,qui cum venerint vanitatis arguentur præteritæ. Noſter Ezechias rex ob-
tinuit,vt adijcerentur illi quindecim anni. Sed ecce qd dicit,præciſa eſt velut à texente vita mea
dum adhuc ordirer,ſuccidit me. De annis vero vitæ ſuæ, recogitabo tibi,inquit, omnes annos
meos in amaritudine animæ meæ. Quod ſi dies vitæ noſtræ ẽ ſcriptura expenderis,inuenies
non abſq; cauſa Iacob regi Aegyptiorum reſpondiſſe,dies peregrinationis vitæ meæ centũ tri
Gene.47 ginta annorum ſunt parui & mali,& non peruenerunt vſq; ad dies patrum meorũ,qbus pere-
grinati ſunt. Quippe Iacob,Iſaac & Abraham cognouerunt nos hic nõ habere ciuitatem per-
2.Cor.5 manentem,& quàmdiu ſumus in hoc mundo,peregrinamur à dño. Vnde Dauid peregrinus:
Hebræ.11. Ego ſum filius matris meæ. Et hoc eſt quod de patriarchis & reliquis in fide mortuis. Paulus
ad Hebræos teſtatur,dicens: Iuxta fidem defuncti ſunt oẽs confitentes, quia peregrini & hoſpi
1.Paral.29 tes ſunt ſuper terrã. Et ipſe Dauid corã vniuerſa multitudine orans,inter cætera dicit: Deus no-
ſter,confitemur tibi & laudamus nomen tuum inclytum,tua ſunt omnia. Et quæ de manu tua
accepimus,dedimus tibi. Peregrini eñ ſumus coram te, & aduenæ ſicut omnes patres noſtri,
dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram,& nulla eſt mora. De diebus vero vitæ hominis, ſic Iob
Iob.7 loquitur: Militia eſt vita hominis ſuper terram,& ſicut dies mercenarij dies eius. Dies mei ve-
Iob.9 locius tranſierunt,quàm à texente tela ſuccidituꝛ,nihil ſunt dies mei. Dies mei velociores fuerũt
curſore,fugerũt & non viderũt bonum,Pertranſierũt quaſi naues poma portantes,ſicut aquila
volãs

A volans ad escam. Dauid autem hoc modo: Defecerũt sicut fumus dies mei. Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnũ arui. De vita vero præsenti, si scripturam scrutatus fueris, Psal. 101.
inuenies vere dixisse Iob, ventus est vita mea. Verius autem Iacobus dixit apostolus: Quæ est Iob. 7.
vita vestra? vapor ad modicũ apparens. Et impij licet impie cogitauerint in sapiente, nihilomi Iacobi 4
nus verè est, quod exiguũ & cũ tædio est tempus vitæ nostræ, & quod transit vita nostra tanq̃ Sap. 2.
vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis. Vides quã vana præ-
dicet, & quasi nullius momenti scriptura, de vitæ præsentis annis atq; diebus? Longe secus autẽ
est de vita æterna. Hæc & si aliquoties, raro tamen in veteri testamento proposita est. In nouo
tamen æternæ vitæ præconium frequentissimũ est. Tobias enim inter cætera eleemosynã hisce Tobiæ. 12.
verbis extollit. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata & facit inuenire vi-
tam æternam. Et de se sapientia dicit: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Et Daniel Eccle. 24
propheta loquẽs de his, qui in terrę puluere dormiunt, docet aliquos euigilaturos in vitã æter- Daniel. 12
nam. Et qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiã erudiunt mul
tos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quãdo vero contra mortẽ vita venit in hũc mundũ,
ille qui vita est, & se vitam esse dicit, qui vitam habet in semetipso, qui panis est vitæ, cuius etiã Iohan 5.
verba spũs & vita sunt, de vita æterna sæpius verba facit, Ita enim inquit: Exaltari oportet filiũ Iohan. 6.
hominis, vt omnis q credit in ipso, nõ pereat, sed habeat vitam æternã. Sic enim deus dilexit mun- Iohan. 3.
B dum, vt filiũ suum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitã æter-
nam. Vide quomodo Chrũs in eandẽ sententiam bis quasi vno & eodem sermone polliceatur
vitam æternam. Ad mulierem vero Samaritanam inter cætera sic dicit: Qui biberit ex aqua Iohan. 4
quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons salientis in Ibidem.
vitam æternam. Cæterum eodem dicente domino: Qui metit, mercedem accipit, & congre-
gat fructum in vitam æternam, vt & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. Iohan. 10
Ambulans autem in templo, in porticu Salomonis palam sic prædicat Iudæis: Oues meæ vo-
cem meã audiunt, & ego cognosco eas, & sequũtur me, & ego vitã æternã do eis, & nõ peribũt Iohan. 12
in æternũ, & nõ rapiet eos quisquã de manu mea. Et in alio loco: Qui odit animã suam in hoc
mundo, in vitam æternã custodit eam. Ecce ex vno Euangelista quoties vitã æternã prædica-
tam & promissam eẽ inuenies à saluatore nostro. Quod aduertens Paulus plus semel hanc vitã Romañ. 6.
æternã prædicauit. Sic enim cõsolatur Romanos: Habetis fructũ vestrũ in sanctificationẽ, finẽ 1. Timo. 6
vero vitam æternã. Ad Timotheum: Apprehende vitam æternã, in qua vocatus es. Tito vero Titum. 3
scribit in hæc verba: Iustificati sumus gratia Christi, vt hæredes simus secundũ spem vitæ æter
næ. Ecce vt & q̃ fideliter Titũ armet ad galeam salutis æternæ? Et hæc est repromissio illa, quã 1. Iohan. 2
pollicitus est ipse nobis, vitã æternã. Deglutiuit iuxta verbũ Petri mortem, vt vitæ æternæ hæ- 1. Petri. 3.
redes efficeremur. Et hoc est illud testimonium, quod vitã æternã dedit nobis deus. Quisquis
C itaq; bellaturus est miles aduersus impios Turcas, hoies sanguinarios, nec ętati nec sexui parcẽ-
tes, cogitet mõ, & suo aĩo proponat, propterea militare velle, vt cõtra hãc procacissimã gẽtẽ, &
spurcissimã Mahumeti nationẽ vindicare velit eã iniuriã, q̃ ab Heraclij Imperatoris tpib⁹, vsq;
ad nos (prohdolor) in Christi nomen & crucẽ, sanguinẽ etiã Christianũ illata fuit, & infertur q̃
tidie, & nemo sit, qui non hac salutis galea munitus veniat. Hoc enim vult galea salutis, spesq; sa- Exodi. 33
lutis, vt quod hic pro tã strenue factis ad vota & sufficienter non fuerit remuneratũ, hoc in vita
æterna repẽdetur à domino, qui dabit nobis, & quemadmodũ olim Moysi dictũ est, ostendet
omne bonum. Fiat fiat.

SERMO XXIII.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De multiplici gaudio.



Proximo ad vos habito sermone, nonnulla in vestram ędificationem de galea salutis æternæ, declarata sunt vobis, restat nunc vt æternæ vitæ ac beatitudinis commoda declaremus, nec melius id fieri posse putamus, q̃ si eum seruauerimus ordinẽ, quẽ in monte prędicans ser uauit dñs & magister noster. Aperiens enim os suum, prædicauit eẽ Matthæ. 5.
beatos, q̃ pauperes essent spiritu. Beatos quoq; mites. Beatos qui luge
rent. Beatos qui esurirent & sitirent iustitiam. Beatos misericordes.
Beatos mundo corde. Beatos pacificos. Beatos, qui persequutionem
paterentur propter iustitiam, ac tandem in hæc verba cõcludit. Gau
dete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Vides

tibi militi Christiano mercedē copiosam esse paratā in cœlis: Erat Abraham cū suis vernaculis in arte militari felicissimus, qui tot vicit reges, & audit per visionē illi dicentem dñm. Noli timere Abrahā, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Aduerte qd dicat, merces tua magna nimis, inquit: Nā & si iuxta apostolū dign' sit operarius mercede sua, & vnusq; sq; propriā mercedē accepturus sit à dño, id qd parabola de his qui laborabant in vinea innuit, tamen adeo liberalis & munificus est dñs deus, vt etiā hi, q venerūt circa vndecimā horā pro sua mercede, similiter singulos acceperint denarios. Et quicūq; potū dederit (inquit) vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, nō perdet mercedem suam. Gaudete itaq; & exultate, ecce em̄ merces vestra multa est in cœlis. Hæc est illa mēsura bona, conferta, coagitata, & supereffluens, quæ dabitur in sinū vestrum. Stabit aūt ac erit hæc merces æternæ salutis primo loco, qd deum ac illius gloriā visuri sumus. Videmus em̄ nunc p speculū in ænigmate, tūc aūt de facie ad faciē. Nec parua res est videre deū. Nā etsi Moyses optime de deo meritus fuerit, ita vt loquutus sit illi de facie ad faciē, sicut solet loqui homo ad amicū suū, mox tamen rogans vt ostēderet illi gloriā suam, audit: Ego ostendā omne bonum tibi, & non poteris videre faciem meā, nō em̄ videbit me homo & viuet. Et iterū: Ecce (inquit) est locus apud me, & stabis supra petrā, quūq; transibit gloria mea, ponā te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeā, tollamq; manū meam, & videbis posteriora mea, faciem autē meam videre nō poteris. Nec solus Moyses petijt videre faciem dñi, sed & Dauid simile petijt dicens: Ostende faciem tuā, & salui erimus. Et in cœna nouissima Philippus ait ad dominum: Domine, ostēde nobis patrē, & sufficit nobis. Petrus quoq; Iacobus & Iohannes, vmbrā duntaxat dñicæ transfigurationis sentientes, eo qd viderūt resplendere faciem domini, sicut solem, & vestimēta eius candidiora niue, ita exhilarati sunt, vt Petrus etiā nō interrogatus respōderit: Dñe, bonū est nos hic esse, si vis, faciamus tria tabernacula, tibi vnū, Moysi vnū, & Heliæ vnū. Nec immerito inter gradus beatitudinis recensēt eos beatos eē, q mūdo sint corde, qm̄ ipsi deū videbunt, & ob hanc visionē eoꝝ qui in cœlis sunt, dñs ait, angelos in cœlis semp videre faciē patris. Gauisi sunt oēs boni quotquot in terris ambulantē potuerunt videre dñm. Sic Iohānes Baptista videns Iesum ambulantem, gauisus est ac dixit. Ecce agnus dei. Sic Zachæus ille statura pusillus ascendit in arborem Sycomoꝝ, propterea vt videret dñm, & in domū suam recepit illum gaudēs. Cæteꝝ post resurrectionē, quasi cōgratulantes ad Thomam dicebāt apostoli: Vidimus dñm: Et ipse Stephanus quasi exultabundus in medio martyriī clamat: Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis dei. Quod si Abraham exultauit, ita dicēte dño, vt videret diem dñi, vidit quoq; & gauisus est, qd existimas futuꝝ esse, si quispiam videat dñm in gloria maiestatis suæ? Symeon ille timoratus, laudem cecinit dño, qd viderint oculi eius salutare suum. Nimiꝝ supra modū gaudebūt, ac ineffabili modo exultabunt, q visuri sunt dominum, videntem oīa. Habet em̄ deus in scriptura nomen viuentis & videntis, sicut em̄ scriptum est, vocauit Agar nomen dñi, qui loquebatur ad eā: Tu es deus, qui vidisti me. Dixit em̄ profecto, hic vidi posteriora videntis me, propterea appellauit puteum illum viuentis & vidētis me. Nam quū Agar etiā in solitudine quæ est in via Sur in deserto, iuxta fontem aquæ subtristis ac mœsta sederet, adhuc visa est à dño. Dominus em̄ est, qui iuxta Hieremiā vidit renes & cor, videt quid quisq; faciat in abscondito, nihil em̄ absconditum est ab illo, quod nō cognoscatur. Nam etsi Adam sese absconderit à facie domini in medio ligni paradisi, adhuc inuenitur à domino. Oculi enim eius omnia vident. Qui itaq; videt in cœlestibus dominum, videt eum, qui videt omnia, videt quoq; in eo, qui videt omnia, simul & omnia. Stratagematum itaq; & meritorum tuorum, quisquis bonus & pius es Christi miles, merces tua magna nimis erit dominus. Cæterum non satis est, nec erit, videre dominum gloriæ in gloria sua, etiam pro mercede habebis omnem quietem ac satietatem animi, rerumq; omnium abundantiam. De quiete ac trāquillitate Paulus ad Galatas indicauit describens Hierusalē, quæ surſum est, hæc est illa libera ciuitas & mater nostra, quæ virtute vocabuli sui, ciuitas pacis appellari meruit, de qua Dauid in spiritu: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei, huic præest pacificus ac sapientissimus regū omnium Salomon, Christus quidem qui pacem fecit, & qui est pax nostra, qui fecit vtraq; vnū, cui in pace factus est locus. Nec te illic iterum bellare oportebit, quū ibi sit pax & summa trāquillitas. Hæc est illa ciuitas, quam Iohannes vidit in Pathmo, sancta, descendēs de cœlo, habēs claritatem dei, quæ tam pretiosos muros ac portas speciosas habet, ciuitas illa quadrata de duodecim lapidibus pretiosissimis fundamentum habēs, cuius platea mundū est aurum, templū nō habet, Nam dominus deus omnipotēs templum illius est & agnus. Hæc est illa ciuitas, quæ nō eget sole, neq; luna vt luceant in ea, nam ciuitas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus, & ambulabunt gentes in lumine eius, & reges terræ afferent gloriā suam & honorē in illa. Portæ eius nō claudentur per diem, nox em̄ non erit illic, & afferent gloriam & honorē gentiū in illam, non intrabit in eam aliquid coinquinatum aut abominationē faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Cæteꝝ non est in æterna vita, & in hac ciuitate defectus aliquis, nā

Gene. 15. 1. Timot. 5 1. Corint. 3 Matth. 20. Marc. 9 Lucæ. 6. Ibidem. 1. Corꝝ. 31 Exodi. 33 Psalm. 79. Iohā. 14 Matth. 17 Lucæ. 9 Matth. 5. Matth. 18 Iohan. 1. Lucę. 19. Iohan. 20. Acto. 7. Lucæ. 2 Genē. 16 Hiere. 20. Matth. 6. Matth. 10. Marc. 4 Luc. 8 Genē 3 Galat. 4 Psal. 68. Ephe. 2 Psalm. 75. Apo. 21.

A quis,nam abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum, & iam non erit amplius, neq; luctus,neq; clamor,neq; dolor vltra.Paulus aũt poſt Eſaiam, quaſi per cõpendium totũ explicare volens,ſcriptum eſſe ait:Quod oculus non vidit,auris nõ audiuit, nec in cor hominis aſcendit,quæ præparauit deus his,qui diligũt illum.Dauid vehementer exclamat & dicit: Tũc ſatiabor,quum apparuerit gloria tua.Cyprianus ille martyr Carthaginẽſis de beatoꝝ gaudijs hæc ſcribit:Exultabunt ſane ſancti in gloria,videbunt deum & gaudebũt, lætabuntur & delectabuntur,& fruentur gloria,& in fœlicitate iocundabuntur æterna,ibi nõ guſtabũt,q̃ ſuauis ſit deus,ſed implebuntur & ſatiabuntur dulcedine mirifica,nihil eis deerit,nihil oberit,omne deſiderium eoꝝ Chriſtus præſens implebit,nõ ſeneſcent,non tabeſcent, nõ putreſcent amplius, perpetua ſanitas,fœlix æternitas, beatitudinis illis ſufficientiam cõfirmabunt,nõ erit cõcupiſcentia in mẽbris,non vltra illa exurgeret rebellio carnis,ſed totus hominis ſtatus, pudicus & pacificus, ſana ex integro natura,ſine oñi macula & ruga deinceps permanebit. Erit deniq; deus omnia in omnibus,& illius præſentia omnes animæ & corporis implebit appetitus.Hic non eſurient, neq; ſitient amplius,neq; cadet ſuper eos ſol,nec vllus æſtus,ibi erit abſorpta mors in victoria, ibi erit tanq̃ flumen,pax,& delectabuntur in multitudine pacis.In hoc mũdo nõ ſatiatur oculus viſu,nec auris audiu.Alibi vero dñs replet in bonis deſiderium, ibi recumbent cum Abraham,Iſaac & Iacob in regno cœloꝝ ibi erunt nuptiæ,vbi miniſtrabitur longe melius & præſtantius vinum,q̃ in Chana Galileæ.Faciet eñ dominus exercituũ populis in monte hoc,conuiuium pinguium,conuiuium vindemiæ,conuiuium pinguium medullatoꝝ,vindemiæ defeca

B tæ.Quid multis? Apud deum,qui ſumme bonus eſt,nullũ erit malum,ſed omne bonũ.Et hæc erit merces ac remuneratio,imo ipſa corona omnium Chriſti militum. Sed aduerte quæ Paulus etiam rediens ex tertio cœlo,Timotheũ docuerit:Nemo(inquit)coronabitur, niſi qui legiti me certauerit.Si legitime nõ certaueris,minime coronaberis.Vnde diua virgo Maria hodie in cœlum aſſumpta,coronata eſt,quod puris ac plane virginibus cogitationibus,ore pudiciſſimo, ac bonis operibus ſemper intenta fuit ad dominum.Propterea progreditur quaſi aurora conſurgẽs,pulchra vt ſol,terribilis vt caſtrorũ acies ordinata. Et hæc eſt galea ſalutis æternæ,vt ita militemus legitime,quo ex militia noſtra liceat recte ſperare,& nobiſmetipſis à domino,deo ſalutem ꝑternam polliceri poſſimus. Fiat fiat.

Apoca.21 Eſaiæ.64 1.Coꝝ.2. Pſalm.16. Cyprianus. Pſal.33. Pſal.35. 1.Coꝝ.15 Eſaię.25 1.Corin.15 Eſaiæ.48 Pſal.36. Eccle.1. Pſalm.102 Matthæ.8. Iohan.2 Eſaiæ.25

SERMO XXIIII.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De vitanda ebrietate.

C 

Doctor gentium ac electionis vas diuus Paulus apoſtolus, vt Chriſtianum militem armatura ſufficienti munire poſſet & valeret,ad ſcutum fidei,ac æternæ ſalutis galeam etiã hoc adiecit,vt eſſet ille indutus loricа charitatis,ita enim prima ad Theſſalonicen.5.ſcribit:Qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.Nos aũt,qui diei ſumus,induti loricã charitatis.Mirãda res eſt,diuũ Paulũ apoſtolũ iudicare neminẽ eſſe dignũ lorica charitatis,niſi eum qui ſobrius ſit,& qui ab ebrietate ſit longe alienus.Erat ac prævaluerat hoc vitium olim inter Aegyptios, & vt ex Daniele apparet,Prævaluit etiã apud Chaldæos.De Græcoꝝ poculis notiſſima ſunt,quæ Græcoꝝ tradiderunt hiſtoriæ ac ſcriptores. De vtribus ac amphoris Romanoꝝ ſuperuacaneũ eſt,vt ſup his verba fiant. Veniamus igitur ad ea, quæ in ſacris literis contenta ſunt.Salomon rex ille ſapiẽtiſſimus de vitanda ebrietate ſic ſcribit:Luxuriоſa res vinũ,& tumultuoſa ebrietas,quicũq; his delectatur,nõ erit ſapiens.Finem q̃q; prouerbioꝝ facere volens inter cætera docet:Noli regibus ò Lamuel,noli regibus dare vinũ,quia nullum ſecretũ eſt,vbi regnat ebrietas,ne forte bibãt & obliuiſcãtur iudicioꝝ,& mutent cauſam filiorum pauperis.Eſaias aduerſus hoc vitiũ plus ſemel loquitur:Væ(inquit) qui cõſurgitis mane ad ebrietatem ſectandã,& potandũ vſq; ad veſperã vt vino æſtuetis.Cithara, & lyra,& tympanum, & tibia, & vinum in cõuiuijs veſtris,& opus dñi nõ reſpicitis,nec opera manuum eius cõſideratis.Væ iteꝝ,inquit idem Eſaias, qui potentes eſtis ad bibendum vinũ,& viri fortes ad miſcendã ebrietatem.Carpit & eos in alio loco,qui veꝝ præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt.In euangelio vero dominus:Attendite vobis(ait)ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebritate,& curis huius vitæ,& ſuperueniat in vos repentina dies illa.Paulus autẽ ſobrietatem non ſolum toties prædicauit ac docuit,ſed & ebrietatem ſummopere cauendã præ-

Daniel.5.

Prouer.20 Proue.31 Eſaiæ.5. Eſaiæ.28 Luc.21.

Titum 2 cepit. Ad Titum eñ ſcribẽs, inter ſanas doctrinas iubet, vt ſenes ſobriȝ ſint. Cæteꝝ vt & anus D
non multo vino ſeruiant, quod & adoleſcentulæ ſobriæ ſint, & ipſos iuuenes hortandos eẽ do-
cet, vt & illi ſobriȝ ſint. Vides itaqꝫ vt per gradus ætatum ipſe Paulus ſobrietatẽ prædicet? Et
1. Timot. 2 ad Timotheum mulieres ad ſobrietatem hortatur. Et ipſi Timotheo in hæc verba mandauit:
2. Timo. 4 Tu vigila, in omnibus labora, opus fac euãgeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. Quid
qꝫ quanta ſolicitudine ſobrietatem ſuadet ac hortatur Paulus, tanta vehementia ebrietatem fu-
giendam docet. Romanis eñ hiſce verbis ſcribit: Abȝciamus opera tenebraꝝ, & induamur ar
Roma. 13 ma lucis, ſic vt in die honeſte ambulemus, nõ in comeſſationibus, nõ in ebrietatibus. Galatis ve
Galat. 5. ro viam ſalutis oſtendere volens inter opera carnis, quæ regnũ dei poſſidere nõ poſſint, ebrie-
tates & comeſſationes enumerat. Epheſios aũt ſimili modo & conatu ſaluare volens, ita man-
Ephe. 5. dauit: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini ſpiritu. Titum vero Cretæ reli-
Titum. 1 ctum hortatur, vt eum in epiſcopum ordinet, qui nõ ſit vinolentus. Et ne in aliqua parte pec-
1. Timo. 5. caſſe videatur, ægrotanti ſuo diſcipulo Timotheo caute donauit, vt vteretur modico vino pro
1. Timot. 5 pter ſtomachum, & frequentes infirmitates. Memor eñ erat illi ſcripſiſſe, ne vinolentum ordi
Titum. 2 naret epiſcopum, nec aſſumeret diaconos multo vino deditos. Nec oblitus ille fuerat, quod ad
Nume. 6 Titum iuſſit doceri anus, ne multo vino ſeruirent. Proterea quod Nazaræi, qui vota habebãt,
ſua vota deuotius ac religioſius perficere poſſent. Ita præcepit dñs: Vir ſiue mulier, quum fece-
rint votum vt ſanctificẽt, & ſe voluerint dño cõſecrare, à vino & omni quod inebriari poteſt,
abſtinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicqd de vua exprimitur non bi
bent, vuas recentes, ſiccasqꝫ nõ comedẽt cunctis diebus, quibus ex voto dño cõſecrantur. Quic
Hiere. 35. quid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſqꝫ ad acinum, nõ comedẽt. Et Rechabitaꝝ familia p-
ceptum accepit à Ionadab, filio Rechab, vt nõ biberent vinum, ipſi neqꝫ etiam filiȝ, mulieres ac E
filiæ cunctis diebus. Quod quũ cõſtanter ſeruaſſent, audiunt Hieremiã prophetã eis ita dicẽtẽ:
Hæc dicit dñs exercituum deus Iſrael, pro eo qđ obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cu
ſtodiſtis oñia mãdata eius, & feciſtis vniuerſa quæ p̃cepit vobis, propterea hæc dicit dñs ex-
ercituum deus Iſrael: Nõ deficiet vir de ſtirpe Ionadab filiȝ Rechab, ſtans in cõſpectu meo cũ-
Leuiti. 10 ctis diebus. Nec ſine cauſa ſic dñs ad Aaron loquitur: Vinũ & omne quod inebriare poteſt nõ
bibetis tu & filiȝ tui, quãdo intrabitis in tabernaculũ teſtimoniȝ ne moriamini, quia prȩceptum
ſempiternũ eſt in generationes veſtras, & vt habeatis ſcientiã diſcernendi inter ſanctũ & pro-
phanum, inter pollutum & mundũ, quaſi tacitus indicare velit per ebrietatẽ obfuſcari iudiciũ.
Ezech. 43 Et illud idem in Ezechiele, ne ſacerdos ingreſſurus tabernaculũ, vinum bibat. Primus etiam in
Euãgelio præco ac ipſe præcurſor dñi, hoc præceptũ habet, quod ad Zachariam angelus ait:
Lucæ. 1 Erit magnus coram dño, vinum & ziceram nõ bibet, & ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vte
ro matris ſuæ. Vides quãta bona ſequuta fuerint ex abſtinentia vini ac ziceraꝝ? Ex ebrietate ve
Gene. 6 ro quanta mala ſuborta ſint, etiam factæ tradunt hiſtoriæ. Noe quippe vir iuſtus atqꝫ perfectus
fuit in generationibus ſuis, legiturqꝫ teſtimonio ſcripturæ cũ deo ambulaſſe, cui dñs hanc gratiã
Gene. 7 fecit, vt oſtenderet illi arcam, in qua ſaluatus fuit, quãdo diluuiȝ aquæ inundauerant ſuper terrã.
Conſumptaqꝫ eſt oñis caro, quæ mouebatur ſuper terrã, volucrum, animantium, beſtiarum, re
ptilium, quæ repunt ſuper terrã. Hiç poſteaquàm cœpit exercere terram, ꝑplantauitqꝫ vineã, &
quum biberet vinum, inebriatus & nudatus in tabernaculo ſuo iacuit, ac propter detecta verẽ-
Gene. 9 da, ſequuta eſt maledictio Chanaan filiȝ Cham, atqꝫ in terrã ſuperinducta ſeruitus. Loth ipſe
Gene. 19. vicit Sodomitas & iniquitatẽ eoꝝ, vinum bibit & inebriatus eſt, ac inceſtum fecit cum duabus F
filiabus ſuis, ex quibus nati ſunt Moab & Amon, & inde peſſimæ gentes Moabitarum & Am
Daniel. 5 monitaꝝ ortæ ſunt. Balthaſar rex fecit grande conuiuium optimatibus ſuis mille, & vnuſquiſqꝫ
ſecundum ſuam bibebat ætatem. Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrẽtur vaſa aurea & ar
gentea, quæ aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo, quod fuit in Hieruſalem, vt
biberent in eis rex & optimates, atqꝫ vxores vna cum concubinis, tunc allata ſunt vaſa aurea,
quæ aſportauerat de templo quod fuerat in Hieruſalem, & biberũt in eis rex & optimates eius,
bibebant vinum, & laudabant deos ſuos aureos & argenteos, & æreos, ferreos, ligneosqꝫ & lapi
deos. In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis. Erat autẽ ſcriptura,
Mane, Thetel, Phares, & interpretatio ſermonis, Mane. Numerauit deus regnũ ſuum, & cõple
uit illud, Thetel. Apprehenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens, Phares. Diuiſum eſt re
gnum tuum, & datum eſt Mœdis & Perſis. Tunc iubente rege indutus eſt Daniel purpura, &
circũdata eſt torques aurea collo eius, & prædicatũ eſt de eo, quod haberet poteſtatem tertius
in regno ſuo. Eadem nocte interfectus eſt Balthaſar rex Chaldæus, & Darius Mœdus ſucceſ-
ſit in regnum, annos natus ſexagintaduos. Sed de Holopherne principe militiæ Nabuchodo-
noſor regis Aſſyrioꝝ hoc legitur, quod poſteaq̃ Arphaxat rex Mœdorum à rege Nabuchodo
Iudith. 2 noſor in prælio ſuperatus eſt, idem rex Aſſyrioꝝ, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, Ho-
lophernem principẽ militiæ ſuæ elegit ac miſit, vt per illum omnẽ terrã, ſuo ſubiugaret impe-
rio, dedit illi viros expeditos centũ viginti milla peditum, equites ſagittarios duodecim millia,

Came-

A Camelos innumerabiles, boues & oues ac armenta, quoꝝ non erat numerus. Constituit illi frumentum è Syria, aurum & argentū de domo regis assumpsit nimis, & profectus cum quadrigis, equitibus, ac sagittarijs, cooperuerunt faciem terræ sicut locustæ. Obtinuit ille Syriā, Mesopotamiā, Lybiam, ac Ciliciā. Tandem veniens iuxta Bethuliam, quā & obsedit expugnare volens, cœpit bibere vinū, factusq; est iocundus Holophernes, ac bibit vinum multū nimis, quantum nuquā biberat in vita sua, iacebatq; in lecto nimia ebrietate sopitus. Quod quum considerasset Iudith illa mulier, euaginauit pugionem pendentē ad caput Holophernis, & apprehendit comā capitis eius, percussitq; bis in ceruicē eius, & abscidit caput eius. Quumq; omnis exercitus decollatum Holophernem audisset, fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore ac metu agitati, fugæ præsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus, euadere festinabat Hebræos, quos super se armatos venire audiebant, fugientes per vias campoꝝ, & semitas collium. In summa plerunq; post læta ac sumptuosa conuiuia, aliquid mali sequutum est. Ita Israelitæ sedentes vt manducarent, ac biberent, surrexerunt ludere, & adorare vitulum aureum conflatilem. Sic Esau vendidit ius primogenituræ. Et in Euāgelio Herodes instituit diem natalis celebrari, ac corā se saltare fecit filiā Herodiadis, iussitq; decollari Iohannem Baptistā, & afferri caput eius in disco. Quod si forte quæsieris, num in testamento veteri fuerint omnia conuiuia, omnesq; cœnæ prohibita. Respondeo, minime, Nam Assuerus qui regnauit ab India vsq; Aethiopiā, super centum viginti septem prouincias, fecit grande conuiuium cunctis principibus & pueris suis fortissimis Persarum & Mœdorum. Et bibebant,
B qui inuitati erant, ex aureis tum alijs, atq; alijs vasis, cibisq; opulentissime inferebantur. Vinū insuper, vt magnificentia dignum erat regia, abundanter & id quidem apprime generosum apponebatur. Verum illud conuiuium hanc laudem habet, vt de eo scriptura dicat: Non erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sic rex statuerat, præponēs mensis singulos è principibus suis vt sumeret vnusquisq; quod vellet. Grande itaq; & cum primis detestabile vitium est, ad bibendum cogere nolentem, quum etiā nec vacca aut quoduis aliud animal plus bibere soleat, quàm possit aut appetat, etiā si gladio coneris interimere. Detestabile (inquā) est videre alios bene potos dormitare, & quòd qui plus biberit, fortior computatur, accusationis occasio est adiuratum per regem frequentius non bibisse. Vomunt potores vt bibant, bibunt vt vomant. Digestio ventris & guttur, vno eodemq; occupantur officio. Vere ergo iuxta diui Hieronymi sententiam: Vinolentia scurrarum est & comessatorum. Venterq; vino æstuans, cito despumat in libidines. In vino luxuria, In luxuria voluptas, In voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur viuens, mortuus est. Ergo qui inebriatur & mortuus. Noe ad vnius horæ ebrietatem nudat fœmora sua, quę per sexcentos annos sobrietate contexerat. Loth per temulentiam nesciens, libidini miscet incęstum. Et quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. Grauis est itaq; sententia Salomonis, Cui væ, cuius patri væ, cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera suffossio oculoꝝ. Nonne his qui commorantur in vino, & studient calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quod flauescit, quum splenduerit in vitro color eius, ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Noli itaq; (inquit Salomon ad filium suum) fili mi, esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus & dantes symbola, consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Audi
C patrem tuum, qui genuit te, & ne contemnas, quum senuerit mater tua. Hæc dixisse non proterea volui, quod creaturam vini vituperem. Nam non ignoro etiā Christum in terra ambulantem, grāde fecisse miraculum in Chana Galilææ, quando ex aqua vinum fecit. Scimus etiam in Christi sanguinem vinum consecrari. Neq; nescius sum recte sapiētem dixisse: Vinum in iocunditatem creatum esse, & non in ebrietatem ab initio. Laudamus itaq; ac probamus cū Anacharse primum craterem qui præbetur ad sitim. Nec vituperamus secūdum ad hilaritatem præberi. Ad insaniā aūt sese ingurgitare vino, vehemētissime detestamur. Id quod hisce verbis etiā scriptura facit. Ignis inquit Iesus filius Syrach, probat ferrum durū, sic vinū corda superboꝝ arguet in ebrietate potatū. Aequa vita hominibus, vinum in sobrietate, si bibas illud moderate, eris sobrius. Non ergo vinum, sed ebrietatem, quæ auertet animi vigorem & sensum, reprobamus. Hæc enim ebrietas fomes est libidinis, & hæc duplex est. Vna quæ titubationem corpori affert, atq; eius vestigia supplantat, sensumq; perturbat. Altera vero, quæ mētem virtutis vapore gratia, & infirmitatem auferre videtur, & hæc cum moderamine sumpta, nō infirmitati, sed saluti cedit. Prima vero ebrietatis species inflammat libidinem, accendit cupiditates corporis, ipsamq; mentem subruit, & animam capit, sensum extorquet. Nesciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent, iacent sepulti. Et in alio loco paulo vehementius ac profusius aptissime tamen ebrietatis vitium Ambrosius depingit: Ebrietas (inquit) perpetuum dat tremorē, sudāt vino corpora temulentorum, si leuius ea tetigeris exprimis vinum. Ebrietas fomentum libidinis. Ebrietas incentiuum insaniæ. Ebrietas venenum insipientiæ, hæc sensus hominum mutat, & formas. Per hanc fiunt ex hominibus equi adhinniētes. Siquidem naturali vapore corporis calidi,

Iudith. 3
Iudith. 7
Iudith. 12
Iudith. 13
Exodi 32
Hester. 1
Hieron. in epi. ad Titū
Hieron. ad Oceanum
Prouer. 23
Ecci. 31
Ambr. li. de Noe & arca ca. 29
Ambr. li. de Abraā patriarcha capi. 6
Ambr. li. de filia & iunio ca. 16

& præter naturam vini calore flammati, cohibere se non queunt, & in bestiales libidines excitantur, vt nullum tempus præscriptum habeãt, quod docet indulgere concubitui. Vocem amittũt, colore variãtur, oculis igneſcunt, ore anhelant, fremũt naribus, in furore ardeſcunt, ſenſu excedunt. Hinc Phrenesis periculoſa, hinc calculi grauis pœna, hinc exitialis crudelitas internoꝝ viſcerum cruore fundentiũ. Nam eadem dñs per Hieremiã loquutus est, dicens: Bibite & inebriamini, & vomite, & cadetis, & non conſurgetis. Hinc etiã vanæ imagines, incerti viſus, inſtabilis greſſus, vmbras sæpe tranſiliũt ſicut foueas, natat ijs cum facie terra, ſubito erigi & inclinari videtur, & quaſi vertitur. Timentes in faciẽ ruunt, & ſolum manibus apprehendũt, aut concurrẽtibus montibus ſibi videtur includi. Murmur in auribus tanquã maris fluctuantis fragor & reſonãtia fluctu littora. Canes ſi viderint, leones arbitrãtur & fugiunt. Alij riſu ſoluunt incondito. Alij inconſolabili mœrore deplorant. Alij irrationabiles pauores vigilantes ſomniãt. Dormiẽtes litigãt. Vita ijs ſomnium eſt. Somnus ijs mors eſt. Excitari nullis vocibus poſſunt quãtolibet ſtimulando impulſu petas niſi reſipuerint, euigilare non poſſunt. Vnde bene Hieremias hmõi hoïem tanq̃ ſuperfluam creaturã deflendũ putat. Quid eſt homo ebrius, niſi ſuperflua creatura? Itaq; ſic ait: Sicut fletũ Iazer defleo te vitis, quia deſerta eſt ciuitas Iazer. Habes itaq; ò ſtrenue Chriſti miles, quãtum pręſtet ipſa ſobrietas, & ob quę & quãta pericula tibi ſit vitãda ebrietas. Quid enim prudentis conſilij antefignanus præbebit aduerſus hoſtes, ſi vino madefactus neſcierit quid dicat, minus quid facto opus ſit? Et ipſe miles ſi ſupra pedes ſtare præ ebrietate non poterit, quomodo Mahumetano abſtemio perſequenti ac pro viribus percutienti reſiſtet? Cauendum eſt itaq; apprime hoc ebrietatis vitium, quo plerunq; præpotentes deſtructi fuere exercitus. Det deus itaq; vobis Germanis militibus hanc mentem, & hunc ſenſum, vt ebrietatis mala atq; formidanda pericula poſſitis effugere, & ne crapula ingurgitatione ac ebrietate plures pereant, quàm à Sebola Turcica trucidentur, Amen.

SERMO XXV.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De lorica charitatis ſermo viceſimusquintus.



1. Cor. 13

Excuſſo nunc ebrietatis vitio à Chriſtiano milite, reſtat vt eundem lorica charitatis ad armaturam, iuxta conſilium Pauli, & inſtituamus ac inſtruamus. Fruſtra hęc armatura dei non cecidit ex ore Pauli. Charitas eñ ex eo, qui nomen Chriſti portauit in gentibus, Principio facit in milite Chriſtiano id quod Vegetius de re militari, ac alij in quouis milite apprime neceſſarium eſſe putarunt, ac arbitrati ſunt, illud equidẽ quod oportet hũc eſſe patiẽtẽ laboris ac aduerſitatũ. Nulla aũt virtus ẽ, quæ oĩa ſic & eodẽ modo cõplanet, & aduerſa ęquo aĩo tolerare faciat, quemadmodũ ipſa charitas. Charitas eñ patiẽs ẽ, benigna eſt. Charitas non æmulat, nõ agit perperã, non inflatur, nõ eſt ambitioſa non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Hoc ſeruato ordine, quemadmodum à Paulo præſcriptus extat, non video militarem diſciplinã apud vos turbari facile poſſe. Nec ſatis eſt erga Corinthios hoc tradidiſſe, ſed & Romanis in hæc verba

Romañ. 8

ſcribit idem Paulus: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſequutio? an gladius? Sicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die. Aeſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neq; principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Noſtro iudicio & ſi Paulus Apoſtolus de reliquis virtutibus fuerit valde ſolicitus ac diligens inter omnes, tamen charitatem præcipuam ac primo loco docuit. Vnde etiam de ea verba facturus erga Corinthios, viam charitatis, viam excellentiorem eſſe perhibuit, ac teſtatur, Hoc quod alteram ad Corinthios ſcribens epiſtolam, inter cætera inquit: Charitas Chriſti vrget nos. Galatis autem fructus ſpiritus præſcribens, primum gradum charitatis tribuit. Epheſijs autem non ſatis eſſe putauit, vt in interiori homine Chriſtus habitaret per fidem, voluit etiam vt hi eſſent in charitate radicati, & fundati. Docuit

1. Cor. 12
2. Cor. 5
Galat. 5
Epheſ. 3
Epheſ. 4

& illos

A & illos, vt alter alterum ſupportaret in charitate. Coloſſenſes autem voluit eſſe inſtructos in charitate, & quod ſuper omnia charitatem haberent, quod eſſet vinculum perfectionis. Coloſſ.2 Coloſſ.3
Itidem facit ad Philippenſes, quos orat vt charitas magis ac magis abundet. Ipſis autem qui in Theſſalonica fuerunt vrbe Macedonię præcipit, vt abundet charitas vniuſcuiuſq; in inuicem. Phil.1 2.Theſſ.3
Timotheo tradere volens, quid illi ſectandũ ſit, inter omnes virtutes primo loco proponit charitatem eſſe ſectãdam. Hebræos eitiam inſtituit, vt ſeſe inuicem prouocent in charitate. Et quo breui compendio totam præceptoꝝ legem in vnum coniungeret, en ad Timotheum primo ingreſſu, primę ſuę epiſtolæ ſcribit: Finis præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona & fide non ficta. Vides itaq; qua & quãta diligentia bonus ille miles, & militię Chriſtianæ princeps Paulus in omnibus epiſtolis, oẽs fratres & filios, quos per euangelium genuit: lorica charitatis armandos eſſe voluit. Nec deſunt ab illius ſententia duo illi diſcipuli, qui ſummo mane ſimul currebant ad monumentũ. Petrus quidem & Iohannes dilectus Chriſto diſcipulus. Sic eñ Petrus ſcribit: Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatoꝝ. Beatum hoc pallium, & beatũ hoc operculũ, quod etiã ante prędicauerat Salomon, dicens: Vniuerſa delicta operit charitas. Nã beati ſunt, quoꝝ remiſſæ ſunt iniquitates, & quoꝝ tecta ſunt pcta. Idẽ Apls Petrus oẽm curã ſubinferẽdã eẽ arbitratus ẽ, vt eẽt in pietate amor fraternitatis, & in amore fraternitatis charitas. Hęc de petra ſupra quã ædificauit dñs eccleſiã ſuã, dicta ſint vobis: Accedamus nunc ad eũ diſcipulũ, quẽ diligebat Ieſus, & in profeſſo eſt, primã illius canonicã, charitatis legibus repletã eſſe. Exordiũ eñ ſumit à charitate dei, quomodo ſic deus pater dilexerit nos, vt iam B filij dei nominemur & ſimus. Qui nõ diligit (inquit) manet in morte, & oñis qui odit fratrẽ ſuũ homicida eſt. Qui habuerit ſubſtantiã huius mundi, & viderit fratrẽ ſuũ neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, qũo charitas dei manet in eo? Et quo altius radices figere poſſit inter cætera dicit: Deus charitas eſt: Quũ itaq; tantæ virtutis ſit ipſa charitas, propterea ante oĩa charitatem habete, & oñia veſtra ex charitate fiant. Veſtra eñ ſuſceptæ militiæ tota debet eſſe intentio, vt pro laude & honore fidei noſtræ orthodoxæ, & pro redemptione afflictoꝝ & captiuorum pauperꝝ bellare & conflictũ ſubire velitis. Et tunc veſter erit vere dexter, ac proculdubio victoriam habebitis ab eo, ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia, ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Luęæ.24 Iohan.20 1.Petri.4 Prouer.10 2.Petr.1 Iohan.3

SERMO XXVI.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere &c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De gladio ſpiritus.

C 

Oſteaquã Chriſtianum militem charitatis lorica induimus, reliquũ eſt, vt eundem reliqua & ſumme neceſſaria armatura armemus. Parum enim eſſet geſtare ſcutum in manu, galeam in capite, loricam ad corpus, ſi non illi eſſent arma in manu, quibus hoſtem venientem à ſe propellere, ſuamq; vitam tueri poſſet. Scripſit autem Paulus Ephęſijs ad armaturam dei pertinere gladium, non quidem eum gladium quem angelus corã aſina Balaam euaginatum oſtẽdit. Non gladium ancipitem, qualem habuit Aioth filius Gera, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Non eum gladium aut talem, qualem habuit Goliath ille Philiſtæus, quem de vagina ſua Dauid eduxerat, & amputauit illi caput, qui in Nobe inuolutus eſt pallio poſt Ephod. Non gladium Petri, quo exempto Petrus amputauit auriculam Malchi ſerui pontificis, ſed gladium ſpiritus prędicauit ad armaturã domini Paulus. Et hunc gladium ſpiritus baptizat eſſe verbum dei. Forte miraberis, num verbũ dei ſcindat acutius, ac feriat fortius, quàm ex materia gladius. Et quid permouerit Paulum ad hoc, vt Chriani militis gladiũ pdicauerit eſſe verbũ dei. Ad hæc audi quid dicã: Paulus, quẽadmodum teſtantur Acta Apoſtolorum, ſpirans minarum, & cędis in diſcipulos domini, acceſſit ad principem ſacerdotum, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas, vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hieruſalem. Et quum inter faceret, contigit, vt appropinquaret Damaſco, & ſubito circumfulſit eum lux de cœlo, & cadens in terram, audiuit vocem dicentẽ ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris? Qui dixit: Quis es dñe? At ille: Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

Nume.23 Iudicũ.3 1.Regũ.17 1.Regũ.21 Matth.26 Iohan.18 Acto.9

Et tre-

Et tremens ac ſtupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum: Surge, & ingre- D
dere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Ecce hic magiſter Gentium quomodo
ſperarit non modo minas, vt eſſet moleſtus ijs, qui Chriſti nomen profiteri cœperant, quin-
etiã cędem & occiſionem aduerſus oẽs Chriſti diſcipulos cogitabat. Hunc neq; duo gladij
Petri, imõ nec oẽs Apl'oꝝ virgæ, in manibus ſi quas portaſſent potuiſſent auertere Paulũ. Tã
feruens enim erat, vt paternæ traditiones ad pedes Gamalielis auditæ firmiſſimè ſtarent, ſola
vox, ſolũ dñi verbũ, quo audit: Saule, Saule, quid me perſequeris: tãtum effecit, vt vno eodemq;
momento, quo iam Damaſcũ de re ſua ſolicitus intrare voluit, interrogabat: Domine, quid me
vis facere? Et poſt triduum ab Anania baptizatus, ilico in ſynagogis poſt dies aliquot cœpit
prædicare Ieſum, quoniã hic eſt filius dei. Cognoſcebatur enim ille à Damaſci habitatoribus,
quod eſſet hic, qui expugnabat in Hieruſalem eos, qui inuocabant nomen Ieſu, & quod veniſ-
ſet Damaſcum, vt Chriſtianos vinctos duceret ad principes ſacerdotum. Semel tamen Saulus
confoſſus gladio, hoc eſt, verbo domini, multomagis conualeſcebat, & confundebat Iudæos,
qui habitabant Damaſci, affirmans, quoniã hic eſt Chriſtus. Cæterum ex ore Chriſti notiſſimũ
Matthę.19 eſt, difficile intrare diuites in regnum cœloꝝ, adeo, vt facilius ſit Camelum tranſire per foramẽ
Lucæ.18 acus. Et princeps ille interrogans: Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo?
Audiens quod omnia, quæcunque haberet, venderet, daretq; pauperibus, valde contriſtatus
eſt. Et is mos huius ſeculi eſt, vt anteaquàm deſiderantur diuitiæ, gladio defendant. Nihilomi-
nus quãdo Saluator noſter vidit hominem ſedentem in Theolonio, Matthæum nomine, & di
Matthæi.9 xit illi: Sequere me: Hoc verbo ſic proſcidit cor eius, vt de ſeipſo Matthæus Euãgeliſta ſcripſe-
Lucæ.5 rit, ſurgens ſequutus eſt eum, nec ſimpliciter ſequutus eſt eum, ſed teſte Luca, relictis omnibus, E
ſurgens ſequutus eſt eum. Hoc quidem fecit verbum vocationis, auditum à domino. Sic verbũ
vocationis audiunt Symon Petrus & Andreas frater eius. Quibus ait: Venite poſt me, & faciã
vos fieri piſcatores hominum. Et ecce illi continuo relictis retibus, ſequuti ſunt eum. Alij quoq;
fratres Iacob & Iohãnes filij Zebedæi verbo vocationis audito non ſolũ relictis retibus, ſed &
Matth. 26 patre relicto, ſequuti ſunt dñm. Quid dicã vobis amplius? Iudas vnus de duodecim venit, & cũ
Iohannñ.18 eo turba multa cũ gladijs & fuſtibus miſſi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi. In-
terrogant aũt à dño, quem quæritis? Et quum illi reſpondiſſent Ieſum Nazarenum, eisq; dñs
dixiſſet: Ego ſum, quàm primũ dixit verbũ, abierũt retrorſum cadentes in terrã. Quis niſi cęcus
hic non videt ex Euãgelio ſic pręualuiſſe verbũ, vt hi qui cũ gladijs & lignis miſſi à ſummis ſa-
Marci.14 cerdotibus, ſcribis & ſenioribus erant, retrorſum abeũtes, ac proſtrati ceciderint in terrã? Et for
Iohan.2 te non tam flagellum quaſi de funiculis eos eiecit de templo, qui oues & boues illic vendiderãt,
q̃ hoc potens verbũ, quod vendentibus colũbas, dixerat dñs: Auferte iſta hinc, & nolite facere
domũ patris mei, domũ negotiationis. Scriptũ eſt emm: Domus mea domus orationis vocabit.
Inuenies itaq; per oẽs ſacras literas hiſtorias verbũ dei penetrare, quẽadmodũ ſolet gladius
Hebręo.4 acutus. Huc accedit, quod idem Apoſtolus ſcribit Hebræis, in hæc verba. Viuus eſt ſermo dei,
efficax & penetrabilior oẽmi gladio ancipiti, & pertingens vſq; ad diuiſionẽ animę ac ſpũs, com
Gene.3 pagũ quoq; & medullas, & diſcretor cogitationũ, & intentionũ cordis. Habet (vt vere fatear)
gladius ille verſatilis & flãmeus, collocatus ante paradiſum ad cuſtodiẽdum lignũ vitę, in ſe mul
ta myſteria, multa etiã laudũ prędonia. Sed hic gladius ſpũs, verbũ quidẽ dei, non tã in nouo, q̃ F
in veteri teſtamẽto multo plures virtutes habet, & habere cœpit. Sic emm dñs ait ad populũ: Af-
Deutero.8 flixit te penuria, & dedit tibi cibũ mãna, quod ignorabas tu & patres tui, vt oſtẽderet tibi, qđ nõ
in ſolo pane viuat homo, ſed in oẽmi verbo, quod egredit ab ore dñi. Quæ ſnia tã efficax & ma-
Matthæ. 4 gnę virtutis erat, vt etiã Chr̃us dei filius eã obiecerit tẽtatori diabolo. Quũ emm illi tẽtator diabo
lus diceret eſuriẽti: Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt. Ait dñs: Scriptũ eſt: Nõ in ſolo pa
ne viuit homo, ſed in oẽmi verbo, q̃d procedit de ore dei. Iſte erat panis, quo veſcebat Maria ſo-
ror Marthæ, quę ſedit ad pedes dñi, vt audiret verbũ eius: Iſte eſt panis, q triduo refecit turbã
ſuſtinentẽ dñm, dũtaxat vt audiret verbũ eius. Iſte eſt panis, q aluit auditores Pauli p̃dicãtis etiã
Amos.1 in profundã noctẽ. De quo pane Hieremias ait: Paruuli petierunt panẽ, & nõ erat qui frãgeret
Amos.8 eis. Ad hoc p Amos prophetã in paſtoralibus Thecue. Ego dñator dñs. Ecce dies veniũt, dicit
dñs, & mittã famẽ in terrã, nõ famẽ panis, neq; ſitim aquæ, ſed audiẽdi verbũ dñi. Prophetę ſan
cti q per viſiones, ac ex p̃cepto dñi loquuti ſunt, in quoꝝ ore dñs erat, cõtinuo ſe ſup verbo dñi
Exodi.4 fundãt. Sic in Eſaia, ac alijs prophetis toties legit verbũ, q̃d vidit Eſaias filios Amos, & os dñi lo
cutũ eſt: Factũ eſt verbũ dñi: Audite gẽtes verbũ dñi. Quaſi Eſaias & alij tã maiores q̃ minores
Pſal.32. prophetæ muti eſſent, niſi eſſet verbũ dñi q̃d loqueret ex eis. Et huic verbo tm̃ tribuit propheta
Geneſis.1. regius, vt ingenue cecinerit verbo dñi cœlos eſſe firmatos, & q̃d ſpũ oris eius ſit oĩs virtus eoꝝ.
Dixit emm in creatiõe mũdi deus: Fiat lux, & facta ẽ lux. Dixit: Fiat firmamentũ, & factũ eſt firma
mentũ. Dixit: Cõgregent aquę quę ſub cœlo ſunt in locũ vnũ, & appareat arida, & factũ eſt ita.
Dixit: Germinet terra herbã virentẽ, & factum eſt ita. Dixit: Fiãt luminaria in cœlo, & diuidãt
diem ac noctẽ, & factũ eſt ita. Dixit: Producãt aquæ reptile animæ viuẽtis &c. ſup terrã, & fa-

ctum eſt

A ctum est ita. Inde propterea commendantur ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciũt verbũ eius. Num aũt hæc sententia regis Dauid de æterno verbo dei quod erat in principio, & quod deus erat, intelligi debeat iuxta id, quod in alio Psalmo dicit: Misit verbum suum, & sanauit eos: non est ad propositũ recitare. Sed hoc satis fuerit in tanto gradu stare verbum dei, vt & ipse filius dei, qui & deus est, vocetur verbum. Vnde non solum in libro Sapientiæ de hoc verbo sic legitur: Dum medium silentiũ tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine, exiliens de cœlo, à regalibus sedibus venit. Sed & Aquila illa altissime volans & prothosecretarius Christi, sic suum exorditur Euangelium: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Hoc est quod legitur: O deus patrum meorum, & domine misericordiæ, fecisti oĩa verbo tuo. De hoc verbo æterno, si verba facere velimus ad saturitatem animarum vestrarum, dies ac annus me deficerent. Ad verbum aliud sermonem nostrum conuertimus. Rectum est verbum domini, & lucerna pedibus nostris est verbum domini, ita vt tu si cæcus hucusq; ac cæcutiens fueris, ac in tenebris quoq; cimeriis ambulaueris, & palpes cum cæco parietem in meridie, si verbum domini sinas esse lucernam pedũ tuorum, edisces, & re ipsa expertus videbis, qua via tibi ad patriam eundum sit. Et hoc verbum domini manet in æternum, quemadmodum veritas & consilium domini, quæ simili testimonio manent in æternũ, ad quod firmãdum vox clamãtis in Esaia, sic clamat: Omnis caro fœnũ, & oĩs gloria eius quasi flos agri. Exiccatũ est fœnũ, & cecidit flos, quia spũs dñi sufflauit in eo. Vere fœnũ est populus, exiccatũ est fœnũ, & cecidit flos, Verbũ aũt dñi manet in æternũ. Psalm. 106 Psal. 32 Psal. 118 Esaiæ. 40

B Propter quod Balaam ad Balach hęc verba protulit: Si dederit mihi Balach plenã domũ suã argenti & auri, nõ potero immutare verbũ dñi dei mei, vt vel plus vel minus loquar. Et iterum: Sta Balach, & ausculta. Audi fili Sephor. Nõ est deus quasi hõ, vt mẽtiat, nec vt filius hoĩs vt immutet: Cœlũ & terra transibũt, verba aũt mea non transibũt. De hoc ita scriptũ est per Iesum filiũ Syrach: Fons sapiæ verbũ dei in excelsis, & ingressus illius mãdata æterna. Et iterum: Qui timent dñm, non erũt incredibiles verbo illius. Et qui diligũt illũ, conseruabũt verbũ illius. Per hoc verbum dñi proficiscebant semper filij Israel. Et ad imperiũ dñi erigebãt tentoria, & ad imperium illius deponebãt, erãtq; in excubiis dñi iuxta imperiũ eius per manũ Moysi. Idcirco ò Christi milites ad simílem Israelitarum imitationẽ, & vobis proficiscendũ & castrametandũ erit. Et sicut dñs deus dux & ductor fuit populi Israel, prȩcessitq; eos per diem in colũna nubis, ac fecit eis per noctẽ lucere columnã ignis, ita etiã dñs erit vobiscũ, & habitabit in medio vestri, eritq; deus auxiliator & protector vester. Modo curate vt è manibus vestris non excutiatur gladius spiritus quod est verbum domini, vt aduersus illius verbum atq; præcepta, non peccetis. Et erit dominus clypeus vester, & proculdubio pugnabit pro vobis. Fiat, Fiat. Numer. 22 Sapiæ. 2 Numer. 8

SERMO XXVII.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c.

ARGVMENTVM.

De verbo dei.

C 

Odierno & proximo ad vos habito sermone, acutũ ac ex vtraq; parte scindentem gladium verbi, & in quantum de illo redundent flumina scripturarum testamenti veteris, vobis prædicauimus. Hauriamus nunc aquas de fontibus saluatoris, quæ proculdubio salient vobis in vitam æternam, si ad has sitibundi desideraueritis, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Indignum visum est nobis, tot præclara testimonia, ex Moyse ac litera occidenti recitasse, & ad præsens negligere, quod de verbo dei, partim ipsum verbum hoc est de seipso, & sui verbi virtute euangelizauerat ipse, q per prophetas ipsos hoc vaticiniũ dederat. De Syon exibit lex, & verbũ domini de Hierusalem. Videamus itaq; quid specioſi pedes euangelizantium ac annũtiantium & prædicantium pacem à Syon de hoc gladio spiritus, quod est verbum, nobis in testamento nouo prædicauerint, ac annuntiauerint, quo vos Christi milites vtraq; manu, hoc est, ex vtroq; testamento aduersus hostes dei, commodius, rectius, ac fortunacius dimicare & pugnare valeatis. Audiamus itaque quid Christus dominus, Saluator, ac magister noster, de gladio spiritus, hoc est, verbo dei senserit, ac ita scribendum, atque prædicandum esse voluerit.

Sic autẽ

Iohañ. 1 Iohañ. 6 Sic autem inquit ipſe, qui fuit verbum ab initio: Amen amen dico vobis, qui verbum meum audit, & credit ei qui me miſit, habet vitã æternã. Et verba quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Propterea Petrus ad dñm ait: Domine, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes? Et in alio loco: Amen amen dico vobis: Si quis ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortẽ non videbit in æternũ. Vides quantũ præſtet verbũ dei? Hoc equidem vt quis non modo non videat mortẽ, ſed etiã vt conſequatur vitã æternã. Ad ludæos rotundũ ipſe dñs canonem, quaſi in formã ſyllogiſmi alicuius fortiſſimę concludentis ponit. Qui ex deo eſt (inquit) verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis. Et ante hæc dixerat eis: Sermo meus nõ capit in vobis quare loquelam meã non cognoſcitis, quia non poteſtis audire ſermonem meũ. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille erat homicida ab initio, & in veritate nõ ſtetit, quia non eſt veritas in eo. Quũ loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Ego autem ſi veritatem dico, non creditis mihi. Ergo ex deo ſunt ac filij dei, qui bus æternã beatitudinem ſperare licet. De quibus & ipſe dicit: Beati qui audiunt verbũ dei. & cuſtodiunt illud. Nec abs re ita futurũ exiſtimo. Siquidem inquit ille: Si manſeritis in me, & verba mea manſerint in vobis, quodcũq; volueritis, petetis, & fiet vobis. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui, maneo in eius dilectione. Et obſeruãtia verbi dei tantũ facit, vt ludæ non illi Iſcariothi, ſed fratri Iacobi dñs reſponderit: Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Ecce qui diligens auditor & factor eſt verbi diuini, conſequetur hoc, vt pater ac filius ad eũdem venturi ſint, ac facturi manſionem apud eũ. Cæterum de re impoſſibili rem poſſibilem facit verbum dei. Cogitanti nempe Mariæ, quomodo fieret iſtud, quod in vtero conciperet, & pareret filiũ, quando virũ non cognoſceret, & Gabriele recitante, quomodo Eliſabeth ſterilis concepiſſet filiũ in ſenectute ſua, idem angelus Gabriel hæc verba ſubintulit: Non erit impoſſibile apud deũ omne verbũ, hoc eſt, quod toties legitur: Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Sic Saluator noſter ſpiritus verbo eiecit immundos. Sic in verbo dñi Petrus laxauit rethe, & comprehendit piſciũ multitudinem magnã, atq; copioſam. Sic ſurdo & muto imperioſe, is qui imperat ventis & mari, imperat, non ſine myſterio Hebraicæ linguæ, ac ait: Effœta, & apertæ ſunt aures eius, moxq; ſolutũ eſt vinculum linguæ eius, ac loquebatur recte. Sic paralytico mandat ac dicit: Surge & ambula, & ambulauit ac ſuſtulit grabbatũ ſuũ. Sic vocat Lazarũ fœtentem Saluator: Lazare veni foras, & ſurrexit. Et ita in pleriſq; ſacri Euangelij miraculis contigiſſe legitur, vt quàm primũ verbũ ex ore Chriſti prolatũ ſit, mox & continuo ſequutũ eſt hoc, quod oñpotens verbũ voluit, dixit, ac præcepit. Ita res alioquin impoſſibilis natura, extitit facta poſſibilis, ſolo verbo dei, huius potentia, firmamentũ ac veritas egregie deſcribit à Iohanne Apoſtolo & Euãgeliſta dñi. Cũ eñ ille ſub Domitiano teneret in inſula Pathmo, viſionem vidit, quã hiſce verbis deſcribit: Vidi (inquit) cœlũ apertũ, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eũ, vocabat fidelis & verax, & cũ iuſtitia iudicat & pugnat. Oculi aũt eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen ſcriptũ, quod nemo nouit niſi ipſe, & veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius verbũ dei, & exercitus qui ſunt in cœlo, ſequebant eũ in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo, & de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus, vt in ipſo percutiat Gentes, & ipſe reget eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini, furoris iræ dei omnipotentis, & habet in veſtimento & fœmore ſuo ſcriptũ: Rex regũ & dñs dominantiũ. Sed non ſatis eſt audire verbũ, oportet vt etiã manibus & pedibus proſequaris. Nã hos beatos facit dñs, qui verbũ dei audiunt, & cuſtodiunt illud. Vnde omnis qui audit verba mea (inquit Saluator) & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificat domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata eñ erat ſupra petram. Et oĩs qui audit verba hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificat domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Notiſſima quoq; eſt parabola Chriſti de ſemine, quam quum turbæ intelligerent, Apoſtoli audire meruerunt. Quod illis eſſet datum noſſe myſterium. In interpretatione enim primum enuntiatum eſt ex ore Chriſti, ac auditum, ſemen eſſe verbum dei. Quis vnquàm credidiſſet ſemen eſſe verbum dei, ſi non affirmaſſet ſumma ſapientia, ac ſumma veritas? Semen eſt (inquit) verbum dei. Quod ſi ceciderit ſupra petram, eos deſignat, qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credũt, & in tempore tentationis recedũt. Quod aũt inter ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audierũt, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & referũt fructum. Quod autem in bonam terrã, hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbũ, retinent, & fructum afferũt in patientia. Vides ex Euangelio ſatis non eſſe, & ſi bonum, imõ optimum ſit, dumtaxat audire verbum dei, ſi non quiſpiam fecerit, manuſq; admouerit re ipſa. Non eñ auditores legis, ſed factores iuſti ſunt apud deum. Et ſi quis auditor eſt, non factor, cõ

Iohañ. 8 Iohañ. 14 Lucæ. 1 Apocal. 19 Matth. 7. Matthæi. 13 Lucæ. 8

A ctor,comparabitur viro considerãti vultũ natiuitatis suæ in speculo.Et propterea Paulus gladium spiritus,quod est verbum dei,Christiano militi præbet in manus,vt is exercitatus possit à se repellere communem hostem animarum nostrarum diabolum quidem,qui arcum habet & tetendit illum,& in suæ iniquitatis pharetra sagittas habet.Quod si quis ignarus verbi dei fuerit nec illud audire vel rescire cogitet ac studeat,inutilis videtur esse ad prælium,quum vacuas manus habeat,nec instructus armis,& potissimũ gladio spiritus venit ad aciẽ.Studeat itaq; vnusquisq; frequenter ac omni cura audire verbum dei,vt quum buccina seu tuba, aut tympanum ad prælium insonuerit,habeat hunc gladium in manu sua promptum atq; paratum,& dabitur illi militiæ cingulum,quo strennui milites adornantur. Accingere itaque gladio tuo quisquis es strennuus Christi miles,super fœmur tuum, & dabit tibi dominus ad cingulum militiæ coronam quoq; gloriæ. Fiat fiat.

SERMO XXVIII.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c̃. vt supra.

ARGVMENTVM.

De præparatione ad euangelium.



B Osteaq̃ diuus apostolus Paulus militem Christi,scuto fidei,galea salutis,lorica charitatis,ac gladio spiritus instruxit,ita vt manus,caput, ac corpus iam suas armaturas haberẽt,cogitauit hoc facile fieri posse vt suorum militum pedes offenderẽtur in vepribus ac spinis,aut etiã à scorpionibus dãna sentirent. Quo igitur hominis pes ac illius calcaneus ab his esset illæsus,ecce Ephesios milites hortatur,vt & illoꝝ calceati sint pedes,in præparationem euangeliꝝ pacis. Fateor tibi quidẽ ingenue calceatum Moysen audiuisse dicentem dñm: Solue calciamentum de pedibus tuis,locus eñ in quo stas, terra sancta est. Et Iosue filius Nun, minister Moysi audit in agro vrbis Hiericho. Solue calciamentũ de pedibus tuis,locus eñ in quo stas,sanctus est. Et apostoli audiunt. Nolite possidere aurꝝ,neq; argentũ,neq; pecuniã in zonis vestris,nõ peram in via,neq; duas tunicas,neque calciamenta, neq; virgam. Tamen quum pauci vel forte nulli sint inter vos, qui cum Moyse minarint gregem suum ad interiora deserti,iuxta montem dei Oreb,ac viderint rubum ardentem,nec cõburentem,audieruntq; vocem dñi de rubo,neq; nos iam Iordanem nostræ peregrinationis cũ Iosue transierimus,aut etiã pro apostolis digni habeamur. Sed adhuc milites peregrini simus in terra,quibus restat vt mare rubrum,ac etiã desertum transeamus, idcirco oportet nos eẽ calciatos. Israelitis eñ iam de terra Aegypti proficiscentibus ad esum agni paschalis, sic inter cætera præceptũ est. Renes vestros accingetis,& calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculum in manibus,& comedetis festinanter,Ordinatũ aũt est propterea ꝙ ipse domi
C nus educere voluit eos illo die de terra Aegypti per desertum in terram fluentem lacte & melle. Vnde vt in deserto non læderentur a spinis & vepribus, dedit his calciamenta, quo minus offensi possent transire desertũ, de quorum vestibus & calciamentis, ita ad populum Moyses ait: Adduxit vos quadraginta annis per desertum,nõ sunt attrita vestimenta vestra,nec calciamenta pedum vestroꝝ consumpta sunt. Profecturi itaq; longius in terrã viuentium oportet vt instar Israelitaꝝ,& nos iuxta doctrinã Pauli calceati simus. Nõ autem calceis Germanoꝝ, qui noua abusione vix vnius digituli corium gestatis in pedibus,nõ cogitantes hoc ordine vos nõ posse hostem tribus passibus insequi,nec fortiter pugnare in acie,illico eñ instar alicuius anguillæ dilabũtur à pedibus,& sæpe multis iugeribus disiecti suos gestatores præcedũt calcei. Quin potius Germanoꝝ veteꝝ oportet vos gestare calceos, quibus pedes vestri vsq; ad talos tecti, & corrigijs ligati sint. Tales erant calcei temporibus Christi,alioqui nõ dixisset præcursor dñi, se nõ esse dignũ vt solueret corrigiam calciamentoꝝ dñi. Calciamenta pedũ nostroꝝ fiunt ex mortuoꝝ pellibus. Et nos inde docemur,vt ad imitationem maioꝝ nostroꝝ aduersus infideles fortes & bene animati simus. Cæteꝝ,sicut in re militari proponuntur stratagemata Iulij Cæsaris,Alexandri magni,Marci portij,Hamilcaris ducis pœnoꝝ,Tarquinij superbi, Hannibalis, Themistoclis,Scipionis Aphricani, Marci Catonis, Aemilij Pauli, Hasdrubalis, Lucij Metelli, Auli Manlij, Quinti Fabij, Agesilai, Quinti Sertorij, Epaminundæ, Gnei Pompei, ac aliorum, ita vt milites addiscant eorundem sequi vestigia, ac bellare fortiter, ita & in nostra militia à mortuis maioribus nostris,dignum est,vt imitationis exempla discamus. A Christo autem fortissimo antesignano nostro hoc discimus,quod in agone tam fortiter laborauit, vt etiã sangui-

Ephe. 6

Exodi. 3.
Iosue. 5.

Matth. 10.

Exod. 13

Deuter. 29

Iohan. 1.

nem ſudauerit,ac tandē in cruce clamans cum lachrymis patri ſpiritum cōmendauit. Iſte eſt ve- D
rus Capitaneus,qui nos inuitat ad prælium. Sic eñ palam proclamat: Venite ad me oñes, qui
laboratis & onerati eſtis,diſcite à me. Tollite iugum meum ſuper vos. Eapropter Theolonario
Matthæ. 9 nomine Leui ait. Sequere me. Sic Simoni Petro. Tu ſequere me. Sic Simoni & Andreæ. Veni-
Iohan. 1. te poſt me,& illi relictis retibus,ſequuti ſunt eum. Et hoc eſt,quod Cæphas ille docet: Chriſtus
Iohan. 21 (ait) paſſus eſt pro nobis,vobis relinquens exemplū,vt ſequamini veſtigia eius. Habet & Chri-
1. Petri. 2. ſtianus miles,quod in aliis videat ac diſcat,inter quos vnus atq; præcipuus eſt Paulus Chri mi-
les,reuera fortis & infracti animi. Scribit eñ Corinthijs in hæc verba: Imitatores mei eſtote,ſi-
cut & ego Chriſti. Ad Philippenſes ꝙq; ſimili forma ſcribit & dicit: Imitatores mei eſtote frēs.
Num vero Paulus imitationis ſtrenuū aliquod dederit exemplū,tūc capies, ſi pericula ſuæ mi-
1. Corin. 4. litiæ tecū perpēderis,ac aduerteris ea dūtaxat,q̄ Corinthijs enumerare nō eſt grauatus. Sic eñ
2. Cor. 11. ait: In laboribus plurimis,in carceribus abundātius,in plagis ſupra modū,in mortibus frequen-
ter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, ter virgis cæſus ſum,ſemel lapidatus
ſum,ter naufragium feci,nocte & die in profundo maris fui,in itineribus,periculis fluminū,pe-
riculis latronū,periculis ex genere,periculis ex gentibus,periculis in ciuitate, periculis in ſolitudi
ne,periculis in mari,periculis in falſis fratribus,in labore & ærumna,in vigilijs multis,in frigore
& nuditate præter illa,quæ intrinſecus ſunt,inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium eccle
ſiarum. Quis infirmatur & ego nō infirmor? Quis ſcandalizat & ego nō vror? Si gloriari opor
tet,quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor. Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti ſcit,qui eſt bene
dictus in ſecula,quod nō mentior. Damaſci præpoſitus gentis Arethe regis cuſtodiebat ciuita E
tem Damaſcenoꝝ vt me cōprehēderet,& per feneſtrā in ſporta dimiſſus ſum p murum,& ſic
effugi manus eius. Ex his tu quiſquis es in librū vitæ pro milite inſcriptus,clare deprehēdes me
non abs re,ex Pauli Gymnaſio ac ſchola mutuaſſe tibi armaturā dei, ac ad illius exemplum te
prouocaſſe ad exercitiū belli. Quid de apoſtolorū choro ac ordine tibi aliud recenſere poſſum?
Acto. 5. quàm q̄d ſcriptura ſacra manifeſte teſtatur de illis: Ibant (inquit Lucas) apoſtoli gaudētes à cō-
ſpectu cōcilij,qui digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cōtumeliā pati. De reliquis ſanctis dei ho
minibus ignorare non potes, qūo per fidē vicerint regna,operati ſint iuſtitiā,adepti ſint repro-
miſſiones,obdurauerint ora leonū,extinxerint impetū ignis,effugauerint aciē gladij, conualue-
rint de infirmitate,fortes facti ſint in bello,caſtra verterint exterorū,acceperint mulieres de re
ſurrectione mortuos ſuos. Alij aūt diſtenti ſint,nō ſuſcipiētes redemptionē, vt inuenirent me-
liorem reſurrectionē. Alij vero ludibria & verbera experti,inſuper & vincula & carceres, lapi-
dati ſint,ſecti ſint,tentati ſint,in occiſione gladij mortui ſint. Circumierint in melotis,in pelli-
bus caprinis,egentes,anguſtiati,afflicti,qbus dignus nō erat mundus. In ſolitudinibus errātes,
in mōtibus & ſpelūcis & cauernis terræ. Narret itaq; Titus Liuius per Decades,Chiliades,Mi-
riades q̄q;,ſuos duces Romanos,Catones, Gallos,Piſones, Cicerones,Fabios, Brutos,Sceuolas,
Metellos,Scauros,Marios,Craſſos,Marcellos,Aufidios,ac reliquos Romani exercitus princi-
pes,ſufficiant nobis pelles mortuorū,ſanctorū noſtrorū,ad quorū viuendi ac moriendi normā
atq; imitationē docemur ad quid,& quāta animi fortitudine atq; alacritate nos militare opor- F
teat. Et hæc ſunt calciamenta pedum noſtrorū,ex mortuorū pellibus & corijs parata nobis. Et
hodie quū diui Bartholomæi apoſtoli feſtū agimus,pellē eius in exemplū patientiæ ac tolerā-
tiæ noſtræ,ob oculos noſtros ſi expēderimus, inueniemus recte quod nos cōſoletur & animet.
Calceantur & pedes mortuis pellibus,vt ſeſe milites cogitent ſemp eſſe mortales. Poſteaq̄ eñ
dñs Adæ ac illius vxori,parētibus noſtris,tunicas fecit pelliceas,facti ſumus oēs mortales,ita vt
Gene. 2 ſtatutū ſit oñibus hominibus ſemel mori. Quāprimū eñ præuaricati ſunt Adam & Eua præ-
Romañ. 5. ceptum dñi,hoc factū eſt,quod eis cōminatus eſt dñs vt morte morerentur. Propter quod ait
apoſtolus: Regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen,etiā in eos,qui nō peccauerūt in ſimilitu
dinem præuaricationis Adæ,q̄ eſt forma futuri. Sic itaq; ex vnius delicto mors intrauit in mū
dum. Hæc tamdiu durabit ac regnabit,quoad viuentes in hac terra fuerint, nouiſſima eñ oīm
1. Cor. 15 inimica deſtruetur mors. Hucuſq; mortui ſunt oēs,ſolus Enoch fide tranſlatus eſt, ne videret
Hebræ. 11. mortē. Et de Helia legitur,q̄d hūc leuauerit dñs p turbinē in cœlū,nempe parauerat deus curꝝ
4. Reg. 22. igneū,& equos igneos,& aſſumpſit illū in cœlū. De alijs ac vno ꝙq; cōtinuo legit, q̄ mortuus
Apo. 6. ſit. Vnde Iohānes in Apocalypſi,viſionē vidit hāc,pallidū equū,& q̄ ſedebat ſuper eū,nomen
illi mors. Et oblata eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ interficere gladio,fame & morte
& beſtias terræ. Quū itaq; pallida mors nemini parcat, quæ & pulſat pauperum tabernas &
regum turres. Propterea boni Chriſtiani militis prudētia eſt,vt ille ſic pugnet,& ita certet pro
Chriſto,illiusq; orthodoxa religione,vt poſt mortē vitā conſequatur æternam. Glorioſe ergo
& ſtrenue dimicandum eſt. Et propterea calceatus venit ad prælium,ne impingat pedes in ſa-
xo,aut ne ſcorpiones,ac reliqui ſerpentes illi nocere queant. Quodq; ſe propter pelles quas mor
tuas geſtat in pedibus,mortalem eſſe ſciat, cognoſcatq;. Et ſi hic bonum certamen certauerit,
coronam gloriæ cum beato Paulo ſecure ſperabit. Fiat fiat.

Sermo

A

SERMO XXIX.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De dignitate & præstantia Euangelij.



On satis est magistro & doctori gentium scripsisse Ephesiis, vt essent calceati pedes, etiam hoc adiecit in præparationem Euangelij pacis. Mira res est & grandis, & valde magni mysterij, quoties aliquid præclari ac magni expectabat à domino, frequenter eos paratos eē oportuit, qui rem hanc susципere debebant. Ita Exodi. 19. Cum de monte Sinai fumanti constituisset dominus velle dare præcepta decalogi, dicit ad Moysen dominus: Vade ad populum & sanctifica illos hodie & cras, lauentq; vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. In die enim tertio, descendet dominus coram oñi plebe super montem Sinai. Fractis deniq; duabus primis tabulis lapideis, quando secundæ tabulæ restaurandæ fuerunt, ait ad Moysen iterum dominus: Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisq; mecum super verticem montis. Volēs autem dominus deus mittere ac dare filium suum vnigenitum in hunc mundum, quo pretiosius dare nihil potuisset. Ecce per Esaiam prophetam sic prophetare fecit. Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri. Quæ quidem prophetia, tanti ponderis, ac tantæ existimationis erat, vt eadem citaretur, non solum à Matthæo & Marco, sed & à Luca & Iohanne, & sic ab omnibus quatuor Euangelistis. Propterea Zacharias de Iohanne præcursore & præparatore cecinit, dicens: Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis em̄ ante faciem domini parare vias eius. Et Gabriel ad Zachariam ait: Erit magnus coram domino, & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ, vt conuertat corda patrum in filios & incredulos ad prudentiam iustorum parare domino plebem perfectam. Hoc est illud salutare, quod iuxta canticum Symeonis parauit dominus ante faciem omnium populorum. Et ipse saluator laudat has virgines prudentes, quæ lampadibus & deo instructæ, paratæq; cum spōso intrauerint ad nuptias. Et non sine mysterio similitudincm hominis regis, qui fecit nuptias filio suo, in hūc modum recitat, vt serui inuitatis dicerent: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata. Venite ad nuptias. Et ipse desiderio desiderans māducare pascha cū discipulis suis, misit Petrum & Iohannem, dicens: Euntes, parate nobis pascha vt māducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo, amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum, quam intrat, & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister, vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis māducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. Vide quanta diligentia dominus fecerit præparare nō modo pascha, sed & ipsum cœnaculum, in quo erat comesturus pascha. Et transire volens ex hoc mundo ad patrem, ait discipulis: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis, quia vado vobis parare locum. Et si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Perspicuum itaque est, & manifestum ad res magnas atq; præclaras præcessisse præparationes. His historiarum & scripturarum testimonijs, doctor gētium motus voluit & ordinauit, vt essent Ephesiorum calceati pedes in præparationem Euangelij, quod Euangelium pacis nominat. Qui igitur habet pacem, calceatus est Christi Euangelio. Et quum calceatus fuerit præparatus est. Et præparatus, non se putet esse perfectum, sed vt hoc præparetur vt pergat & pergens veniat ad finem. Est hæc præparatio longe alia, ac diuersa ab ea præparatione, quæ olim fuit in lotione vestimentorum, in apparatu lampadarum, etiā in ornando cœnaculo strato, quod Græce Ἀμφίγεον vocāt Euāgelistæ Marcus & Lucas. Nam vt quis Euangelij dogmata ac mysteria digne susципiat necesse est, vt cor & animum paret. Sic de se plus semel Dauid ingenue testatus est. Paratū cor meū deus, paratum cor meum. Et iterum: Paratus sum & non sum turbatus. Et hoc est, quod Samuel ait ad vniuersam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominū, auferte deos alienos de medio vestri Baalim & Astaroth, & præparate corda vestra domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philistiim. Et in Ecclesiastico sic legitur: Qui timent dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Et hæc est illa prę paratio, de qua Dauid testimonium dedit ac dixit: Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Pretiosam, imo pretiosissimam rem eē

Exodi. 34.
Esaiæ. 40
Matth. 3.
Marc. 1.
Lucæ. 1.
Iohan. 1.
Lucę. 1.
Luc. 2
Matth. 25.
Matth. 22
Lucæ. 23
Iohā. 14
Psal. 56.
Psalm. 107
Psal. 118.
1. Regū. 7.
Eccle. 2.
Psal. 9.

Euangelium notissimum est, nam tuba Euangelij suscitantur mortui. De monte Sinai legitur, D
Exodi.19 quod ille mons terribilis erat,& sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius,& prolixius ten-
Esaiæ.40. debatur. De tuba vero Euangelij sermo propheticus Esaiæ sic habet,super montem excelsum
ascende qui euangelizas Sion. Exalta vocem tuam,qui euangelizas Hierusalem,mons ille san-
ctus Sion,est ciuitas illa sancta,& magni dei Hierusalem. Vnde de Sion exibit lex,& verbū do
Hebræ.10. mini de Hierusalem. Et ipse Paulus: Accessistis ad montem Sion,& ciuitatem dei viuentis Hie
rusalem cœlestem,& multorum angelorum millia,& ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt
in cœlis. In hoc Euangelio abbreuiatum est verbū domini,de quo vaticinatus est Esaias pro-
pheta: Nam Euangelij prædicatio pro legis obseruationibus,cerimonijs atq; mādatis, in vno
verbo recapitulat omnia. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et hac parte consumatum
& abbreuiatum sermonem fecit dominus super terram. Quid quòd recte Euangelij sermo im
ber appellatur,de quo Moyses quasi per figurā hisce verbis hortatur: Audiat terra verba oris
mei,Expectetur sicut pluuia eloquium meum,& descendant sicut ros verba mea. Et iuxta Hie
Deute.32. ronymi sententiam. Lex Moysi ad comparationem Euangelicæ puritatis, immunditia quæ-
Hieron. in dam est. Nam in lege Moysi semper hoc erat,vt effunderetur sanguis hircorum,arietum & vi
Esaiā cap. tulorum. Sub Euangelio autē Christi,sanguis purus,mundus,& immaculatus purificat & san-
64 ctificat omnia. Hæc est illa obuia à dextris lampadis quæ Euangelij nomen meretur habere,
Zachar. 4. quando lex Moysi stat & tenetur in sinistra. Hæc est illa pluuia temporanea & serotina, quæ
Zachar. 10 inebriat terram. Et paradisus est vnde dimanant quatuor flumina paradisi irrigātia vniuersam E
terram. Propter quod in laudem & maiestatem Euangelij à temporibus apostolorum obser-
uatum est,vt apud Christianos,quando legendum sit Euangelium,accendātur luminaria iam
sole rutilante,non vtiq; ad fugandas tenebras,sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Vnde
& virgines ille Euangelicæ semper habent accēsas lampades suas. Et ad apostolos dicitur: Sint
lumbi vestri præcincti,& lucernę ardentes in manibus vestris. Et de Iohanne Baptista,ille erat
lucerna ardens & lucens,vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur. De qua in psalte-
rio legimus: Lucerna pedibus meis verbum tuum domine,& lumen semitis meis. Idcirco lex
Moysi data est de monte fumanti & caliginoso. Veniente autem ea luce,quæ lux vera est,&
quæ illuminat omem hominem venientem in hunc mundum, præceptum domini venit,illu-
minans oculos,cui tot ac tanta laudum præconia dantur, quoniam sic in Galilæa saluator no
ster prædicauit Euangelium & regnum dei dicens: Pœnitentiam agite,& credite Euangelio:
Marci.1 Et in vltimo vale apud eundem Euangelistam Marcum,vndecim apostolis ita præcepit: Eūn-
Marci.vlt. tes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Et ipse Paulus propterea
Roma.1 fatetur se segregatum esse in Euangelium dei,nec se erubescere Euangelium proclamat atque
Romañ.10 etiam lamentatur,non omnes obedire euangelio. Gloriatur autem se per Euangelium genuisse
1.Cor.4 Corinthios: Petrus autem illud idem cordi habens,ait: Quis finis eorum, qui non credunt euā-
1.Pet.4. gelio? Vides itaq; in Euangelio thesaurum esse,ex quo proferuntur noua & vetera? thesaurum
etiam esse absconditum,in quo sunt margaritæ multæ? Propter quod non fine spiritu dei,quē
etiā se habere putat Paulus. Idem Paulus miles Christi valde strennuus hortatus est suos Ephe
sios,& per Ephesios cūctos Christi milites bonos & electos,vt pedes calceatos habeāt in præ- F
parationem Euangelij pacis, non quod aliud euangelium belli sit, sed vere euangelium pacis.
Esaiæ.9. Nā sub euangelio natus est princeps pacis,iuxta Esaiā,qui etiam est pax nostra, & fecit vtraq;
vnum. Et propterea cecinit militiæ cœlestis exercitus, gloria in excelsis deo. Et
in terra pax hominibus bonæ voluntatis. State igitur vos ò fortissimi
milites succincti lumbos vestros,& calceati pedes vestros
iuxta verbum apostoli in præparationem
euāgelij pacis. Fiat fiat.

Sermo

A

SERMO XXX.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c. vt supra.

ARGVMENTVM.

Christiano militi strenue laborandum esse.



INstructo iam suis armis Christiano milite cum primis conducibile erit, vt ad verba thematis & historiam Ezechiæ fortunatissimi regis reuertamur. Talis autem hæc victoria fuit contra superbum Sennacherib regem Assyriorum, qualis antea nunquàm audita seu lecta fuit. Nam vltra eam ignominiam, quam accepit ipse Sennacherib ex testimonio scripturæ sanctæ, tradunt Hebræi, illi caput & barbam rasam ab angelo in ignominiã, & hoc fuisse, quod per prophetã Esaiã dictum est: In die illa radet nouacula acuta cõducta in rege Assyriorum caput & barbam, &c. Porro, quum eadẽ ignominia peruenisset ad templum dei sui Nesrach, quem dicunt in reliquijs arcæ Noe cul- Hieron. refert in dictionibus hebra. sup. 2. lib. Para.

turam habuisse,, & quum quæreretur deprecans, cur se nõ adiuuisset, qui etiam filios suos Adramelech & Sarasar sibi offerret, si hoc ille ratum duceret, illi hoc audientes, post tot clades, ruinas

B & ignominias, timentes ab eo interfici, interfecerunt eum. Quod si non acceperis omnia, neque credideris, quæ hic tradunt hebræi, & te solum ad ea conuerteris, quæ in quarto regnoꝝ libro, ac in secundo libro Paralipomenon scripta sunt, inuenies totum à dño factũ, & esse mirabile in oculis nostris. Sed iam sermonem pro consolatione, & ædificatione vestra, cõuertemus ad verba thematis nostri toties repetiti, quibus Ezechias ille magnanimus rex animauit, & adhortatus est populum suum in Hierusalẽ, vt essent illi fortes & intrepidi, nec formidarent Sennacherib regem Assyriorum. Vsus est aũt hisce verbis. Viriliter agite & cõfortamini, nolite timere, nec paueatis regem Assyrioꝝ, nec multitudinẽ quæ cum illo est. Verba quidem hæc plus semel in sacris historijs repetita leguntur. Sic enim ex iussu domini, & his verbis ipse Moyses contra hostes animauit populum Israel, dicens: Viriliter agite & confortamini, nolite timere, nec paueatis ad conspectũ eoꝝ, qa dñs deus tuus, ipse est ductor tuus, & nõ dimittet, nec derelinquet te, & ille idem Moyses vocauit Iosue, & dixit ei coram omni Israel. Cõfortare & esto robustus & ipse dñs loquens ad Iosue filium Nun, inter cætera dicit: Cõfortare & esto robustus. Tu enim sorte diuides populo huic terrã, pro qua iuraui patribus tuis, vt traderem eam illis. Confortare igitur & esto robustus valde, & custodias & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus: Non declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis. Non recedat velamen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo, tunc diriges viam tuam & intelliges eam. Ecce præcipio tibi, confortare & esto robustus. Noli metuere & noli timere, quoniã tecũ est dñs deꝰ

C tuus in omnibus ad quæcũq; perrexeris. Et ipse Dauid ad Salomonẽ filium fuum sic inquit: Confortare & viriliter age, neq; timeas, neq; paueas. Et idem Dauid in alio loco, sic iterum ad Salomonẽ ait: Viriliter age & cõfortare, & fac ne timeas, & ne paueas. Et in Psalterio sic ait: Expecta dñm viriliter age, & cõfortetur cor tuũ, & sustine dñm. Alterius cuiusdam psalmi etiã finẽ facturus, hortatur his verbis: Viriliter agite, & cõfortetur cor vestrũ, oĩes qui sperat is in dño. Et Matathias post glorioſas victorias & res prospere gestas, moriturus animabat eiusce modi verbis filios suos: O filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrũ, & memẽtote opeꝝ patrũ, quæ fecerũt in generationibus suis, & accipietis gloriã magnã, & nomen æternum. Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis, & reputatum est ei ad iustiam? Ioseph in tẽpore angustiæ suæ custodiuit mandatum, & factus est dñs Aegypti. Phinees pater nr̃. zelando zelũ dei, accepit testamẽtũ sacerdotij æterni. Iesus dũ impleuit verbũ, factus est dux in Israel. Caleph dũ testificat in ecclesia, accepit hæreditatẽ. Dauid in sua misericordia cõsequutus est regni sedẽ in secula. Helias dũ zelat zelum legis, receptus est in cœlũ. Ananias, Azarias, & Misael credẽtes liberati sunt à flãma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonũ. Et ita cogitate p generationẽ & generationẽ, qa oẽs qui sperant in eũ, nõ infirmãtur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus & vermis est, hodie extollitur, & cras nõ inuenitur, quia cõuersus est in terrã suã, & cogitatio eius periit. Vos ergo filij cõfortamini, & viriliter agite in lege, à dño deo vestro, in ipsa glorioſi eritis. Vides itaq; non modo Ezechiam regẽ verbo thematis nostri animasse populũ suũ, vt viriliter agerẽt, sed q̃d & hæc fecerit dñs ac Moyses, Dauid, Matathias ac alij, q̃ simili modo, & eisdẽ verbis adhortationis principiũ ab eo sumpserũt, q̃d ageret viriliter? Minus itaq; hoc negligendũ erit, q̃d à tot ac tãtis ducibus

Deuter. 31. Iosue. 1. Deuter. 31 3. Regũ. 2. 1. Para. 22 1. Para. 28 Psalm. 26. Psal. 30. 1. Macha. 2 Gene. 22 Gene. 35 Nume. 25 Iosue. 1. Nume. 14. 1. Regũ. 28 4. Reg. 2. Daniel. 3. Danie. 6

ac principibus exercituũ & militiæ cõcorditer repetitũ est, agendũ & laborandũ esse Christianis militibus, etsi scriptura in pleriſq; locis doceat, ex oĩbus tamen epistolis Pauli manifestius fit nõ ebrietatibus, nõ cõpotationibus, nec vano otio cõterenda esse tẽpora. Thessalonicẽsibus
2. Thess. 3. eĩm hoc verboꝝ tenore Paulus scripsit: Fratres ipsi scitis, quẽadmodũ oporteat imitari nos, qui non quieti fuimus inter vos, neq; gratis panẽ mãducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte ac die operãtes, ne quẽ vestrũ grauaremus, non quasi nõ habuerimus potestatẽ, sed vt nosmetipsos formã daremus vobis ad imitandũ nos. Nã quũ & essemus apud vos, hæc denuntiabamus vobis. Quoniam si quis nõ vult operari, nec manducet. Audiuimus eĩm inter vos quosdã ambulare in quiete, nihil operãtes, sed curiose agẽtes. His aũt qui eiusmodi sunt, denũtiamus & obsecramus in dño Iesu Christo, vt cũ silentio operãtes, suũ panẽ manducent. Euoluentibus itaq; nobis scripta Pauli deprehẽdimus hũc nobilẽ Tharsensem primo laborasse ma
1. Cor. 4. nibus. Sic eĩm scribit Corinthijs. Laboramus operãtes propriis manibus. Cæteꝝ laborauit in Euangelio: Vnde eisdẽ Corinthijs cõmemorans, apostolos ac discipulos dñi de se dicit: Abun-
1. Cor. 15. dãtius oĩbus laboraui. Et hos p̃ferendos & honorãdos esse putat, qui laborãt in verbo. Vn-
1. Timot. 5 de & gaudet erga Philippẽses, se nõ in vacuũ laborasse. Et ad Timotheũ scribens hortatur eũ-
Philip. 2 dem his verbis. Tu fili mi, cõfortare in gratia, q̃ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me p mul-
2. Timo. 2 tos testes, hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui idonei erũt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat cui se
1. Cor. 9 probauit. Nã & qui certat in agone, nõ coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Laborantem agricolã oportet primũ de fructibus accipere. Intellige quæ dico. Dabit eĩm tibi dñs in oĩbus intellectum. Memor esto dñm Iesum Christũ resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundũ euangelium meũ, in q̃ laboro vsq; ad vincula, quasi male operãs. Sed verbũ dei nõ est alligatũ. Vides hic, qũo Paulus Timotheũ suum, tanq̃ bonũ Christi Iesu militem, etiã à proprio exẽplo
2 Cor. 11. hortetur, vt perfistat fortiter in fustinẽdis laboribus. Et hoc est, q̃d inter cæteras vitæ suæ mo-
2. Timo. 4 lestias enumerat, sese vixisse in laboribus plurimis. Et quo se nõ inertem & otiosum militem extitisse declararet, quãdo tẽpus resolutionis suæ instabat, sic ad Timotheum scribit: Tu vigila, in omnibus labora. Opus fac euãgelistæ, ministeriũ imple tuũ, sobrius esto, ego eĩm iã delibor, & tẽpus resolutionis meæ instat. Bonũ certamẽ certaui, cursum cõsumaui, fidẽ seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex, nõ solum aũt
1. Timot. 1. mihi, sed & his qui diligũt aduentũ eius. Timotheũ ac nos oẽs ad certamẽ subeundum inuitat. Sic eĩm Timotheo discipulo suo scribit. Hoc præceptũ cõmendo tibi, fili Timothee, secundũ pcedẽtes in te prophetias. Et milites in illis bonã militiã, habẽs fidẽ & bonã cõsciẽtiã. Et iteꝝ ad
1. Timot. 6 eundem: Certa bonũ certamen. Fili, apprehende vitã æternã. Corinthios autem erudire volẽs,
1. Corin. 9. quo pacto currere, ac in agone cõtendere possent, ita scribit: Nescitis, quod hi qui in stadio currunt, oĩes quidẽ currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite vt cõprehendatis. Omnis quidem qui in agone cõtendit, ab oĩbus se abstinet, & illi quidẽ vt corruptibilem coronam accipiant, nos aũt incorruptã. Ego igitur sic curro, nõ quasi incertũ fit, sic pugno nõ quasi aerẽ verberans, sed castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne forte cum alijs prędicauerim, ipse reprobus efficiar. En q̃ diligenter ac prudẽter apostolus Paulus suos tyrones erudiat & exerceat,
1. Cor. 3 ne illi otio marcescant, sed vt vnusquisq; propriã mercedẽ accipiat secundũ suũ laborem? Et
Philip. 1 Philippensibus ita scribit, quo melius eẽnt aduersus hostẽ animati. Fratres in nullo terreamini ad aduersarijs, q̃ est illis causa pditionis, vobis autẽ salutis & hoc à deo. Quia nobis donatũ est pro Christo, vt nõ solũ in eũ credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habẽtes,
Hebræ. 12 quale & vidistis in me, & nũc audistis de me. Quũ itaq; simile sit, restetq; nobis certamen. Eapropter deponentes omne põdus, & circũstans nos peccatũ, per patientiã curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorẽ fidei & cõsumatorẽ Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ cõfusione cõtempta, atq; in dextera sedis dei sedet. Huius pugnæ vero atq; certaminis nemo mercedem ac immarcessibilẽ coronã accipiet, nisi qui strenue, quisq; legitime certauerit. Nemo enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit, & viriliter sese gesserit, in quo certamine nõ modo viri, sed & mulieres coronam auream habebũt. Viriliter itaq; agite, & dñs erit auxiliator noster, pugnabitq; pro nobis. Fiat fiat.

SERMO XXXI.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

Vigilandum esse.

Proxi-

A 

Roxime præcedentem ſermonem ex his quæ ſcripta ſunt à Paulo, ad hoc inſtruximus, vt milites Chriſti continuo laborent, ne eos diabolus otioſos inueniat. Nam parũ laudis ac mercedis otioſus habet in euãgelio. Stantibus em̃ in foro, nec in vinea laborantibus dñs paterfamilias ait: Quid hic ſtatis tota die otioſi? Et hæc fuit iniquitas Zodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundãtia, & otium ipſius & filiarũ eius. Propter quod Dauid inquit de hoc hominũ genere otioſo. In labore hominum non ſunt, ideo tenuit eos ſuperbia. Operti ſunt iniquitate, quaſi impietate ſua. Laudatur ediuerſo hæc prudentiſſima mulier in prouerbijs, quod panem otioſa non comederit. Nec ſatis eſt intendere laboribus, etiam hoc in bello quaſi præcipuum exigitur, vt non perpetuo dormiat, ſed vigilet miles Chriſti. Eſſe itaq; in excubijs, & cuſtodire vigilias noctis, res noua non eſt, nec ſolius Germani militis. Sic em̃ ſub Gedeone legunt armatorũ vigiliæ. Sic Gedeon ingreſſus eſt & trecenti, qui erant cum eo in partem caſtrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ, & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas. Ita Saul ille rex ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina, & percuſſit Ammon vſq; dum incaleſceret dies. Nox plena in quatuor vigilias diuidit, quę ſingulæ trium horarũ ſpacio ſupputant. Vnde & dñs quarta vigilia ad nauigantes venit Apoſtolos. Sic paſtores vigilabant, & cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum, quum naſceret dñs in Bethlehem ciuitate Dauid. Dominus autẽ in Euangelio ſic docuit: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernę ardentes in manibus

B veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertat à nuptijs, & cum venerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecũda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote qm̃ ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non fineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hoĩs veniet. De hiſce vigilijs archiepiſcopus Vulgarie Theophylactus hæc ſcribit. At per ſecundam & tertiam vigiliam, intelligas varia vitæ noſtrę tempora. Vt exempli gratia dicam aliquid. Sicut qui vigilat in ſecundam & tertiam vigiliam vigilantiſſimus eſſe videtur (iſtis enim horis homines maximo & primo ſomno tenentur) Sic obſecro & intelligas etiam in diuerſis ſtatibus vitæ noſtræ eſſe horas, quæ beatos nos faciant, ſi vigilantes fuerimus inuenti. Rapuit quis diuitias tuas, mortui ſunt tibi filij, calumniam paſſus es, ſi in illiuſmodi temporbius non fueris lapſus, ſed vigilans inuentus à deo & domino, & nihil aliud præter mandata domini feceris, vtiq; vigilantem te in ſecunda & tertia vigilia inuenerit, hoc eſt, in periculoſo & graui tempore, quod mortiferum ſomnum & caſum diſſolutis animabus præbet. Opus itaq; fuerit vigilantia. Patrifamilias enim aſſimilamur, qui ſi vigilauerit, nihil ex rebus eius auferre poterint fures. Sin autem ſomniculoſus fuerit, ablatis omnibus fur euadit. Per furem quidam hoc loco intelligunt diabolum. Sicut & per domum animam, & patremfamilias hominem, ſed non adparet expoſitio ſatis accommoda textui. Furi enim hoc loco dominicus aduentus comparatur, eo quòd repente

C & ex inopinato veniet. Sicut & Apoſtolorũ quidam dicit: Dies enim domini quaſi fur in nocte. Et hoc loco vide qũo interpretetur dominus, quis ſit fur. Nam dicit, & vos igit̃ vigilate, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Dicunt quidam quod per primã vigiliam intelligantur hi, qui alijs ſunt diligentiores. Per ſecundam vero, qui aliquantum profecerunt, per tertiam autem, qui etiam illis ſunt inferiores. At alij diuerſas ætates expoſuerunt. Et primam, qua adoleſcentes ſumus. Secundam, qua viri. Tertiam, qua ſenes. Beatus igitur quiſquis quacũq; ætate inuentus fuerit vigilans, nec in operando bonum negligenter ſe gerens. Ad vigilandum plus ſemel hortatur dominus. Sic enim prædicat: Vigilate, quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. Et in alio loco, non ſolum diſcipulis, ſed & omnibus nobis ita mandauit. Vigilate, neſcitis enim quando dominus domus veniet, ſero an media nocte, an gallicantu, an mane, ne quum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico (inquit) omnibus dico, vigilate. Sunt in Euangelio nonnulla, quæ pertinent ad ſenes, nonnulla quæ pertinent ad iuniores. Præterea habentur quæ mandata ſunt viris, aliqua vero præcepta mulieribus. Cæterum, inueniuntur aliqua quæ ſolis ſunt dicta militibus. Aliqua vero ad Apoſtolos, & Apoſtolicos viros pertinere videntur. Sunt pleraque ſcripta pro dominis, & ſane non pauca de ſeruis. Hoc vero præceptum, quod hic dominus dedit, in vniuerſum ad omnes pertinet. Id quod expreſſis verbis, magiſter & dominus noſter ſua benignitate declarat, & dicit: Quod vobis dico, omnibus dico: vigilate. Sic præcepit Petro, & duobus filijs Zebedæi ad orationem progreſſurus in monte Oliueti. Suſtinete hic (ait) & vi-

Matth. 20. Ezech. 16 Prouer. 30 1. Regũ. 11 Hieronymus ad Cyprianum. Lucæ. 12 Theophylactus. Matth. 24. Marc. 13

Matth. 26 gilate mecũ. Et à prima oratione rediens, ait: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Et in alio loco: Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista oĩa quæ futura
Lucæ. 21 sunt, & stare ante filium hoĩs. Circa prudẽtes & stultas virgines legit, quod oẽs dormitauerint atq; dormierint. Propterea vero quod prudẽtes cũ lampadibus, & oleo paratæ fuerũt, veniẽte
Matth. 25 sponso intrauerũt ad nuptias. Reliquæ aũt post clausas ianuas, & sero nimis veniẽtes audiunt. Nescio vos. Et propterea subintulit hãc doctrinã dñs noster. Vigilate, quia nescitis diem neq; horã. Vides itaq; per oẽm Euãgeliũ scripturã, quãta cura & solicitudine docuerit ac prẽceperit
dñs vt oñi tẽpore, ac singulis horis, ad quæq; etiã momẽta tẽpoꝝ vigilemus. Hoc idẽ cõsiderã
1. Petr. 4 tes prẽcipui ac principes Apostoloꝝ Petrus atq; Paulus, ad imitationẽ magistri ac saluatoris no
1. Petr. 5 stri simili modo vigilandũ esse docuerũt. Vnde Petrus: Estote prudẽtes, & vigilate in oratioꝝ bus. Et iteꝝ idẽ Petrus: Sobrij estote & vigilate quia aduersarius vester diabolus, tanq̃ leo ru-
1. Cor. 16 giẽs circuit, quærẽs quẽ deuoret, cui resistite fortes in fide, sciẽtes eandẽ passionẽ ei quę in mũdo
Coloss. 4. est, vestræ fraternitati fieri. Paulus aũt eodẽ quasi themate Corinthios excitat, quo placuit Ezę
1. Thess. 5. chiæ eos animare, qui erãt Hierosolymis. Prioris eñ ad Corinthios epistolæ finẽ faciẽs, ita scri
bit: Vigilate, state in fide. Viriliter agite, & cõfortamini. Colossensibus ita scribit: Orationi in-
state vigilantes, in ea gratiaꝝ actione orãtes, simul & pro nobis &c. Ad Thessalonicenses vero frẽs diligẽter in hęc verba scripsit. Scitis, quia dies dñi sicut fur in nocte. ita veniet. Quũ eñ dixe
rint pax & securitas, tunc repẽtinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habẽtis, & nõ effugiẽt. Vos aũt frẽs nõ estis in tenebris, vt vos dies ille tanq̃ fur cõprehẽdat. Omnes eñ vos fi
lij lucis estis, & filij diei, nõ sumus noctis neq; tenebraꝝ. Igit nõ dormiamus sicut & cęteri, sed vi
2. Timo. 4 gilemus & sobrij simus. Timotheo quoq; idem doctor Gentiũ iniũxit, vt vigilaret. Et angelo
Apocal. 3 ecclesię Sardis in hũc modũ scribendũ esse vidit Iohãnes: Esto vigilãs, & confirma cætera, quæ moritura erãt. Quisquis itaq; bonus est vigil, angeloꝝ exercet officiũ. Nam ille vigil & sanctus
Dauid. 4 de cœlo descendẽs in Daniele significat angelũ. Angeli quippe sem per vigilãt, & ad dei imperium parati sunt. Vnde & nos crebris pernoctationibus (inquit Hieronymus) imitamur angelorum officia. Hinc à tpibus ecclesiæ primitiuæ nomẽ de festiuitatum vigilijs reseruatũ extitit,
Psalm. 120 quibus primi Chriani totas noctes egerũt insomnes. Et ipse dñs est, de quo propheta dicit: Nõ dormitabit, neq; dormiet, qui custodit Israel. Quod si quis in salutẽ propriã angelos, atq; ipsum
1. Thess. 5. deũ imitari voluerit, summa ope niti decet, ne dormiat atq; dormitet in vtrãq; aurem. Nempẽ Paulus non solũ vigilandũ esse docuit, sed & ad Thessalonicẽses scribẽs, ait: Non dormiamus si
cut & cæteri, sed vigilemus & sobrij simus. Dormiũt ita docẽte scriptura, qui natura fessi, somnũ & quietẽ quærũt. Sic Iacob post solis occubitũ tulit lapides, & suppositit capiti suo, ac dormiuit
Genes. 28 in eodẽ loco. Sic dormiuit Sampson in Basan vsq; in mediũ noctis, & inde consurgẽs apprehẽ-
Iudic. 16 dit ambas portæ fores cũ postibus suis & seras, ĩpositas q̃ humeris suis, portauit ad verticẽ mon
1. Regũ. 3 tis qui respicit Hebron. Sic Samuel dormiebat in tẽplo dñi, vbi erat arca dei. Sic dormiuit Vrias
2. Regũ. 11. ante portã regis Dauid. Sic Ionas in naui dormiebat sopore graui. Et ipse dñs dormiebat in na-
Ionæ. 1 uicula, quando motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiret fluctibus. Sic ad Pe
Matthęi. 8 trum dicit: Symon dormis? Dormiunt & cũ Petro alij Apostoli. Erant eñ oculi eoꝝ grauati,
Marc. 14. & hic somnus statas & debitas horas habet ex natura, nec supra modum dormiẽdum est. Cõtra pigrum dormitantem exclamat Sapiens, & dicit: Vsquequo piger dormies? quando consurges de somino tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus tuas vt
dormias. Et veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fue-
Iob. 20. 21 ris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet à te. Cæterum dormiunt iuxta scripturam
Matthę. 9 pleriq; qui mortui sunt. Sic dormient in puluere cũcti iuxta Iob. Et dominus ait: Non est mor
Iohan. 11 tua puella, sed dormit. Et de Lazaro mortuo dicit ipse dominus: Lazarus amicus noster ipse
1. Cor. 11 dormit, sed vado, vt à somno excitem eum. Dixerat autem Iesus de morte eius. Ille autem pu-
tauerunt, quia de dormitione somni diceret: Dormiunt etiam multi, qui iuxta Paulum Apl'm
Ephes. 5 indigne manducant & bibunt corpus & sanguinem domini. Postremo, dormire dicuntur, qui non vident, nec aduertunt peccata sua propria. Et talem somnolentum excitat ipse Paulus, dicens: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Non itaque dormiamus, sed in, atque cum Christo euigilemus. Fiat, Fiat.

SERMO XXXII.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De constantia & perseuerantia.

Pro ho

A 

RO honore vestro ac salute animarũ vestrarũ cœpimus toties repetita verba Ezechiæ regis fortunatissimi ac inuictissimi ex ordine declarare. Et hisce diebus superioribus, quũ videremus oculis nostris, atq; sciremus, nõ longe à mœnibus huius inclytæ superioris Pannoniæ vrbis Vienneñ. abesse Turcarũ tyrãnum inexplebilẽ: tradidimus vobis ex euãgelio quãta cura ac solicitudine vigilandũ esset, quod nescitis diem neq; horã. Hac parenthesi vsi sumus data opera, ne nos leo ille rugiẽs dormitãtes obrueret. Iam ne vestra fuga fiat in hyeme, & vt vobis hoc idem contingat, q̃d ad consolatoria verba Hierosolymitarũ populo contigisse legit. Vtpote: Confortatus est populus valde verbis Ezechiæ regis Iuda. Propterea hęc diuinissima ex ordine, & particulatim enarrare tãdẽ decreuimus. Cœpit itaq; Ezechias rex huiuscemodi verbis animare ac consolari populũ. Viriliter agite q̃d hebraice est hiscu. Septuaginta vero interptibus placuit, vt verterẽt Ἀνδρίζεσθε. Super quo verbo si penitus animũ intẽderis, deprehẽdes nõ modo viriliter, sed & constãter, ac perseuerãter militãdum esse. Non enim partẽ laudis habet instabilis arundo vẽto agitata, si verbo Christi (vt par est) credideris. Vnde Iohãnes Baptista laudat à dño quod vbiq; constãs inuentus fuerit. Et inter Acta Apostolorũ, Stephanus ille primus Christi miles à constãtia nõ parum laudatur. Principes quoq; ac seniores & scribæ in Hierusalem, etiã Annas princeps sacerdotum & Caiphas & Iohãnes & Alexander, quotquot deniq; erãt de genere sacerdotali, videntes Petri constãtiam & Iohãnes, comperto quod homines essent sine literis & idiotæ, admirati

B sunt. Dñs vero assistẽs Paulo, hisce verbis animauit Paulũ. Constãs esto, sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic & oportet te Romæ testificari. Pertinebit itaq; ad omnẽ Christi militẽ vt nõ vacillet, non omni vento huc illucve agitet, sed vt constãs in sua militia perstet, quemadmodum Matathias, & filij eius contra Antiochũ constãtissimè steterunt. Circa virtutem constãtiæ, perseuerãtia locũ habet. Non enim cœpisse, sed perfecisse virtutis est. Propter quod non sine mysterio vnus & idem Euãgelista Matthæus procul dubio scribit à dño saluatore nostro bis prædicatũ esse eum fore saluũ, qui perseuerauerit vsq; in finem. Prædicens enim quasi omniũ prophetarũ ductor atq; magister, discipulis suis nonnulla inter reliqua dicit. Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus propter nomen meum. Adiecit: Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. De consummatione vero seculi verba faciens, hæc dicit: Quum audituri estis prælia, & opiniones pręliorum videte ne turbemini, oportet hæc fieri, sed nondum finis. Consurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræ motus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos, & quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Habes hic ex repetito testimonio Christi, eum fore beatum, qui constanter in aduersitatibus & tribulationibus perseuerauerit vsq; in finem. Similis est sententia eiusdem saluatoris & præceptoris, ita docentis: Nemo mittens manum suam ad aratrum

C & aspiciens retro, aptus est regno dei. Vnde quasi ad similitudinem figuræ alicuius, quando Loth cum vxore & duabus filiabus educeretur de Sodoma, non sine ratione loquuti sunt ad eum duo angeli, dicentes: Noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte te saluum fac, ne & tu simul pereas. Vxor eius contra præceptum respiciens post se, versa est in statuam salis. Ipse vero Loth, qui non respexit post tergum, ingressus est Segor, & saluatus est in ea. Et quo dominus Iesus qui cœpit facere & docere, non modo ore, sed & sanctissimo exemplo sententiam hanc semel decretam comprobaret, ecce clamantibus sub cruce Iudæis ac dicentibus: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Nullatenus de cruce descendit, sed fidei dono prætulit perseuerantiam. Quid dicam ex testimonio Iohannis fidelissimi, ac veracis Cancellarij Christi? Suos qui erant in mundo dilexit, & in finem vsque dilexit eos. Finis enim non solum apud philosophos gradum habet honorificum, quod sit in intentione primum, quod ab eo denominatio sit, quòd exitus acta probet, quòd in fine videatur cuius toni sit cantus, etiam in sacris literis finis locum præcipuum habet. Nam cuius finis bonus est, qualis item erat in cruce latronis, hoc ipsum & bonum est. Perseuerandum itaque est in bono, quod & in Leuitico per figuram docetur, qua hoc sacrificium, aut holocaustum gratum fit domino, quo & cauda simul offertur, & incenditur. Idcirco non parum laudis assequutus est idem ille discipulus Iohannes, quem diligebat Iesus, quòd cæteris Apostolis relinquentibus dominum, ipse stabat iuxta crucẽ. Quid quòd Maria Magdalena, & altera Maria sederunt contra sepulchrũ, ac sic in officio perseuerant expectantes, quod promiserat Iesus, & ideo meruerunt primo videre resurgentem.

2. Para. 32

Matthęi. 11. Lucæ. 7

Acto. 4.

Acto. 23

1. Mach. 2

Hieroñ. in Matthęum cap. 10

Matthę. 10

Matth. 24.

Lucę. 9.

Matth. 27.

Iohan. 13.

Laudat

Laudatur & ille in euangelio, qui perseuerauerat pulsans, vt tres panes pro amico commodã- D
dos obtineret. Parũ vero laudis habet in euãgelio Pilatus. Nã & si liberationẽ Chri bñ cęperit,
multisq; vijs ac medijs, vtpotẽ de Barabba ac alijs cogitatiõibus fidelia tentauerit, non tñ inno-
cens erat à sanguine iusti huius, etiã si millies manus lauerit, quod mũdano terrore perculsus,
adiudicauit fieri petitionẽ Iudæorũ. De Iuda Iscariothi notũ ẽ, qũo inter duodecim apostolorũ
Matth. 10 noia etiã ipse Iudas locũ suũ habeat. Missus est ille vt prędicaret appropinquasse regnũ cœlorũ.
Marci. 6. Accepit ille prȩcepta inter vocatos duodecim. Et eos qui bini & bini mittebant, etiã ille iuit, ac
pœniam prędicauit, dęmonia eiecit, & ęgros vnxit oleo, ex quo tñ ille in bono nõ perstitit, nec
Actorũ. 1. perseuerauit, quippe triginta denarijs vẽdidit dñm, & quod peius erat, desperãs, laqueo se suspẽ-
dit. Vnde iuxta verbũ Petri suspẽsus crepuit medius, & diffusa sunt oĩa viscera eius. Sic Hymi-
1. Timot. 1. næus & Alexãder traditi sunt satanæ quod circa fidẽ naufragiũ commiserãt. Prætereo hic Ana-
niã, Saphyrã, Symonẽ Magũ, ac alios multos, quos ipsa scriptura reprobat eã ob causam po-
Cypria. in libello de exhortatione martyrij tissime q̃d nõ perstiterũt, nec perseuerauerũt constãtes in doctrina dñi. Huius ac tãtę virtutis ra
tionẽ habẽs diuus ille Cecilius Cyprianus martyrẽ & militẽ Chri hisce sequentibus modis ex-
hortat, insistendũ esse & perseuerãdum in fide & virtute, & cœlestis spũalis gratię cõsummatio
ne, vt ad palmã & coronã possit quis peruenire. Nã in Paralipomenon 1 Dñs vobiscũ est, q̃diu
& vos estis cũ ipso. Si aũt dereliqueritis eũ, derelinquet & vos. Itẽ apud Ezechielẽ: Iustitia iusti
nõ liberabit eũ, in quacũq; die exerrauerit. Itẽ dñs in euãgelio loquit, & dicit: Qui perseuerauе-
rit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Et iterũ: Si mãseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis, & co-
gnoscetis veritatem, & veritas liberabit vos, ꝑmonẽs quoq; nos semp paratos esse debere, &
expeditos, in procinctu firmiter stare, adiecit & dicit: Sint lũbi vestri ꝑcincti, & lucernę ardẽtes E
in manibus, & vos similes hoĩbus expectantibus dñm suũ, q̃n reuertat à nuptijs, & quũ venerit, &
pulsauerit, aperiãt ei. Felices serui illi, quos adueniẽs dñs, inuenerit vigilãtes. Itẽ beatus Apls: Vt
fides vra sufficiat & crescat, & ad summa pueniat, hortat, dicẽs: Nescitis q̃n qui in stadio currũt
oẽs quidẽ currũt, vnus tñ accipit coronã? Sic currite vt apꝑhẽdatis, & illi qdem vt corruptibilẽ
coronã accipiãt, nos aũt incorruptã. Et iterũ: Nemo militãs deo, ĩplicat se molestijs secularibus,
vt possit placere ei, cui se probauit. Sed & si certauerit qs, nõ coronabit, nisi legittime pugnaue
rit. Et iterũ: Oro aũt vos frẽs p mĩam dei, vt cõstituatis corpa vra hostiã viuentẽ, sanctã deo pla
centẽ, & ne cõfiguremini seculo huic, sed trãsformemini in renouatiõe spũs ad probandũ quę sit
voluntas dei bona & placẽs & pfecta. Et iterũ: Sumus filij dei, si aũt filij & hęredes, hæredes q-
dem dei, cohęredes aũt Chri. Siq̃dem cõpatimur, vt magnificemur. In Apocalypsi eadẽ loquit
diuinæ ꝑdicatiõis exhortatio, dicẽs: Tene q̃d habes, ne alius accipiat coronã tuã, q̃d exẽplum p-
seuerãdi & pmanẽdi designat in Exodo, vbi Moyses ad superandũ Amalech, q figurã portat
diaboli in signo & sacko crucis, alleuat supinas manus. Nec vincere aduersariũ potuit, nisi post q̃
stabilis in signo alleuatis iugiter manibus pseuerauit. Et factũ est (inqt) quũ leuasset Moyses ma
nus, ꝑualebat Israel, vbi aũt vel paululũ submisissẽt manus, inualescebat Amalech. Et accepto la
pide suppositum sub eo, & sedebat sup eũ. Et Aaron & Vr sustẽtabãt manus eius hinc & inde,
& factę sunt manus Moysi stabiles vsq; in occasum solis, & fugauit Iesus Amalech, & oẽm po-
pulũ eius, & dixit dñs ad Moysen: Scribe hoc, vt sit in memoria in libro, & da in aures Iesu, q̃m
deletiõe delebo memoriã Amalech sub cœlo. Et plus semel ex Paulo docuimus eũ dũtaxat co
ronari militẽ, q legitime certauerit. Vnde & de propria corona Paulus verbũ faciẽs, inqt: Bonũ F
certamẽ certaui, cursum cõsummaui, de reliquo reposita mihi est corona iustitiæ, quã reddet mi
hi dñs in illo die dñs iustus iudex. Quod si qs brauiũ apꝑhẽdere velit currendũ est illi ac viriliter
Apoca. 2 constãter & pseuerãter agendũ. Vnde angelo Smyrnę ecclesię scribit. Esto fidelis vsq; ad mor
tem, & dabo tibi coronã vitæ. Et ad hoc angelo Ephesi scriptũ est: Vincẽti dabo edere de ligno
2. Petr. 2 vitę, q̃d est in paradiso dei mei. Nõ ergo retrocedẽdũ, aut fugiẽdũ est nobis. Sic enĩ fugiẽtibus &
in ꝑlio nõ pseuerãtibus minat Petrus, melius illis esse viã veritatis nõ agnoscere q̃ post agnitã re
Prouer. 26 trorsum cõuerti. Cõtingit enĩ eis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad vomitũ suũ. Et sus lo-
ta in volutabro luti. Vt ergo vos iã selecti milites bonã militiã militetis, nõ modo iuxta monita
& cõsulta Ezechiæ regis Iuda, sed & iuxta Paulũ vestrũ, si Paulini esse vultis, state in fide, viri-
1. Corin. 16 liter agite & cõfortamini, oĩa vestra in charitate fiãt. Et erit vobis dñs virtutũ, rex gloriæ, coro-
na glorię, quam redder procul dubio vobis in illum diem, iustus iudex. Fiat, Fiat.

SERMO XXXIII.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere &c̃. vt supra.

ARGVMENTVM.

De fortitudine.

Fortunatiſſi-

A 

Ortunatissimo Ezechiæ regi non satis erat populũ iam ob regis Assyriorum aduentũ, timore magno trepidãtem consolari, ac animare vt viriliter ageret, etiã hoc adiecit, & confortamini, quod hebraicæ erat ymzu, pro quo Septuaginta verterũt κραταιώθητε. Fortitudo aũt si scripturæ sanctæ crediderimus multiplex est. Sunt eñ ac fuerũt nonnulli fortes, & robusti corpore. Tales creduñt sub Noe fuisse gygãtes super terrã, potentes à seculo. Virifamosi tales fuerunt. Populus eñ magnus, validus, & excelsus, vt de Enachim stirpe quasi gigantes crederent, & essent filꝫ filiorꝫ Enachim. De talibus exploratores detrahentes terræ Chananæorꝫ, ita dixerũt: Terra, quã lustrauimus deuorat habitatores suos. Populus, quẽ aspeximus proceræ staturæ est, ibi vidimus monstra quæ dã filiorꝫ Enach de genere gigãteo, quibus cõparati, quasi locustæ videbamur. Talis erat Og rex Basan, de stirpe gigantũ. Et monstrat lectus eius ferreus, qui est in Rabath filiorꝫ Amon, nouem cubitos habẽs longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensurã cubiti virilis manus, à cuius magnitudine cũcta Basan vocabat terra gigantũ. De quibus gigantibus fabulosissimus est liber in Talmud Iudæorꝫ, quẽ nunq̃ satis ridere potui. Goliad Philistæus altitudinis sex cubitorꝫ & palmi. Et si occidenti literæ crediderimus fortitudine & robore corporis præcelluit Sampson oẽs quotquot nati sunt. Nam dilacerauit leonẽ, quasi hœdũ in frusta decerperet, nihil oñino habẽs in manu. Descenditq̃ in Ascalonẽ, & percussit ibidem triginta viros. Dirupit duos nouos funes sicut solent ad ardorẽ ignis ligna consumi, & cũ vna mandibula asini interfecit mille viros, ita

B vt ipse dixerit: In maxilla asini, in mandibula pullli asinarꝫ deleui eos, & percussi mille viros. Cæterꝫ de ciuitate Gaza apprehendit ambas portas cũ postibus suis & sera, impositasq̃ humeris suis portauit ad verticem montis, qui respicit Hebron. Quoties vincula ruperit notũ est, palam oñibus. Quid quod de eo scriptura dicit, quod multo plures interfecerit, moriens, q̃ antea viuus occiderat. Nam cũ essent Philistijm in conuiuio, duas columnas quibus imminebat domus, quæ plena virorꝫ ac mulierꝫ erat, repentino impetu disrupit, & ruina domus aliquot spectatorum millia suppressit. De hac fortitudine iam parum ad nos. Nam plericq̃ sunt in scripturis, qui non proceræ, neq̃ gigantææ, sed pusillæ staturæ sunt. De quibus illud idem prædicatur, quod cecinit poeta: Mator in exiguo regnabat corpore virtus. Talis erat Dauid, cuius staturæ altitudo Heliab æquari non poterat. De se tamẽ ad regẽ Saul ait: Leonẽ & vrsum interfeci ego seruus tuus. Talis est & ipse Zachæus statura pusillus, qui tñ meruit in domũ suã hospitẽ recipere saluatorem mundi. Hæc est illa fortitudo corporis, quæ cito frangitur, ac perit, de qua non nihil dicturi sumus, quando declarabimus brachiũ carneum. Est insuper alia fortitudo, cuius meminit Esaias propheta, dicens: Væ qui potentes estis ad bibendũ vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatẽ. Sed & alia fortitudo ẽ, q̃ quidem animi existit infracti ad quæq̃ aduersa. Huius partim meminit scriptura de Iacob, qñ luctatus est cũ viro vsq̃ mane. Ad quẽ dicit: Si contra deum fortis fuisti, quãto magis contra homines præualebis? Sic iuxta sententiã Salomonis: Vir sapiens fortis est. Sed hæc fortitudo quæ & magnanimitas est, venit & pendet ex deo. Sic Iosue posteaq̃ commemorauit Israelitis nõ in gladio, nõ in arcu Israelitarꝫ, reges Amorræo

C rum esse electos, inter cætera dicit: Deus sanctus & fortis æmulator est. Et Anna vxor Helcanæ in cãtico suo dicit: Non est fortis sicut deus noster. Et ipse Dauid: Deus iudex iustus fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? Et ipse Esaias propheta sermonẽ facturus de dño deo exercituum, vocat eum fortem. Hieremias aũt: Dñs mecũ est, tanq̃ bellator fortis. Quod si qua virtus militi Christiano vtilis ac necessaria est, fortitudo vtilissima erit, quæ etiã à Seneca, & cæteris philosophis inter virtutes, quas vulgo cardinales vocamus, præcipuum locũ habet. Sic Stephanus fuit plenus gratia & fortitudine. Sic Patriarchæ & sancti dei homines fortes facti sunt in bello. Et nos aduersus tentationes diaboli carnis & mundi, fortes esse debemus, ne ad modicã, & quantũuis leuem tentationem superemur. Confortamini itaq̃, quia dñs ductor est vester. Confortamini & agite viriliter. Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius, iuxta doctrinam Pauli: Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et erit dominus fortitudo vestra. Fiat, Fiat.

Genesis. 6
Deut. 2
Numer. 13
Deutero. 3
Liber Talmuticus inscriptus de gigantik.
1. Regũ. 17
Iudic. 14
Iudic. 15
Iudic. 16
1. Regũ. 16
Lucæ. 19
Genesis. 32
Prouer. 24
Iosue. 24
1. Regũ. 2
Psalm. 7
Esaiæ. 1
Hiere. 20
Acto. 6
Hebræo. 11
Deuter. 2
1. Regũ. 4
2. Para. 32
Ephesi. 6

SERMO XXXIIII.

Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, &c.

ARGVMENTVM.

De vana multitudine exercitus.

Inter tra



INter tractandum consolatoria verba Ezechiæ regis, quibus fortiter, & quãtum ad magnanimũ regẽ ptinet, Hierosolymitanũ populũ animauit. Intellexistis, qd sibi voluerit hoc, vt viriliter agerẽt, & cõforta ti essent. Iam vt nullus apex de themate cadat, vlterius progredi volentes, nõ inutile fore putamus, si sequẽtia verba, sequẽtemq; particulam cõsolatiõis & adhortatiõis declarauerimus. Non em̃ satis esse putauit Ezechias cõsolari populũ, vt viriliter ageret, beneq; cõfortatus esset, quin insuper hoc quasi per exaggerationẽ adiecit, ne timerent, nec pauerẽt nõ mõ regẽ Assyriorũ, sed nec vniuersam quidẽ multitudinẽ quę cũ eo esset. Sic em̃ in hebræo legit Colpehamon escher imo. Quod Septuaginta verterũt καὶ ἀπὸ προσώπου παντὸς τοῦ ἔθνους τοῦ μετ' αὐτοῦ. Pauciſſima ac breuia verba sunt hæc, multi tñ ac magni mysterij. Non satis erat dicere & exclamare Ezechiã ne timerent, etiam addidit vt non pauerent, quod satis apte Septuaginta verterunt hisce verbis: μὴ δὲ φοβηθῆτε. Cæterũ hoc adiecit, vt non modo regẽ, aut faciẽ regis Assyriorũ, sed nec faciem quidẽ omnis gentis, aut oẽm quæ cũ eo esset multitudinẽ timerent. Sciebat Ezechias timẽdum esse dñm, eo quod ex Moyse hoc toties didicerat. Dñm deũ esse timẽdum. Et quod illud nõ solum pertineret ad regẽ in Israel, sed & ad oẽm populũ. Id quod in principio prædicationis nostræ vobis Germanis militibus non modo declarauimus, sed studiose & omni conatu inculcauimus. Forte arbitraberis hæc verba non esse magnæ virtutis ac gratiæ, tamen si recte considéres, ac ea perpẽderis quid & quãtum hæc impotent, laudabis & extolles ea perpetuo. Nempe Ezechias procul dubio versatus in lege dñi, die ac nocte, didicit ac sciebat in simili bello ex multu simile consolationẽ factã à sanctis dei famulis. Sic Iosue filius Nun, & Caleph, ad multitudinẽ filiorũ Israel hisce verbis loquuti sunt. Terra, quã circuiuimus, valde bona est. Si propitius fuerit dñs inducet nos in eam, & tradet humũ lacte & melle manãtem. Nolite rebelles esse contra dñm, neq; timeatis populum terræ huius, quia sicut panẽ ita possumus eos deuorare. Recessit ab eis omne præsidiũ, dñs nobiscum est, nolite metuere. Moyses aũt cui seruiuit Iosue in eodẽ Deuteronomij libro, populum Israel plus semel ne timeret, animauit. Inter cætera nãq; sic clamat ad populum. Si dixeris, in corde tuo plures sunt gentes istę quàm ego, quomodo potero delere eas? Noli metuere, sed recordare quæ fecerit dñs deus tuus Pharaoni, & cũctis Aegyptijs plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & signa atq; portenta, manumq; robustã & extentum brachium, vt educeret te dñs deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos metuis. Insuper & scrabrones mittet dñs deus tuus in eos, donec deleat omnes atq; disperdat qui te fugerint, & latere non poterint. Non timebis eos, quia dñs deus tuus in medio tui est, deus magnus & terribilis. Et quo firmius hæc magnæ consolationis verba hærerẽt in cordibus populi Israel, idem Moyses ex ore dñi sic loquitur ad populum. Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorẽ q̃ tu habeas aduersarij exercitus multitudinẽ, non timebis eos, quia dñs deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Aegypti. Iosue vero de quo libẽter verba facimus, dicit ipse dominus: Ne timeas reges Amorræorum, in manus enim tuas tradidi illos. Ascenderant enim quinq; reges Amorræorum, rex Hierusalem, rex Hebron, rex Hierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnãtes eam. Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ, miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum. Ascende cito, & libera nos, ferq; præsidium. Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorræorum, qui habitant in montanis. Ascenditq; Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi. Dixitq; dominus ad Iosue: Ne timeas eos, in manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaque Iosue super eos repente tota nocte ascendens de Galgalis. Et conturbauit eos dominus à facie Israel, cõtriuitq; plaga magna in Gabaon, ac persequutus est eos per viam ascensus Bethoron, & percussit vsq; à Zecha & Maceda. Vides præcipuos militiæ principes ex ore & spiritu dei aduersus hostes, eo modo, ac hisce verbis animasse populum, quibus etiam Ezechias animauit, vtpotè ne timerent, ne metuerent, ne pauerent. Hac consolatione vsus est fortiter Dauid ille strenuus miles, qui quum omnem suum cogitatum iecit in dominum, inter cætera etiam quum solus esset, ait: Non timebo millia populi circundantis me. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Cæterum in deo sperani (inquit) non timebo quid faciat mihi caro. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et quo rem totam plenis velis tractaret ac declararet, inter cætera cecinit: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur. Dicet domino, deus meus sperabo in eum. Quoniaim ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano.

Deuter. 6
Deuter. 27
Nume. 14
Deutero. 7
Deuter. 22
Iosue. 10
Psal. 3
Psalm. 22
Psalmo. 55
Psam. 90

Ex his

A Ex his ergo manifestum fit eum,qui recte ac vere timet dominum,non oportere timere quic-
quàm etiam nec regem Assyriorum,Quod si nullæ vobis ex antiquis supereſſent hiſtoriæ,nulli
triumphi de his,qui prævaluerunt aduersus impiam impiorum ac infidelium tyrannidem atq;
multitudinem,ò vos qui hac concione præsentes estis in animis vestris cogitate,& cordibus nõ
modo vestris,sed & filiorum vestrorum inscribite,quantam gratiam,quantam deniq; ab eo q
sedet in excelsis victoriam hisce proximis diebus,dum hæc prædicamus vobis,consecuti sitis.
Non excidit proculdubio à memoria vestra Turcarum tyrannum huc vsque & à temporibus
Ladislai regis Poloniæ,ab ijs etiam temporibus vbi ex Arabia traiecit in Bosphorum,& vt Cõ
stãtinopolim longa obsidione,ac Belgradum proditione obtinuerit, hoc vobis commune ex-
titisse,vt vnus ex Turcis decem Christianos captiuos trucidarit.Hoc vero perpetuo mense vi-
dens dominus deus,qui humilia respicit,vestram pœnitentiam,& quod cœperitis iuxta prædi
cationes non tam nostras,quàm ipsius dei,vos ad vitã declinare meliorem,misertus est nostri,
ita vt non modo vestri in diuersis locis exercitus atq; pars exercituum,sed & cunei & cohortes
nostrorum militum,imo religiosi & rasi sacerdotes,etiã imbelles illi Carthusiani,ac vetulæ no-
strorum profligauerint, interemerintq; sanguinarios hos Turcarum sanguisugas innumeros.
Neq; secus fieri poterat aut debuit ita scriptura promittente,ex qua spem ac victoriam tot ser
monibus vobis polliceri ausi fuimus.Quis vnquàm credidisset Ginczium oppidulum Archidu
catus Austriæ,nec muris,nec mœnibus,aut fossatis,aut turribus validis,sed quasi papyreis mu-
B nitum,vigintiquinq; diebus tantæ Turcarum multitudini potuisse resistere? Etiam quando So-
lymannus Turcarum tyrannus (quem ipsi Cæsarem vocãt)coram & præsens fuit,& inde sol-
uere obsidionem cum iactura magna latronum suorum,& in ea non nisi sub fortissimo & pru-
dentissimo Capitaneo villani fuerunt,& miscellanea turba mulierum, puerorum,& infantium.
Clamauerunt illi ad dominum in timore,& dominus exaudiuit eos. Sic & in locis alijs præua-
luisse Christianos timentes dominum,notissimũ est atq; clarissimũ.Vos itaq; ab eodem exem-
plo posthac nolite timere,nec paueatis hunc regem,qui Syriam & Assyriam suo per tyrannidẽ
subiugauit imperio.Quod si quis multitudinem regnorum, prouintiarum, ciuitatum & popu-
lorum nobis obiecerit,non est quod trepidemus timore,vbi non fuit timor. Non enim abs re
bonus ille ac strenuus Ezechias rex inter cætera dicit, non modo non eẽ timendum regẽ As-
syriorum,sed nec pertimescendam aut expauescẽdam multitudinem eius.Fateor, vt & verum
est,contra nos ac totam Germaniam exiuisse Solymannum,quater centenis millibus homini-
bus superbissime stipatum.Sed in hanc horam deo duce ac adiutore,pugnantiq; pro nobis pa
rum prævaluit.Etiam quum vos meas ouiculas mihi ex vocatione mea concreditas, tanquàm
C lupus rapacissimus deuorare voluerit,& ad nostros agros propterea de repente properarit.Is
vero in euangelio,qui docuit,nõ eum timẽdum eẽ,qui corpus occideret.Et iterum, qui clamat.
Nolite timere pusillus grex.Is inquam hunc gregem Viennẽsem huc vsq; tutatus est, etiam si
Turcarum tyranno longe maior & copiosior multitudo fuerit ac sit.Etiam deniq; si rumpan-
tur ilia Codro,Ita perstabit quod toties auribus vestris intonamus,non esse timendã regis As-
syriorum multitudinem.Non enim saluatur rex per multam virtutem, nec gygas in multitudi
ne virtutis suæ.Fallax equus ad salutem.In abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Ec-
ce oculi domini super metuentes eum.Et rectissime Ionathas ad adolescentem armigerũ suum Psal.32
ait:Veni,trãseamus ad stationem incircũcisorum horum,si forte faciat dominus pro nobis,qa 1.Regũ. 14
nõ est domino difficile saluare,vel in multis, vel in paucis.Nolite itaq; timere Sennacherib de-
serta tollentem,Assytium superbum ac blasphemum,nec paueatis multitudinem populi,sed eũ Matth.10.
timete,q potest animã & corpus perdere in gehennã. Nolite timere Solymannũ,q instar illi-
us Nabucuodonosor hoc anno soliũ aureũ,aurea sceptra,aureas sebolas,& de purissimo auro,
& pciosissimis lapidibus aliquot centenorum millium ducatorũ coronã triplicatam sibi parari
fecit,cum Lucifero Satana illi sibi certo persuadens ac promittens,se non modo velle regnare
per orientem,sed sedem ponere in Aquilonem & occidentem,ac esse similis altissimo.Sed noli
noli tu miles fortissime timere eum,cui resistit dominus deus exercituũ,q humilia respicit in cœ
lo & in terra.Resistit aũt superbis.Deponit potẽtes de sede,& exaltat humiles. Fiat fiat.

SERMO XXXV.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, &c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De admirabili victoria in paucitate populi.



Gene, 14.

Roximo ſermone didiciſtis ex ordine verborum Ezechiæ, nullo pacto timendum eſſe regem Aſſyriorum, & quod nec multitudo illius formidanda ſit. Nempe inter cætera miracula, quæ paſſim in ſacris leguntur literis, hoc mihi præcipue videtur eẽ ſuſpiciendũ, quod in paucitate populi contra maximam multitudinem cõmuniter eſt data victoria. Manifeſtum hoc ſit primo in Abrahã. Sic enim legitur: Quod rex Sennaar, rex Ponti, rex Elamitarum, & rex Gentium inierint bellum contra regem Sodomorum, & contra regem Gomorrhæ, & cõtra regem Adamæ, & contra regem Seboim, & contra regem Balæ ipſa eſt Segor. Et dicti quatuor reges prævaluerunt aduerſus quinq;. Nam rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, & ceciderunt ibi. Et qui remanſerant, fugerunt ad montẽ. Tulerũt itaq; quatuor reges omnẽ ſubſtantiam Sodomorum & Gomorrhæorum, & vniverſa quæ ad cibum pertinent ac abierunt. Necnon & Loth & ſubſtantiã eius filium fratris Abraham, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaſerat, nuntiauerat Abraham hebræo, qui habitabat in conualle Mãbre Amorrhæi fratris Eſchel, & fratris Aner. Hi enim pepigerant fœdus cum Abraham. Quod quum audiſſet Abraham captum videlicet Loth fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo, & perſequutus eſt eos vſque Dan, & diuiſis ſocijs irruit ſuper eos nocte, percuſſitq; eos & perſequutus eſt vſq; Soba & Phœnicẽ, quæ eſt ad leuam Damaſci, reduxitq; omnem ſubſtãtiam & Loth fratrem ſuum, cum ſubſtantia illius, mulieres quoq; & populum. Ecce hic Abraham cum trecẽtis & octo vernaculis profligauit quatuor reges iam triumphantes, & duodecim millia de Iſraelitis vicerunt Madianitas, & quinq; reges eorum Ephi, Recẽ & Sur & Vr & Rebe. Et quod mirabilius erat, ne vnum quidem hominem perdiderunt. De Ioſue principe illo inuictiſſimo legitur: Quomodo percuſſerit ac vicerit triginta vnum reges. De Sangar autem filio Anach hoc legitur, quod percuſſerit de Philiſtijm ſexcentos viros vomere. Manifeſtior eſt hiſtoria de Samſone, qui ſola maxilla aſini interfecit mille viros, quàm vt ſuper eadem verba fiant. Nec minus admiranda hiſtoria eſt, quod Gedeon ille, & ſi à principio contra Madianitas habuerit triginta duo millia, & poſtea ſeruauerit decem millia, tandem non niſi trecentos viros elegit, cum quibus vicit Madian & Amalech. Erant autem illi trecenti viri, qui manu ad os proiecerunt aquas & lambuerunt. Et hos dignos futuræ & tantæ victoriæ iudicauit dominus. Nec erant inebriati. Eapropter Iſraelitis contra Amalech & Chananæos, aliasq; complures nationes toties datæ ſunt victoriæ, quod videlicet ſitientes non leguntur clamaſſe pro vino, ſed pro aqua, id quod fecerunt in Marath, in deſerto Syn, & in Raphidim. Trãſitum quoq; petentes à rege Edom, nũtiabant hæc verba. Per tritam gradiemur viam. Et ſi biberimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus quod iuſtum eſt. Nulla erit in pretio difficultas. Sed redeamus tandem ad id vnde digreſſi ſumus. Tempore regis Saul contra Iſrael egreſſi ſunt Philiſtijm cum triginta millibus curribus, ſex millibus equitum, & vulgus erat ſicut arena, quæ eſt in littore maris plurima. Et cũ pauciſſima gente tota multitudo proſtrata & diffuſa eſt. De Dauide lucerna quidem in Iſrael notiſſimum eſt, quomodo cum pauciſſima gente ſæpe fuderit hoſtes ſuos. Et mirabile valde eſt quomodo pediſſequi pueri principum prouintiarum: ducenti duntaxat & trigintaduo perculſerint ac fuderint Benadab temulentiſſimum regem Aſſyriorum, ac triginta duos reges qui ad auxilium eius venerant. Multitudinem exercitus Holophernis vna Iudit vidua vicit, quę tamẽ inter cætera ſic orat: Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut caſtra Aegyptiorum videre dignatus es, quando poſt ſeruos tuos armati currebant confidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum, ſed aſpexiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatigauerũt eos. Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt eos. Sic fiant & iſti domine, qui confidunt in multitudine ſua, & in curribus ſuis, & in contis & ſagittis ſuis, & in lanceis gloriantur, & neſciunt qa tu ipſe es deus noſter, qui conteris bella ab initio, & dominus nomen eſt tibi. Et hoc eſt, quod pro benedictiõe datur Iſraelitis, quod vnus ex illis perſequi debeat ac poſſit mille. Vnde Moyſes in cantico: Perſequebatur vnus mille, & duo fugarunt decem millia. Econtrario vero maledictionis loco erat, quo eſſent illi caſuri nullo perſequente. Et fugietis inquit nemine perſequẽte. Ita etiam, vt cum ciderit folium ex arbore, gladium eẽ putabunt. Perſequentur, inquit dominus, quinq; de veſtris centum alienos, & cẽtum de vobis decem millia. Sic procul dubio dabitur & eueniet vobis, ſi timueritis & colueritis dominum deum veſtrum, in cuius manu ſitum eſt, vt ſpurciſſimam gentẽ pſeudoprophetæ Mahumeti, ſolo verbo & ſpiritu oris ſui perdat ac deſtruat. Viriliter itaq; agite, nec timeatis regẽ, aut vniverſam multitudinẽ quæ eſt cũ eo. Dñs eñ pugnabit pro nobis.

Fiat fiat.

Numer. 21
Ioſue. 10. 11. 12.
Iudicũ. 3.
Iudicũ. 15.
Iudicũ. 7
2. Regũ. 21.
3. Regũ. 20
Iudith. 9.
Deute. 32.
Leuiti. 20.

D E F

Sermo

A

SERMO XXXVI.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c. vt supra.

ARGVMENTVM.

Non esse fidendum in carneum brachium.



Ezechias ille rex q̃ primum animauerat populum Hierusalẽ vt viriliter agerent,confortati essent,neq; timerent regẽ Assyriorũ aut multitudinem eius,tanq̃ prudentissimus rex cõsolationis suæ causam adiecit,dicens: Multo plures nobiscũ sunt q̃ cum illo. Cum illo em̃ carneũ brachium est,nobiscum vero dominus deus noster. Legitur de Helisæo propheta, quod quãdo in diluculo minister eius vidit exercitum in circuitu ciuitatis,& equos,& currus,nuntiauitq; dicẽs: Heu,heu,heu domine mi,quid faciemus? Spem ponens in deum Helisæus respõdit: Noli timere, plures em̃ nobiscum sunt q̃ cum illis. Et tamen præter 4.Regũ.6.

B ministrum nõ legitur aliquem hominem extitisse cũ Helisæo. Sed pluris fecit ipsum dñm,q̃ si copiosum de militibus habuisset exercitum. Id quod etiã fecit Ezechias rex,qui potentiã Sennacherib regis Assyriorũ hoc genere dicendi contempsit,quod esset illi brachium carneum. Carneum aũt propterea dicit,quod diu durare nõ possit. Quod oñis caro fœnum,& oñis gloria eius quasi flos agri,exiccatum est fœnum & cecidit flos. Brachiũ carneum propterea dicit,quod maledictio dñi non admodũ longe esset à rege Assyriorũ. Nã hæc dicit dominus: Maledictus homo qui cõfidit in homine,& ponit carnem brachium suum,& à domino recedit cor eius. Benedictus autem vir,qui cõfidit in dño,& erit dñs fiducia eius,& erit quasi lignũ,quod plantatur super aquas,quod humorem admittit ad radices suas, & nõ timebit quum venit æstus,& erit folium eius viride,& in tempore siccitatis nõ erit solicitũ,nec aliquando desinet facere fructũ. Bonũ itaq; est confidere in dñm. Melius rursum est confidere in dño quàm cõfidere in homine. Nã qui cõfidit in dño,erit sicut mons Sion,qui non cõmouebitur in æternũ. Sennacherib igitur cõfidens in multitudine exercitus,confidere videbatur super baculum arundineum,cuius Rapsaces meminit,licet falso retorquere voluerit in Ezechiam,quo cõfracto perforata est manus eius. Sic paꝛ profuit Pharaoni regi Aegyptiorũ, quod iunxit currus sexcentos ac copiosum eduxit exercitũ,persequens Israel. Nam egressi fuerant illi Israelitæ in manu excelsa. Hi aũt de Mesraim in curribus & in equis,& quemadmodum scriptura dicit, Israelite in nomine domini. Dñs em̃ præcedebat eos ad ostendendã viam,per diem in colum-

C na nubis,& per noctem in columna ignis,vt dux esset itineris vtroq; tempore. Cõfidens itaq; Pharao in brachium carneũ sumersus est in mari rubro. Dominus em̃ quasi vir pugnator,omnipotens nomen eius. Currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt in mari rubro. Abyssi operuerũt eos,descenderũt in profundũ quasi lapis. Ita factum est Holopherni,contra quem dñs erat per viduam Iudith,faciens illi amputari caput. Aliquoties legunt principes & reges eduxisse exercitus,quibus nec arenæ in littore maris,nec stellæ in cœlo æquari possent. Sic Madian & Amalech,atq; cæteræ orientales nationes instar locustarum vniuersa implebãt. Innumera em̃ ibi erat multitudo hominũ & camelorũ. Et sub Gedeone,Madian,& Amalech,& oẽs orientales populi fusi iacebãt in valle,vt locustarũ multitudo. Cameli aũt innumerabiles erant sicut arena quæ iacet in littore maris. De exercitu vero Holophernis hoc legitur,quod habuerit multitudinẽ innumerabiliũ camelorũ, boum quoq; armẽta,& greges ouium,quorũ nõ erat numerus. Profectusq; est ipse & oĩs exercitus cũ quadrigis, & equitibus,& sagittarijs,q cooperuerũt faciem terræ sicut locustæ. Sed nunq̃ fuit difficile dño saluare, vel in multis,vel in paucis iuxta verbũ Ionathæ filij Saul. Et vere cõfessa est Iudith,Nõ in multitudine virtutem eẽ dei. Fragile itaq; fuit brachiũ regis Assyriorũ,q̃d vnus dũtaxat angelus vna nocte ita cõfregit,vt Sennacherib suis oculis viderit cadauera suorũ interfectorũ, centũ & octogintaquinq; millia iacentia sup terrã. Prospere vero cessit & fœlicissime cecidit Ezechiæ regi,qui posuit dñm brachium suum. Hoc est illud brachium excelsum,de quo Esaias: Quis credidit auditui nostro,& brachium domini cui reuelatum est? Brachium hoc iuxta diui & barbati patris Hieronymi sententiã aliquoties repetitam,est Christus filius dei viui. Hoc est brachium sanctum eius. De quo & Esaias: Parauit dominus brachium sanctum suũ. Et iterũ: In brachio meo gentes sperabunt. Cuius etiã brachij dominus post Esaiam meminit verba faciens ad turbam incredulam. Ipse itaq; Christus est brachium nostrum,fortitudo nostra, salus nostra,per quod brachium fecit potentiam,dispersit em̃ superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede,& exaltauit humiles. Iuxta em̃ hodiernæ dominicæ euangelium. Omnis qui se exaltat,hu-

Iudicum.6 Iudith.2. 1.Regũ.14 Esaiæ.53 Psal.97 Esa.52. Esaiæ.51. Iohan.12

miliabitur,& qui se humiliat,exaltabitur. Extendit brachia sua dominus, quando fuit exaltatus à terra. Et quasi alter Atlas,non tamen fabulose iuxta Manichæorum opinionem, sed vere tamen omnia traxit ad seipsum,quod si quis confidat in hoc,non in carneum brachium, cõfidet certe ac recte in omnipotentem. Solus em̃ ipse dominus hoc nomen habet,vt sit ac vocetur ille omnipotens. Nonaginta enim & nouem annos habenti Abrahæ, apparuit deus,ac dixit: Ego deus omnipotens. Et ipse Iacob remittere volens filios suos ad Ioseph in Aegyptum ait: Deus meus omnipotẽs faciat vobis eum placabilem,& remittat vobiscum fratrẽ vestrum, quem tenet in vinculis & hunc Beniamin. Moyses,Iudithq; quasi vno ore testantur,quod omnipotens sit nomẽ eius. Et frequentissimũ est quod in Iob deus legatur om̃ipotens. In Apocalypsi autẽ: Ego sum α & ω, principium & finis,dicit dominus deus,q est,& qui erat, quiq; vẽturus est omnipotens. Quod si ille omnipotens est(quemadmodũ vere om̃ia potest) desperandũ nobis non erit contra magnã Turcarũ multitudinẽ atq; potentiam. Nã etsi ille cõtra nos de tribus imperijs,Cõstantinopoli quidẽ, Trapezontio & Capha eduxerit molles Asiaticos, Armenios,Arabes,Græcos,Tartaros,regnorũ em̃ suorũ Mahumetanus ille spurcissimus tyrannus,duas partes habet,orientalẽ quam Græce & recte Natoliam vocãt,occidentalẽ aũt Romaniam nũcupat. Natolia est vltra Hellespontum quæ cõtinet Bitiniam,Capadociã, Paphlagoniam,& Cariam, Aeoliam,Ioniã,Lesbum & Smyrnã. Romania vero cõtinet partem Datiæ,Thratiam,Dardaniam,Achaiam,Peloponesum,Accarnaniam,Macedoniã,Epyrũ, Rasstiam,& Illyriæ partem. De Aegypto Syria ac terra sancta,nihil hic cõmemorare volo,ne dicẽdi modũ excedã. Adhuc tamen vestrã pœnitentiã ac necessitatẽ vidit om̃ipotens,q in magnitudine brachij eduxit Israel per mare rubrũ. Ita vt siccis pedibus trãsierit,quẽadmodum & nos quotidie experimur,& intra triduũ experti sumus,quãtas victorias ex insperato vobis militibus,de Christianorũ diuersis nationibus dederit. Nolite itaq; reliquam Turcarũ fecem & multitudinem timere. Plures em̃ nobiscum sunt q̃ cum illis. Cũ Solymãno enim Turcarũ tyranno inexplebili ac discipulo Mahumeti spurcissimi & fœdissimi,carneũ brachiũ est,& proculdubio dñs cõteret hoc brachium peccatoris & maligni. Et qui brachium Pharaonis regis Aegypti cõfregit iuxta Ezechielẽ,percussitq; Aegyptũ cum primogenitis eorũ,& eduxit Israel de medio eorum in manu potenti & brachio excelso,ac tanq̃ nutritius portauit eos in brachijs suis,etiam is proteget ac tuebitur vos ab omni malo. Viriliter itaq; agite,&c. Fiat fiat.

Gene. 17. Gene. 43. Apoc. 1. Psal. 9. Ezech. 30

SERMO XXXVII.

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere,&c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De nominibus & custodia dei.



Ragile & cito rumpendum esse brachium carneum regis Assyriorũ, alta, & cum publica voce intonuit Ezechias rex. Pro populo tamen suo hanc consolationem dedit, quomodo cum illo esset Adonai Elohenu. i. dominus deus noster. Veritas hebraica, hic exprimit nomen dei,quod Græce τετραγραμματον dicit,quatuor scriptũ literis. Quod quidam Ἄῤῥητον. i. ineffabile dicũt,hoc portabatur in aurea lamina ad frontem summi pontificis aut sacerdotis. Scriptũ est enim in Exodo: Et fecit laminam aureã,& scripsit in ea literas deformatas sigillo sanctificationis domini,& posuit super caput Aaron. Signum dominicę sanctificationis nomen est omnipotentis dei, quod quatuor literis hebraicis scribitur,& apud eos vocatur ineffabile,q; nomen eius non potest dici. Cuius maiestatem etiam gentilitas non ignorat. Et Athenienſiũ testatur ara,ignoto deo dicata. Vnde & apostolus: Quem vos,inquit,ignotum colitis,hũc nos annuntiamus vobis. Hoc nomẽ si literis scribatur integris,Iehoua sonat. Non audent tamen hoc Hebræi integris exscribere literis,nec sub anathemate proferre. Alioqui audiũt à Iudæis,Muchram atta. i. excõmunicatus es tu. Dies me deficeret,si huius nominis omnem obseruãtiam,atq; superstitionem enumerare pergerem. Sed hoc ad propositum non parum valere puto, si obiter aliquot nomina dei, tibi recitauero,quæ præcipua sunt. Nempe Græca & Latina lingua,in eo plurimum deficiunt, quod ipsum deum non nisi vno nomine exprimere possunt. Ediuerso autem Hebræa lingua sancta,vocat eũ aliquando EL,vbi eius fortitudo denotatur. Cæterum dicitur aliquando Elohim,& Elohe, sicut & in hoc verbo Ezechiæ. Vnde & Turcæ suum Hala quotidianum ex Arabia ducunt. Et hoc Elohim plurale est,nec sine mysterio ad primã creationem mundi aliquoties Elohim ponitur, anteaq̃

A anteaq̃ veniat Adonai. Sabaoth interdũ dicitur, quod Septuaginta virtutum, Aquila vero exercituum transtulerũt. Et hoc ad rem nostrã pertinebit maxime, q̃d ipse sit dominus exercituũ, id quod in alio loco scilicet quadragintaduaꝝ mansionũ cõcionibus docere proposuimus. Quintum est Elion & sonat altissimũ, cuius Elion, Melchisedech sacerdos erat, & cui in altissimis gloriam cecinit multitudo cœlestis exercitus nato dño. Sextũ est Escher Ehie, nomen hoc q̃d ipse dñs in Oreb reuelauit, & in signũ veritatis dedit Moysi, dicẽs: Qui est, misit me. Nam ipse deus solus vere est, & alia entia omnia ab eo dependent, & suũ esse habent. Septimũ est Adonai, q̃d nos dñm generaliter adpellamus, & ad scriptum, eum eẽ dñm dominãtium. Ia quoq; nomẽ est dei. Inde Alleluia, i. laudate deũ. Cæteꝝ Schadai, quod in Ezechiele legitur, omnipotentem innuit. Hæc sunt præcipua decem noĩa dei, licet Hebræi adiecerint alia fere sexaginta. Frequentiora tamen ac digniora sunt, quæ iam per nos obiter & cursim recitata existũt. Cõsolatur hisce fortissimis nominibus Adonai & Elohim, Ezechias populũ suũ, & ob id cõsolatio maiorẽ Emphasim habet, quod plerũq; vbi est nomen Adonai, significat deum eẽ benignum, clementem, propitium & misericordem. Etiã eo quod adiecit, nobiscum est dñs deus noster. Exhilaratiõis nãq; verbũ est, si quãdo veteres dixere, Nobiscũ est deus. Sic Iosue & Caleph animabãt populum Israel, dicentes: Ne timeatis populum terræ huius. Recessit em̃ ab eis omne præsidium, dñs nobiscum est, nolite metuere. Sic rediens Iudith à cæde Holophernis à longe custodibus murorꝝ ait: Aperite portas, qm̃ nobiscum est deus, qui fecit virtutem in Israel. Et Salomon vtrũq; genu in terrã fixerat, & manus tendẽs in cœlum, orat: Sit dñs deus noster nobiscũ. Et ipse Dauid: Dñs virtutum nobiscum. Et tanta res est, nobiscum eẽ dñm, quod ipse Booz ad messores

B iuxta Bethleem nullã salutationẽ aliam dederit, Nisi dñs vobiscum, id quod in diuinis officijs p totum orbem Christianũ seruat ecclesia. Et Esaias rem grandem prophetare volens, ait: Et vocabitur nomen eius Emanuel, i. nobiscũ deus. Cæteꝝ Gabriel nõ sine causa dicit ad virginem, dñs tecum. Proin hoc est, quod sic alta voce Paulus exclamat: Si deus pro nobis, qs cõtra nos? Quotiescũq; em̃ deus nobiscum nõ est, nihil victoriæ sperãdum erit, ita quando dñs eũ Israelitis eẽ noluit. Ecce cõtra Amorrhæos succubuisse leguntur. Insuper & non sine mysterio populus ad Iosue dicit: Tantum sit dñs deus tecum sicut fuit cum Moyse. Quod si exercitum habueris, cui stellæ cœli, & arena, quæ est in littore maris, cõparari non possent, quãdo nõ fuerit tecum dominus exercituum, sicut cęra ad faciem ignis liquescit, ita peribit fortitudo tua, potẽtiaq; tua. Studendum est itaq; tibi Christiano militi, vt sit dñs deus tuus tecum. Ipse quidẽ est speculator tuus, vigilat pro te, est quoq; custos tuus. Et nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat q̃ custodit eam. Ex quo loco scripturæ hoc elicere licet, quod primus honorabilior & principalis noster ac rerum nostraꝝ custos est omniũ fidelissimus dominus deus. Ad Iacob em̃ peregrinãtem inter cætera dicit: Ero custos tuus quocũq; perrexeris, & reducam te in terram, nec dimittã nisi cõpleuero vniuersa quæ dixi. Sic Moyses de populo Israelitico cecinit, quõ circũduxerit eum, ac docuerit dominus, custodiueritq; quasi pupillam oculi sui. Hunc custodem corporis vitæ ac reꝝ agnoscit vir ille simplex, rectus ac timens deum, hisce verbis exclamans: Vsquequo non parcis mihi nec dimittis me, vt glutiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi ò custos

C hominum? Iste est ille custos ac dominus, qui iuxta est ijs, qui tribulati sunt corde, & humiles spiritu. Custodit omnia ossa eoꝝ, vnum ex ijs non conteretur. Custodit animas seruoꝝ suorum, de manu peccatoris liberabit eos. Iste est, qui custodit Israel, & animã tuam ab omni malo. Custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet, & vias peccatoꝝ disperdet. Ipse est qui custodit paruulos. Et illius custodia talis est, vt frustra vigilent oñes omnium ciuitatum & prouintiaꝝ custodes, nisi dñs ipse custodierit. At licet ipse dominus verus & præcipuus sit reꝝ nostraꝝ auxiliator atq; noster custos, ordinauit ipse tamen vt & dij custodes sint reꝝ & animaꝝ nostrarum, inter quos præcipui sunt angeli, quoꝝ celebritatem hodierna in sancti Michaelis die festiua peragimus. Nam hodiernum euangelium in fine docet ex verbo domini, quod angeli eoꝝ semper vident faciem patris qui in cœlis est. Magna reuera, dignitas animaꝝ, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Vnde legimus in Apocalypsi Iohannis: Angelo Ephesi Thiathiræ, & angelo Philadelphiæ, & angelo quatuor reliquiaꝝ ecclesiarum scribe hæc. Et hi sunt custodes, de quibus in psalmis: Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Sic sanctus Raphael angelus custodit & comitatur in via Tobiam iuniorem, quem putauit esse hominẽ. Et propterea legitur: Ecce ego mittam angelũ meũ qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locũ, quem præparauero tibi, obserua eum & audi vocem eius. Sic Moysen præcedit angelus. Et ipsa mulier Iudith inqt: Angelus domini custodiuit me. Etiam angelus dñi descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi roris flantẽ, & nõ tetigit eos omnino ignis, nec contristauit, nec quicquã molestiæ intulit. Sic duo angeli in Sodomis custodiere Loth, imo non solum homines, sed & prouintiæ suos angelos habent. Siquidem in Daniele legitur, Princeps regni Persaꝝ restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus

Matth. 18 Apo. 1. 2. 3. Psal. 90 Tob. 1. 5. 9 Exodi. 23 Exodi. 32 Iudith. 13 Gene. 19 Daniel. 10

cipibus primis venit in adiutorium meum,& ego remansi ibi iuxta regem Persarꝝ. Iste est ille D
Daniel. 12 Michael,de quo idem Daniel prophetauit, dicens: In tempore illo cõsurget Michael princeps magnus,qui stat pro filijs populi tui,& veniet tempus quale non fuit ab eo,ex quo gentes esse cœperunt,vsqꝫ ad tempus illud.Sortitur aũt suum nomen Gabriel ab Hebræo,quasi cõtra dra
Apoca. 12. conem,& omnes potentes ac fortes continuo quærat. Quis sicut deus fortisꝫ hoc enim Michael sonat. Vnde in Apocalypsi Iohannes: Factum est prȩlium magnum in cœlo,Michael & angeli eius præliabantur cum dracone,& draco pugnabat & angeli eius,& non valuerunt,nec eorꝝ locus inuẽtus est amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus,serpens antiquus,q
Iudę vnic. vocabatur diabolus & satanas,qui seducit vniuersum orbẽ,& proiectus est in terram,& angeli eius cum illo missi sunt.Huius prælij quoqꝫ meminit Iudas apostolus in sua canonica,dicẽs: Cũ Michael archangelus cum diabolo disputans,altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ.Proponitur itaqꝫ nobis Michael tanꝫ archangelus & antesignanus
Exodi. 14 bellicarꝫ rerum,nec parum præstat in castris habere angelum dei.Nam & Israelitæ legunt habuisse angelũ qui semper cõsueuerit præcedere castra.Et Ezechiã regẽ nostrũ à rege Assyriorꝫ liberauit angelus.Officiũ em̃ est angelorum,vt sint administratorij spũs,& ob id Græce angeli
Gene. 22 missi,nõ à natura,sed ab officio nomẽ habẽt.Mittunt em̃ à deo.Sic missus est angelus de cœlo
Numeri. 2 ad Abraham.Sic missus est angelus dñi cõtra Balaã. Sic missus ẽ angelus Gabriel à deo in ciui tatẽ Galilææ, cui nomẽ Nazareth,ad virginẽ despõsatã viro,cui nomẽ Ioseph,& nomẽ virginis Maria.Sic mittit angelus ad Petrũ.Et tãta est multitudo angelorꝝ,vt illos nemo dinume
Dani. 7 rare possit,id ꝙd Daniel propheta hisce verbis testatur: Millia millium ministrabãt ei,& decies millies centena millia assistebant ei.Et hi sunt principatus,potestas,virtus, dominatio,quorum E
Ephe. 1. omnium obiter meminit ad Ephesios Paulus,& dicuntur militia cœli. Sic enim in Euangelio iuxta Lucam legimus: Subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis. Et iuxta os veritatis,gaudent illi super vno peccatore pœnitentiam agente. Faxit itaqꝫ deus,vt castra nostra quemadmodum Israelitarum præcedat ac comitetur angelus domini.Sitq́ ac veniat angelus,q percutiat hunc truculentum hostem Turcarum,quemadmodum factum est ac donatum Ezechiæ regi Iuda,pro quo per angelũ pugnauit dominus,& vna nocte de exercitu inimicorum suorum percussit centum octogintaquinqꝫ millia virorum.Viriliter itaqꝫ agite, confortamini, nobiscum erit dñs deus noster,qui est auxiliator noster,pugnatq́ pro nobis. Fiat fiat.

Gloria,honor illi,ex quo,per quem, & in quo sunt omnia,per infinita
secula seculorum,Amen.

¶IOHANNES FAB. EPISCOPVS
Vienneñ. Candido Lectori.

TVmultuarios hos sermones candide Lector,medijs in tumultibus & intra bimestre F
natos,habitos atqꝫ æditos,pro tuo candore æqua censura dignabere,vt si quid erroris,tanta in festinatione turbulentis adeo temporibus: quum quingenta Turcarꝝ millia aduolare incendijs,cędibusq́ omnia miscere ferrẽtur,ciuitas tota militum frequẽtia conferta arma meditaretur humana incuria admiserit,si qui forte nævus,mẽdave insederit, eo animo castiges atqꝫ emendes,quo & te decet,& nos vehementer volumus. Qui quum hæc æderentur,Chalcographi curæ,industriæq́ cõmissa,ab emendandi labore, Sereniſſimi atqꝫ Inuictissimi Romanorum, Hungariæ & Bohœmiæ regis Ferdinandi nuntio auocati,ad aulã maximis itineribus,necessaria profectione properabamus.Quo factum,vt cum redijssemus,confecta iam propemodum excudendi opera nostra in absentia, iam omissa,iam immutata litera voculave,nonnihil erratum compererimus,Quod tamẽ huiusmodi esse statuimus,vt æquus iudex nullo negotio: monitus præsertim animaduertere,corrigereq́ possis. Quod vt tuus cãdor atqꝫ humanitas,& nostrũ à te studium impetrabit, ita valeas diu felix in Christo Iesu domino & saluatore nostro,Amen.

GLORIOSISSIMO AC CLEMENTISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, domino Ferdinando, Romanorum, Hungariæ, ac Bohœmiæ &c̃. Regi, Infanti Hiſpaniarum, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ &c̃. Domino ſuo pientiſſimo, ac patrono incomparabili, Iohannes Fabri Epiſcopus Vienneñ. a Deo Opt. Max. gratiam, pacem, ſalutem & tandem omne bonum optat.



Idit celſitudo tua regia, ſereniſſime, idemq; pientiſſime rex, ac veluti in re præſenti pẽnitius introſpexit, quibus calamitatibus Vienna, inclytæ Auſtriæ tuæ metropolis oppreſſa iaceat. Quas enim ſuburbiorum ampliſſimæ vrbis partes, reliquias hoſtis Solymanni Turcarum immanitas ſuperiori obſidione reliqui fecerat, eas ad formidabiles illius minas, iterum nobis exitium parantis, miſerabili arborum pomiferarum, vitiumq; circumquaque ſtrage, ſubruere, ac funditus demoliri coacti ſumus, atque adeo intra muros, & mœnia, templa, palatia, ædes ciuium magnificas ſolo æquare. Fuere hæc (quis enim neget) acerbiſſima, nec ſine magna rerum noſtrarum pernicie adminiſtrata, niſi quę poſtea obtigerũt, fere grauiora accidiſſent. Siquidẽ aliquot præſidia militum, quæ ex variis Chriſtiani orbis nationibus confluxerunt, ſpemq; ſalutis minime dubiam oſtenderunt, damna certe non modica prioribus adiecerunt & intulere. Quam tamen inuidiam eos nolo ſuſtinere, qui ſuis contenti ſtipendiis, & præſtiti ſacramenti memores, pro Chriſti religione ac patriæ ſalute arma ſumpſere, ſed quibus (vt poeta inquit) nulla fides pietasq; viris caſtra ſequentibus, qui rapinę magis, q̃ patriæ tuẽdæ ſtudio bella geſſerunt, quibus ſociorum amicorumq; domus, ac prædia incendere, annonã, remq; familiarem diripere pro ludo fuit, qui non modo fructus vinearum, vuas (vnde annuus miſeris victus eſt) ſed vuarum etiam ſpem, palmites viteſq; exciderunt. His malis vexati miſeri ciues tui, alioqui mille aduerſitatũ modis oppreſſi, munia, oneraq; impoſita, nihilominus perferre coacti ſunt. Bellum deinde peſtilentia excepit, nulli neque ſexui, neque ætati parcens, & annonæ caritatis. Sicq; adeo hanc vrbem tuam olim valde inclytam, quatuor ab Ezechiele deſcriptæ plagæ, gladius, fames, peſtis, & beſtiæ malæ adobruerũt. Qui enim efferaciores hoſtes ac rapaciores obtingere poterãt, qui ne a viduarum quidem pupillorumq; iniurijs temperarunt? Ferreus ſane fuerit, qui hac rerum omnium, ac vitæ denique iactura non moueatur. Quum itaq; viderem, paſtor, oues mihi creditas, totq; vulneribus fortunæ ſaucias ſummo mœrore confici, ac vagas errare, paſtoriſq; fidem implorare, negligendas minime exiſtimaui, ſed ad ſolita paſcua congregandas, ac verbi dei pabulo (ne ſpiritali fame interirent) reficiendas, vtq; graſſante peſtilẽtia eas a cœli contagione pro mea virili conſeruarem, non modo paſtorem, Ezech. 14

sed medicum me esse oportere, qui ægrotantibus resinam de Galaad, em-
Hierem. 8 plastra ac malagmata tempestiue admouerem. Ad quam rem mihi in primis
idonea visa est Iobis historia, vnde sermones aliquot proximo acto quadri-
mestri, ad quotidianas dominici aduentus declamationes, aliorumque festo
rum depromerem. Vnde enimuero opportuniora, tam acerbis malis præsi-
dia, q̃ꝫ e Iobe peterem, qui non sine mysterio in infinita mortalium multitu-
dine, ingentium calamitatum tempestatibus iactatus, sese plane virum osten
dit, & ad omnes satanæ technas, tentationesque infractum? Perdiderat ille
Iob. 1 quingenta boum iuga, asinas item quingentas, ouium septem millia, tria mil
lia camelorum, perdiderat septem filios, filias tres, & in tanto rerum naufra-
gio, ait: Nudus egressus sum de vtero matris, nudus reuertar illuc. Domi-
Iob. 2 nus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen
domini benedictum. Hinc deo permittente, vlcere percussus pessimo, a plã-
ta pedis vsque ad verticem eius, quum in sterquilinio sedens, testa saniem ra
Iob. 2 deret, impiæ vxori respondit: Si bona suscepimus de manu domini, mala
quare non sustineamus? Nec satis erat satanam habere aduersarium, vxoris
molestos sermones deuorare, etiam fratres quasi alieni ab eo fugerunt, dere-
liquerunt propinqui, ancillæ ac domus inquilini eum pro alienigena ac pe-
regrino habuerunt, serui vocati, heriles iussus neglexerunt, halitum abomi-
nata vxor exhorruit, nepotes officium non fecere, stultis, iuxta ac consilia-
rijs ludibrio habitus, ab omnibus desertus ac destitutus fuit. Quid quod
Eliphas Temanithes, Baldath Suithes, & Sophar, Naamathites, qui conso-
landi studio amici venisse videbãtur, fusis lachrymis, scissis vestibus, reiecto
in caput puluere, muti sedentes continenter dies septem, doloris acerbita-
tem testati? Deinde fastidientes hi quoque consuetudinem sermonibus,
quos ad leuãdum dolorem idoneos afferre debuerũt, acceptis ex tot ac tã-
tis calamitatibus vulneribus, non modo medicinã non adhibuerunt, sed &
magis magisq̃ exacerbarunt, cum veris falsa hæreticorum more admiscen
tes, vino aquã confuderunt. Insimulabãt enim viduarum oppressiones, pu-
pillorum neglectus, prædæ, rapinæ, ac variæ, præterea impietatis, a quibus
omnibus ille erat remotissimus, quorumq̃ in mentem ei nunquam venit, vt
non temere Iobis nomen acceperit, id est, afflicti & dolentis, cuius bona dire
pta, corpus mille cruciatibus laceratum, animus mœrore, luctus, dolorumq̃
omnium acerbitate cumulatus. In his tamen omnibus fortunæ vulneribus,
bonus athleta ita fortiter depugnauit, vt anthagonistã illum suum satanam
1. Petr. 5 quum tanquã leo rugiens, terrã circuiret, omnibusque insumptis dolis ac
stratagematis, expugnare atque euertere Iobis patientiã, pietatemq̃ conare
tur, non modo sustinuerit, verumetiam victor defatigatum a se repulerit.
Proinde vt obedientiæ exemplum Abrahã, Moyses mansuetudinis, ita Iob
ille noster, veræ patientiæ speculum ac norma non immerito existimatur.
Iaco. 5 Nec abs re est, quod Iacobus Apostolus Iobis patientiæ tolerantiæq̃ nos
commonefacit. Nec est quod quisquam commoueatur, quod nonnulli te-
meritate, nescio qua, Iobem vt blasphemum & maledicum calumniantur.
Quis enimuero æquus rerum sacrarum æstimator, non modo in deum, sed

etiã

etiam creaturas, vt angelos, cœlum, terram, indignum quicquam Iobem eloquutum affirmauerit? a quo crimine tantum abest Iobis pietas, vt nemo domini nomen tam sancte appellauisse, nemo de eius sanctitate tam præclara prædicasse facile in sacris voluminibus inueniatur. Quid quod Hieremias ille propheta de ortus sui die nonnihil asperius loquutus est? Nec tamen est, qui iuste posset huic ac tãto Prophetæ blasphemiæ notam inurere. Ad hæc quid domini iudicio verius? qui post varias vltro citroq; disceptationes ad Elipham Temanithen, sic ait: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis loquuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Videt celsitudo tua regia Rex optime, q; blasphemi sint Iobomastiges, Ioben blasphemiæ arguentes. Quocirca Iobi patientiæ magistro fiat, vti decet, de quo dominus satanæ ait. Nunquid consideraſti seruum meum Iob virum simplicem, rectum, timentem deum, recedentem a malo, ac seruãtem innocentiam suam. Hæ sunt illæ virtutes, quarum gratia geminam mercedem Iobi dominus rependit, facultates duplicatas. Siquidem fratres, sorores, & propinqui ad eum conuolarunt, consolatiq; sunt super omni malo, donantes singuli ouem vnam, & inaurem auream vnam. Vnde Iob domini benedictione, quatuordecim millia ouium, sex millia camelorum, mille iuga boum, mille asinas recuperauit, Quam ratiouem si quis ita putauerit, vt ouem dimidio Rhenen̄. aureo, camelum sexaginta, iugum boum duodecim Rhenen̄. aureis, asinam vero decem æstimet, non contemnenda summa conficietur, nimirum trecentorum octoginta nouem millium Rhenensium aureorum. Præter hæc pro amissis liberis, Iobi dominus septem filios, & filias tres pro amissis tribus anonimis, nominibus celebres & forma, pulchritudineq; ita præstantes dedit, vt in muliebri sexu nihil speciosius in vniuersa terra inueniretur. Postq; flagella centum ac quadraginta annos viuens suauiter & pie, Iob filios vidit filiorumq; filios, vsque in quartam generationem, deinde senio confectus obdormiuit in domino, vt non sine mysterio illius vita hisce verbis claudatur: Mortuus est Iob senex & plenus dierum. Hæc sunt Rex pientissime, præmia, mercedes, ac retributiones eorum, qui patienter ferunt, si quæ domino permittente aduersa obtingunt. His equidem sermonibus, tamesi gregi a celsitudine T. R. mihi concredito, tot malis, cladibus, casibus, calamitatibusq; adobruto, me medicinam feciſſe non insalubrem existimo, censui tamen nonnihil ad tuam etiam celsitudinem pertinere, vt haberet, scilicet, quod in hac rerum omnium fatali perturbatione sequi queat. Et quod hucusq; pie constanterq; fecit, patientiæ suæ robur aduersus ingentes fortunæ procellas opponat. Quis enim T. C. R. per deum immortalem rebus secundis moderatior? Quis in aduersis constantior? quæ vt palmę ingentum est, quibuscunq; impositis fortunæ reflantibus molibus, enititur tamen, infractaq; existit. Nihil adulor, auribus deo celsitudinis T. R. Necq; enim consueui oleum in Aegyptum ferre. Nunquam oleum adulatoris caput meum impinguauit. Vere, & ex animo dico T. C. R. similem non inueniri, qui tam æquo animo & prospera & aduersa sustineat. Ideoq; persuasissimum mihi est, & si in his temporum grauissimorũ tempestatibus, rerum

Hiere. 20

Iob. 42

Iob. 1

Iob vltiq

Iob. 42

Psalm. 140

C. T. R.

C.T.R. nauicula hinc inde fluctuet ãgitata, ſubuerſam tamen nunquam iri. Nunquam, & ſi ceciderit tua maieſtas, collidetur, quia dominus manum ſuam ſupponit, & in illius manu eſt cor tuum, ſemen etiam C.T.R. in benedictione erit. Proinde ſi aliquando tentata fuerit (vt certe anno iam acto ad Turcici Solymanni aduentum fuit, qui vt alter Sennacherib non modo reac terras celſitudinis tuæ, ſed vniuerſam cruento rictu Germaniam, quaſi niGeneſi. 22 dulum aliquem comprimere inhiabat & conabatur) infractum Iobis animũ virtutemq; imitabitur. Cogitet idem Abrahæ, olim vſu veniſſe, quum ſuGeneſ. 37. per Iſaac vnigenito filio tentaretur. Et Iacob ſuper filio ſuo Ioſeph, ac reliquis omnibus. Neque Moyſen dei amicum tentatione caruiſſe. Dies me deficeret, ſi ex Ioſue, Dauidis, Heliæ, cæterorumq; regum, ducum, & principum Iſraelitarum veteris inſtrumenti hiſtoriis, calamitates enumerare perMatthæ. 4 rexero. Vt Apoſtolorum, diſcipulorum, ac ſanctorum omnium exempla taceam, ne Chriſtus quidem immunis a tentationibus fuit, qui a ſpiritu ductus in ſolitudinem ieiunans, tentatus eſt a tentatore diabolo, ac deinde in monte, & templi pinnaculo. Nimirum manet fortiter aduerſas tempeſtates ſuſtinentes tranquilla nauigatio, quoad in portum æternæ quietis feliciter Iob. 5 deuehantur. Deus virium noſtrarum conſcius, patienter quæcunque veniunt aduerſa perferentes, e tentationibus nos eripere, & e ſex tribulationibus, vt ne ſeptimum nos malum queat attingere, etiam cum noſtro prouentu nouit. Quid q; Lucæ vigeſimo primo: In patientia (Chriſtus inquit diſcipulis) veſtra poſſidebitis animas veſtras. Hanc itaque virtutem, cum conſiderarem omnibus hominibus in primis vtilem ac neceſſariam, declamationes e Iobis hiſtoria depromptas, quibus Vienneñ. vrbis populum, pluribus horum temprum, grauiſſimisq; calamitatibus oppreſſum, pro mea virili reficere ſtudui, ſub T.C.R. nomine ac patrocinio in publicum ædere voluit, poſthac plura, atque his fortaſſe meliora daturus. Quocirca ſacram maieſtatem tuam regiam oro atque obſecro, hoc animi mei ſtudium, ac promptiſſimam voluntatem placato animo, ſereno q; vultu ſuſcipere dignetur, atq; eo quo mea ſolet omnia fauore ſeu gratia potius amplecti, cui equidem ero, quoad vixero, addictiſſimus deuotiſſimusq;. Datum in inclyta tua vrbe Vienneñ. metropoli, tuæ ſuperioris Pannoniæ, prima die Iunij, Anno a nato Chriſto Ieſu. M. D. XXXIII.

A

IOHANNIS FABRI
EPISCOPI VIENNEN. SERMONES DE PATIENTIA.

SERMO PRIMVS.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? &c̃.

Verba ſunt viri illius ſimplicis, recti, timentiſq; deum, ac patientiſſimi Iob habitantis in Vſitide terra, Iob. II.

ARGVMENTVM.

De inſigni patientia, ortu, ac regione patientiſſimi Iobis.

B 

On ignoramus fratres in domino chariſſimi, vos iuſtiſſimas mœroris & luctus habere cauſas, quippe qui hac æſtate præterita, non ab hoſtibus modo, verumetiam ab hoc hominum genere, quorum aliqui ſub præſidij titulo ac amicorum prætextu aderant, maxima damna rerũ, fortunarum, atq; adeo poſſeſſionum veſtrarum perpeſſi eſtis indigniſſime. Siquidem peregrinarũ nationum nonnullis: non dico omnibus: militibus (qui tanquàm copiæ auxiliatrices conuenerant) nullo modo ſatis erat, botros & vuas perdere, tum etiam vites à ſtirpe vſq; radicitus euellere, agros, hortulosq; amœniores vaſtare, ni inſuper (vt verbo dicam) peſſima quæq; contra vos ac veſtra, cœlum terræ miſcendo, tentarent. Tandem vero poſt diſceſſum eorundem, peſtis vſqueadeo inclementer ſæuire cœpit, vt parum abfuerit, quin ciuitatem ipſam, ſolitudinem quandam ac deſertum videre cogamur, niſi clementiſſimus qui in altis habitat, percutienti angelo præceperit, vt enſem exterminantẽ retrahat. Cum vero ſpiritus domini prima vocatione me ad vos miſerit, vt vos omnes in anguſtijs ac tribulationibus veſtris, quantũ ex alto datum fuerit, conſolarer. Proin ad conſolationem & remediũ afflictionis veſtræ conſtitutũ eſt penes me, patientiã viri illius oñium, quos equidem ſacra ſcriptura celebrat, patientiſſimi Iob declarare vobis. Erat enim vir ille ſimplex, rectus, ac timens deum, recedensq; à malo, cui quoq; coram deo non inueniebatur ſimilis in terra. Interea vero nihilominus perdidit ille ſeptem millia ouium, tria millia camelorũ, quingenta iuga boum, quingẽtas aſinas, ac tandem ventus vehemens, irruens à regione deſerti, oppreſſit derepente ſibi ſeptem filios & tres filias. Neq; adhuc in his & tantis malis, aliquid

C ſtultum contra deum loquutus eſt, ſed ſcidit veſtimenta ſua, tonſoq; capite corruens in terram, adoranſq; dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtluit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen domini benedictũ. Quum autem percuſſus eſſet ille Iob vlcere peſſimo, à planta pedis vſq; ad verticem eius, ita vt teſta ſaniem raderet, ſederetq; in ſterquilinio, carperetur quoq; ab vxore ſua, dixit ad illam. Quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es: Si bona ſuſcepimus de manu dñi, mala cur ſuſtineamus? Qui habet aures audiendi, audiat. Sicut magna luminaria ac ſtellæ cœli per diem ac noctem ijs, qui in terra degunt, lucent, ac lumen præbent, ſic ſancti ſuis beatiſſimis agonibus exempla patientiæ præbent. Quod aũt ſydera ac luminaria cœli, ſanctis dei comparari poſſint, probat Apls, dicẽs: Stella differt à ſtella in claritate, ita & reſurrectio mortuorũ proculdubio ſanctorũ. Et angelus ad Danielẽ itidẽ probat, dicens: Tunc iuſti fulgebũt, quaſi luminaria cœli, & tanq̃ ſol & luna, & tanquàm ſtellæ in ſecula. Super quę vniuerſa etiam ipſe dominus in euangelio ait: Tunc iuſti fulgebunt (ait) in cõſpectu patris ſui qui eſt in cœlis. Sic itaq; fulgebunt & emicabunt omnes ſancti, non ſolum in tempore reſurrectionis, ſed & nunc in tempore huius præſentis ſeculi. Alius enim vt Abraham. Alius vero caſtitate lucet, vt Ioſeph. Alius nihilominus manſuetudine, vt homo dei Moyſes. Item vero alius conſtantia atq; tolerantia vehementium dolorũ, ſicut admirabilis Iob, de quo plurimus ſermo, de quo vehemens diſputatio, cuius ſanctæ virtutis inſignia cuius admirabilem conſtantiã, cuius inenarrabilem tolerantiam, cuius miſerabiles dolores, quis edicere, vel quis iuxta meritum præferre vel admirari valeat: quæ ſcripta ſunt Syrorum lingua, ſiue ab ipſo Iob, ſiue ab amicis eius? Vel vt cõmunis ſanctorũ dei hominũ probat opinio ab ipſo

Iob. 1

Iob. 2

1. Cor. 15

Dani. 12

Matth. 13

Moyſe,

Moyſe, fideli per omnia amico dei. Habuit idem ipſe Iob, non modo virtutem patientiæ, ſed D
& multis aliis præclaris prefulgebat donis, atq; virtutibus. Humilis fuit ille, de ſe enim ait: Si con
Iob.31 tempſi iudicium ſubire cum ſeruo meo, & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me. Hoſpi-
talis erat, quippe ſic ait: Foris non manſit peregrinus, oſtiũ meũ viatori patuit, Manſuetus fuit.
Iob.39 Sic enim ait: Quum ſederem quaſi rex circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſola-
tor. Eleemoſynarius erat, id quod inſinuat, dicens: Si comedi buccellam meam ſolus, & pupil-
Iob.31 lus non comedit ex ea. Quid dicam non modo ex teſtimonio ſcripturæ, ſed & ex ore dei? Iob
vir erat ſimplex, rectus, ac timens deum, atq; recedens à malo. Sic enim legitur: Quadam die
Iob.1 quum veniſſent filij dei, vt aſſiſterent coram domino, aſtitit etiam Satan, cui dominus ait: Vnde
veniſti? Et reſpondit Satan: Circuiui terram, & perambulaui & circuiui eam. Dixitq; ad eum do
minus: Nunquid conſideraſti ſeruũ meũ Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, ac re-
ctus, timensq; deum, & recedens à malo? Ecce qũo ex ore domini dei altiſſimi laudetur no-
ſter ille nunquàm ab homine ſatis laudatus Iob. Vnde illius in ſacris literis plus ſemel mentio
Ezech.14 fit. Ezechiel enim tres maximos volens commemorare viros, potentes prȩcatores apud deum,
tertio loco poſuit Iob. Sic enim ait: Si fuerint tres viri iuſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob,
ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, ait dominus exercituum. Iacobus autem Apoſtolus in ca
Iaco.5 nonica ſua ſic ait: Exemplum accipite fratres, exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patien
tiæ prophetas, qui loquuti ſunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos, q ſuſtinuerunt per-
dnrauerunt q; in patientia Iob, & finem demini vidiſtis, quoniam miſericors eſt dominus & mi
ſerator. Cyprianus, Chryſoſtomus, ac alij ſancti ſcripturarum interpretes ac Euangelij prȩco- E
Daniel.3 nes, mœrentem ac lachrymantem populum conſolari volentes, non modo Abrahã, tres pue-
Daniel.13 ros in camino ignis, Suſannam, Machabȩos atq; alios conſtantes viros commemorant, ſed prȩ
2.Mach.7 cipuo & primario loco patientiſſimũ ipſum Iob loco locare conſueuerunt. Ad horum imitatio
nem in veſtris tribulationibus, ærumnis, calamitatibus, poſſeſſionũ vinearumq; veſtrarum in-
audita vaſtatione, pro ſalute veſtra quatuor capita ex libro Iob, vobis ob oculos ponere ac de-
clarare ſtatuimus. Credũtur autem communi ſententia non modo quatuor hęc, prima quidem
duo & vltima capita à Moyſe, ſed & totus liber ſcriptus à Moyſe creditur. Dixerat ipſe Iob:
Iob.10 Quis dabit vt ſcribantur ſermones mei, & ponantur in libro in perpetuum. Creditur autem
paſſim à ſacrarum literarum profeſſoribus, quòd fuerit liber iſte in Arabia Syriace ſcriptus, ſi-
ue à Iob, ſiue ab amicis, & poſtea verſus ſit è Syro ſermone in Hebræum per Moyſen.
Eiusq; libri tanta authoritas eſt, vt non modo ſit receptus à ſynagoga, ſed & eccleſia eum
numeret inter eccleſiaſticos & canonicos libros, quiq; hiſce verbis ſumit exordium: Vir erat in
terra Huſs nomine Iob, id quod Hebraice legitur: Giſch haiah be eretz vz Iob ſchemo. Se-
ptuaginta vero verterunt, ἄνθρωπος τίς ἦν ἐν γῇ ὀνόματι Ἰὼβ ὄνομα αὐτοῦ, hoc eſt: Homo quidã fuit
in terra Vz, Iob nomen eius. Homo quidem fuit natura, homo, non iumentum, neq; beſtia,
homo vnus ex omnibus hominibus ſingularis, & præ omnibus iuſtus, perfectus, atq; ſyncerus,
(nanq; de paucis legitur, quod ſimplices recte timentes deum, ac recedentes à malo fuerint.)
Pſalm.143 Non ille homo, qui vanitati ſimilis factus eſt, neq; homo ille, qui quum in honore eſſet, non in-
Pſalm.40 tellexit, comparatus iumentis & inſipientibus, & ſimilis factus illis. Homo quidem erat patien
tiæ exemplum, conſtantiæ forma, & tolerantiæ iudicium. Homo quidem erat, quem innumeri F
beatum dixere, quem præſentes timuerunt, quem abſentes reueriti ſunt, quem angeli admirati
ſunt, quem diabolus admiratus eſt. Siquidem is antiqui draconis caput conculcauit, & ſcelera-
tum diabolum in fugam vertit. Homo quidem fortis belligerator, qui omnes diaboli exercitus
vicit. Homo non ſerpens nequitiæ, non equus luxuriæ, non mulus ignauiæ, non vulpes aſtutiæ,
non ſcorpio inuidiæ fuit, ſed homo erat immuculatus, incontaminatus, & vere ad imaginem &
ſimilitudinem dei factus. Et hoc eſt, quod eum quaſi ſingulari prȩconio ſcriptura virum vocat,
Exod.11 & dicit: Vir quidam erat in terra Vz. Mos eſt enim ſcripturæ ſanctæ, quando vidit extollere
hominem, vt eum virum vocet. Sic de Moyſe legitur: Fuit Moyſes vir magnus valde in terra
Aegypti. Sic primus Regum liber (quem Hebræi Samuelem vocant) hoc habet initiũ: Fuit vir
Pſal.1 vnus de Ramatha in Saphim de monte Ephraim, & nomen eius Helcana. Deinceps vero ca-
pite libri Pſalmorum deſcribitur: Beatus vir ille æterna beatitudine dignus. Vere ergo vir fuit
(quemadmodum exitus rerum ſuarum docebit) ipſe Iob. Vir autem ille fuit in terra Vz, nec il-
lic fruſtra adiectum eſſe arbitreris, quod fuerit vir in terra Vz. Habitabat enim in regione Vſi-
tide, & qui ſunt hi Vſitidæ? Iuxta Origenis Adamantij ſententiam, genus nimirum Eſau, poſte
ritas atq; tribus Edom. Nempe Vſitides, & Atinęi, & Euchęi, & Temanithæ, & cæteræ omnes
tribus ex cognatione atq; proſapia Eſau filij Iſaac (qui & Edom cognominatus eſt) fuerunt. Et
fertur ex veteribus hiſtorijs, Iobem noſtrum habitaſſe in finibus Idumææ & Arabiæ. Et quod
fuerit illi aliquando nomen Iobab, quodq; acceperit vxorem Arabiſſam, & genuerit filium quẽ
vocauit Emon. Erat autem ipſe filius quidem Zareth, de Eſau filijs filius, de matre vero Boſra,
ita vt ſit quintus ab Abraham. Et hi ſunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipſe regna-
uit. Sed

A uit. Sed primus in ea regnauit Balach filius Beor, & nomen eiusdem ciuitatis Denaba, post hũc aũt Baruch, post eum Iobab, qui vocatur Iob, post Iob aũt Hussan, qui erat dux ex Temanorũ regione, & post illum regnauit Adar, filius Gedath, qui excidit Madian in campo Moab, & nomen ciuitatis eius Anith. Cæterum illi ipsi Vsitidæ & Idumæi, quos nunc Arabes vocamus, de familia fuere Esau. Erant aũt Vsitidæ impij, iniusti, infideles, obscœni, insatiabiles, sicut & pater eorum Esau, de quo dictum est à sanctis: Nemo sit obscœnus & insatiabilis sicut Esau. Quum esset ergo talis ipse Esau, non filios suos ad pietatem neq; iustitiam, quam ipse quoq; non sectabatur, sed impietatem eos docuit & iniustitiam, imò & infidelitatem. Quod si mihi dixerit quispiam, Quum talis ergo fuerit Esau, atq; generationes eius, quomodo fuit Iob ex illis, atq; inter illos pius bonusq;? Ita fuit, quẽadmodũ mox in principio Abel innocens, cum Cain iniusto. Si cuti Noe iustus, inter gigantes illos sceleratos, Sicuti Melchisedech ille sacerdos dei altissimi, in medio maledictoꝝ Chananæorum, Vti Abraham, qui credidit in medio Chaldæorũ idola colentium, Vti Tobias in medio Babylonici regni. Veluti ergo isti omnes, quum essent pij ac sancti, tum maxime religiosi dei amici, ex impiorum sunt generationibus procreati, ita & admirabilis Iob, quum ex obscœni atq; insatiabilis Esau genere, tum cognatione prodierit, sanctus tamen atq; iustus sponte effectus est, Hoc scilicet demonstrat, dicens: Homo quidam erat in regione Vsitidæ, Erat quippe illic tanquã rosa inter spinas, tanquã lilium inter tribulos, candidus ac rubeus: candidus fide ac sanctitate: rubeus velut rosa pœnæ, quã sustinuit dolore ac pas-
B sione. Homo quidẽ erat in regione Vsitidæ, erat tanquã columba inter raptrices aquilas, tanquã agnus in medio luporũ diripientium, tanquã stella in medio nubium teterrimarũ. Homo quidem erat iustus inter iniustos, inter prophanos sanctus, inter obscœnos mundus, pius inter impios, bonus inter malos, tanquã smaragdus in luto, tanquã margarita inter arenam. Sic nanque erat memoratus homo ille in regione Vsitidæ. Quum inter pessimos itaq; habitaret ac esset, nõ fuit tamen æqualis illis, quum inter impios esset, non declinauit ad impietatem, quũ conuersaretur inter infideles, non abijt ad infidelitatem: quũ esset inter iniustos, non est commixtus iniusti tiæ, sed permansit in medio impiorũ, tanquã murus ahæneus immobilis, tanquã lucerna inextinguibilis, tanquã lumen quod non immutatur, tanquã radius qui non occidit. Propterea in laudem illius plurimũ cedit, q; vir ille fuerit ac perstiterit in terra Hus. Ita aũt perstitit, vt satana authore, quando perdidit omnia bona, iam etiam in maxima afflictione corporis exclamauit: Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Et vos ò charissimi ciues & in Iob. 2
colæ huius inclytæ Viennen. vrbis, in memoriam reuocate, ac ob oculos vestros ponite, aurea illa ac multis nominibus felicissima secula, quibus patres, aui, attaui, proauiq; vestri, sub archiducibus Austriæ, non nisi tranquillissima in pace, ac pacifica in tranquillitate vixerunt. Quid autẽ maiorum fortunas repeto? quasi vero & memoria nostra (quod ad præsentẽ in his terris vitam pertinet) iam multis retroactis annis nobis quicquã defuerit. Nam quoquo te vertas, ex omni
C parte admirabiles rerũ naturæ thesauri, dona videlicet dei, sese subinde offerunt, quibus vos affluenter beatos esse ipsimet fateamini oportet. Siquidem si attestantibus sacrarũ literarũ historijs, deo Opt. Max. grande quippiam visum est, vt alicui benedictionẽ vini, olei, ac frugum largiretur, tum certe modo gratiosis, confiteamini licet, eius benignitatis vos abunde satis participes factos, maxime vbi regionis Austriacæ situm longe lateq; contemplemini. Nonne montes, qui alibi aut dura cœli inclementia frigent, aut saxorũ asperitate squallide horrent, penes vos circa mirabili copia, iuxta ac felicissimo prouentu vitium, tanta vbertate virent, vel rident potius, vt methymna (cuius plericq; Geographi meminere) in comparationẽ posita, sese victam ab Austria ingenue agnoscat? Hæc porro, vt iucunda aspectu, ita si ex vsu quis censeat, longe q̃ pretiosissima existunt. Deinde si paulo accuratius consideres cætera, atq; oculos circumferas in conuallibus (proh alma Ceres) q̃ vndiq; & vndiq; agri ac prata sunt, quorũ fertilitatem glebæ, exuperantia messis comprobat, eo vsq;, vt Gargaræ Mysiæ oppido, frugum feracissimo, nõ im
F merito coæquari possint. Hoc aũt loci, q̃d attinet cõmemorare hortorũ ad mœnia vestrę vrbis exquisitissimã culturam? quos non tam ex arborũ frugiferarũ, q̃ herbarũ ac flosculorũ amœnitate, scite insulas dixisses fortunatas. Verũ posteaquã verus dei cultus contemptui habitus, amor q; proximi in cordibus multorũ refriguit, atq; adeo illis paulo ante enumeratis dei muneribus, per luxus intemperantiam maligne simul & ingrate abuti cœptũ est. En hinc ex quatuor funiculis, nempe gladio, fame, peste, ac malis bestijs, flagellum dei nostris capitibus, minime (quod heu nimium sensimus) peperit.

Gene. 4.
Gene. 6
Gene. 14

SERMO II.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c.

Verba sunt viri illius simplicis, recti, timentisq; deum, ac patientissimi Iob habitantis in Vsitidæ terra, Iob. j. D

ARGVMENTVM.

De candida simplicitate Iobis,

Iob. j.



Declaratum est superiori sermone, quis Iob fuerit, & vt habitauerit optimus inter pessimos in Vsitidæ regione gentilium, nunc sacra scriptura docet, qualis vir ille fuerit, inquiens: Et erat vir ille simplex & rectus, ac timens deum, & recedens à malo. Ecce ex præclaris & insignibus quatuor virtutibus laudatur ipse Iob. Si recte verba perpenderis, sunt hæ cardineæ virtutes quatuor, longe præcellētiores ijs, quas tanto studio Seneca olim edisseruit. In his em̄ fere vtriusq; testamēti cardo vertitur. Proponuntur aūt omnibus nobis, vt à simili exemplo discamus & nos esse simplices, recti, timentes deum, ac recedentes à malo. Et ob id non modo a sacris sacrarū literarum doctoribus, sed etiam ab Apostolis, Petro, Paulo, atq; alijs frequenter acta diuorum & vita proponuntur. Imo ad hoc acta apostolorum scripta sunt, vt eorū incumbamus imitari vestigia. Hinc Abel in exemplum trahi- E

Genesis. 4 tur, vt & ipsi discamus meliora & pinguiora quæq; offerre domino, nam obtulit ille de primo

Genesis. 5 genitis gregis, & de adipibus. Sic Enos proponitur, qui cœpit inuocare nomen domini, vt & nos simili modo inuocemus nomen domini. Et Enoch ipse, quod ambulauerit cum deo, eo pro

2. Petri. 2 ponitur, vt & nos eodem exemplo ambulemus cū deo. Noe vero cōmemoratur à Petro, q̄ in generatione alioqui pessima, ipse iustus fuerit coram domino atq; perfectus, vt & pariformiter

Gene. 22 ipsi iuste viuamus corā domino. Abraham autem exemplum est obedientiæ, obediuit em̄ voci domini, ita etiam vt extolleret vnigenitū suum filium, quem diligebat Isaac, & hunc per obedientiam immolare voluit. Et propterea toties in scriptura legitur: Credidit Abrahā deo, & re-

Gene. 15 putatum est illi ad iustitiam. Credidit em̄ spem habens præter spem, vt & nos nimirū obedia-

Roma. 4 mus, & fideles, nec increduli simus. Iacob autē, qui & alio nomine Israel dicitur, propter toleran-

Gen 28 tiam laboris, tribulationū atq; calamitatum in Mesopotamia, in Aegypto & alijs locis suæ peregrinationis, vt & ipsi tolerantiam addiscamus. A Ioseph autē filio Iacob discere licet ac datur, vt discamus pro malo retribuere non quidem malū, sed vincere in bono malum, quemadmodū & ipse Ioseph fecisse legitur, qui benefecit etiam fratribus suis, qui pro viginti argenteis eum Ela-

Exodi. 32 mitis vendiderunt. A Moyse vero mansuetudinē discimus. Erat em̄ Moyses (quemadmodum de seipso testatur) vir omnium mitissimus, qui toties mansuetudine sua mutata, & à deo infusa pro murmurantibus, mussitantibus & rebellibus intercessit, ita vt vere legatur Psal. 105. Dixit vt disperderet eos. Si non ipse Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu domini. F Quod si quis fiduciam contra aduersa discere velit, ecce sibi Iosue ponat ob oculos. Iob aūt vir ille simplex, rectus, ac timens deum, in speculū patientiæ obijcitur. Non satis erat hunc perdidisse oues, camelos & asinas, quin etiam quod maximum erat, amisit filios & filias omnes, ita vt ne

Iob. 2 vnus quidem superstes euaserit. Præterea non satis erat, hunc in bonis ac rebus tentatum esse, ni si insuper percussus esset vlcere pessimo, à planta pedis ad verticem, ita vt etiam testa tergeret saniem eius multiplicem. Et in his medijs malis, non solum amicos, sed & ipsam vxorem propriam aduersantes habuit. Ipse vero Satan non tantū bonis corpori nocere voluit, sed & animā perdere cupiebat, si non prohibuisset ipse dominus. Quamobrem aūt tam virtuoso, iusto, & sancto viro tot aduersa contigerint, in sequentibus declarabimus. Quantū vero ad præsens institutum attnet, ecce Iob pro doctrina tua laudatur, vt vir ille simplex fuerit. In Hebræo legit, Tam,

Gene. 25 Quæ quidē dictio, simplicem, innocentem, perfectū, immaculatū, & integrum virum significat.

Gene. 6 Sic Iacob vir simplex fuit, sic Noe vir iustus ac perfectus, sic immolant arietes duo immaculati,

Exod. 29 sic innocentes & recti adhæserunt mihi, inquit Dauid. Et in his locis omnibus Hebræa lingua

Psal. 24 vtitur his dictionibus, tam, tama, temimim. Et in alio loco Septuaginta plene ac absolute volentes bonā habitudinem Iob illius describere, καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ἀληθινός, ἄμωμος ἀνὴρ ἁπλοῦς καὶ φοβούμενος τὸν θεὸν ἀπεχόμενος, ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. Hoc Origenes Adamantius sequutus est, multisq; verbis declarat, quomodo Iob verax, cæterū immaculatus extiterit, atq; etiā simplex. Et hæc tria, videlicet verax, immaculatus, & simplex, ex vna dictione Hebræa, Tam, Septuaginta interpretes depsumpserunt, non ignorantes vim & virtutem dictæ dictionis Hebrææ. Noster vero diuus Hieronymus, pro ea dictione, simplex, vertit ac posuit id, quod alioqui ἀπλοῦς dici posset, proculdubio sciens, quid & quantū præstet apud deum, si quis simplex fuerit

Prouer. 2 ac sit. Sic em̄ Salomon ait: Qui recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea.

Et itera-

A Et iterũ: Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, q̃ diues in prauis itineribus. Atq; iterũ: Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona. Et ipse Dauid orans, inter cætera clamat ad dominũ: Scio deus meus, q̃ probes corda, & simplicitatem diligas. Vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum, qui hic repertus est, vidi cũ ingenti gaudio tibi offerre donaria. Sic laudatur ipse Iacob, q̃ vir simplex fuerit, habitans in tabernaculis. Laudãtur & alij, q̃ simplices fuerint, quales fuerũt Machabæi. Sed in Euangelio, q̃ primum spiritus sanctus apparuit visibiliter in simplicis columbæ specie, ecce simplicitatis doctrina præfulgere cœpit, nam dominus & saluator noster non solum voluit, vt oculus noster simplex esset, sed & his verbis docuit: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Voluit enim vt apostoli deuitarent per prudentiam insidias, & per simplicitatem non facerent malũ. Serpentis astutia ponitur in exemplũ, quia toto corpore occultat caput, & illud in quo vita est protegit. Ita & nos toto periculo corporis, caput nostrum (qui Christus est) custodiamus. Simplicitas columbarũ e spiritus sancti specie demonstratur. Vnde dicit Apostolus: Malitia paruuli estote. Oseas ille propheta super Ephraim prophetans, ait: Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Columbã seductam esse dicit insipientem, quia est columba etiam sapiens, quæ dicit in psalmis: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam, cuius pennæ deargentatæ sunt, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Quum itaq; iunxit serpentẽ & columbã dominus, hoc innuere voluit, q̃ prudentia absq; bonitate, malitia, & simplicitas absq; ratione, stultitia nominetur: & q̃ prudentes simus ad bonũ, simplices autẽ ad malum. Et hæc simplicitas ex natura columbæ deducitur. Columba enim non calcat pedibus, cornu neminẽ impetit, pro cantu gemitum reddit. Mansuetissima quidem auis est, etiam quæ post diluuium nuntia pacis erat, Noe nanq; columbã emisit, quæ non instar corui non reuertebatur, sed portauit ramũ oliuæ virentis in ore suo: ea propter pro nuntia reconciliationis in scripturis habetur, & ob id pulli columbarũ, iuxta legẽ, pro sacrificio dantur. Et quatuor Euangelistæ concordibus votis describunt, spiritũ sanctũ in corporali specie columbæ descendisse de cœlo, Et ipsa sponsa: Vna est columba dilecta, &c. Ita quidem dñs & magister noster Iesus Christus præcepit apostolis, vt essent illi simplices sicut columbæ. Simplices esse eos voluit, non duplices, Nam væ his est, qui duplices sunt corde. Et iuxta Iacobum: Vir duplex inconstans est in omnibus vijs suis. Duplex aũt, non simplex est, qui aliud ore loquitur, & aliud gestat in corde, mel in ore, fel in corde, à cuius pollicitis diues eris, in facto nihil habebis: quippe pollicitis diues quilibet esse potest. Et hoc est quod à Laberio Mimo (ita referente Macrobio) à Cæsare in senatu lecto, Ciceroni obijcitur, duabus sedere sellis, deq; vna fidelia duos velle dealbare parietes, vnaq; hora binos lepores insequi. Hi sunt inquam, de quibus Psal. 27. hisce verbis dictũ est: Loquuntur pacem cũ proximo suo, mala aũt in cordibus eorũ, & gladius in labijs eorũ. Et rursus alibi de his idem Psaltes hæc cecinit: Non est in ore eorũ veritas, cor eorũ vanum est. Linguis suis dolose agebant, venenũ aspidũ sub labijs eorum. Dicunt C pax pax, & non est pax, Osculum præbent, & occulto gladio iugulant, in quo officio vel primi nominis Iudas Iscariothis erat, qui etiam osculo tradidit filium hominis, & direxit super eũ supplantationem. Talis non erat noster ille Iob, simplex enim erat, ea nimirũ simplicitate, qua etiam laudantur apostoli, de quibus ita scriptũ est: Sumebant cibũ cum exultatione & simplicitate cordis. Præcipui enim ex apostolis simplices piscatores fuere. Hanc simplicitatẽ valde laudatã esse à Paulo, fere omnes illius testantur epistolæ: nempe Romanis in hæc verba scribit: Volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Ephesios hisce verbis docuit: Serui obedite dominis carnalibus cũ timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Et deinde quasi in eandem sententiam Colossensibus scribit, dicens: Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculũ seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes dominũ. Hæc est illa simplicitas, quam toties ipse Paulus Corinthijs inculcat: Gloriam enim suam esse putauit, quod apud Corinthios & in hoc mundo conuersatus esset, in simplicitate cordis, & nõ in sapientia carnali. Proin ad simile exemplũ valde solicitus erat, ne Corinthij à via simplicitatis exciderẽt, ad eos enim ita scribit: Timeo ne sicut serpens Euam seduxit, astutia sua, ita corrumpãtur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Diligentissimus itaq; fuit apostolus Paulus, vt simplicitatem cordis prædicaret. Nõ enim ignorabat verbum sapiẽtis in simplicitate cordis, quærendum esse dñm. Nec minus Simon ille Petrus, de hac re solicitus fuit. Sic enim dispersos in gẽtibus instituit: Simplici corde inuicẽ diligite. Et vos ab exemplo patientissimi viri Iob eadẽ cogitate, vt qui in Vsitide regione, inter peccatores iniquos, quasi Loth inter Sodomitas habitãs, simplici corde ambuletis, & erit vobis dñs merces magna nimis. Fiat fiat.

Prouer. 28
1. Para. 29
Gene. 25
1. Mach. 2
Matth. 6
Lucæ. 11.
Matthę. 10
1. Cor. 14.
Osee. 7
Psal. 57.
Psalm. 67.
Gene. 8
Leui. 5. ĩ 46
Matth. 3
Marci. 1
Lucæ. 3
Iohan. 1
Cantic. 6
Eccle. 2.
Iacobi. 1.
Hiere. 8
Luc. 22
Acto. 2.
Romañ. 16
Ephe. 6
Colos. 3
2. Cor. 1
2. Cor. 11
Sapiæ. 1.
1. Petri. 1.

SERMO III.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus: &c.

Verba sunt viri illius simplicis, recti, timentisq; deum, ac patientissimi Iob habitantis in Vsitide terra, Iob. ij. D

ARGVMENTVM.

De iustitia & rectitudine Iobis.



NON solum simplex erat ipse Iob, sed & rectus, id quod Septuaginta εὐθὺς posuerunt, nam in Hebræo habetur Iaschar. Significat aũt Iaschar rectum & æquum, & eum qui in directum vadit. Sic in primo regnoꝝ libro legitur: Ibant in directum vaccæ. Et in Psalte regio: Rectum est verbum domini. Et in libro Iudicum: Vnusquisq; quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Rectus est, qui non declinat, neq; ad dexteram, neq; ad finistram, sed proficiscitur ac ambulat via regia. Id quod sæpe Moyses cum Israelitis se facturum in transitu pollicebatur. Iaschar etiam. i. rectus ille vocatur, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, qui munera super innocentem non accepit, qui non iuratuit in dolo contra proximum suum. Nec absq; ratione hoc scriptum esse arbitramur, quod ipse Iob, quũ inter orientales ditissimus esset, in ouibus, camelis, bobus, &c. habebatq; familiã multã nimis, essetq; vir magnus inter omnes orientales, quod de ipso scriptura prædicet, eum fuisse rectum, quasi scriptura dicat, nullo dolo, nulla mala arte, aut mendacijs, seu astu accessisse illi diuitias & possessiones. Discãt hic huius seculi diuites, vt & ipsi Iascharim, hoc ẽ recti & æqui sint. Taxantur hic, qui diuitias falso pondere, ac falsa mensura, vndecũq; per fas, nefasq; corradunt, contra quos ita in veteri lege præceptũ est: Nolite facere iniquum alicui in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æquusq; sextarius. In alio rursus, hoc est quinto libro Moysi, ita mandatũ est: Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor, pondus habebis iustũ & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore sũper terram, quam dñs deus tuus dederit tibi. Abominatur enim dñs eum, qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiã. Taxantur & hic vsurarij, quoꝝ negotiationes ac doli mali, toties in scriptura sacra prohibentur. Sic eñ prohibuisse dñm legimus: Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum, quasi exactor, nec vsuris opprimes. Rursus in alio loco: Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, nec accipias vsuras ab eo, nec amplius q̃ dedisti. Time deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te, pecuniam tuã non dabis ei ad vsurã, & frugum sũperabundantiã nõ exiges. Cæteꝝ in eodem Deuteronomio sic legitur: Nõ fœneraberis fratri tuo ad vsurã pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem. Fratri tuo absq; vsura, id quo indiget accommodabis, vt benedicat tibi dominus deus tuus, in omni opere tuo, in terra, ad quam ingredieris possidendam. E F Hinc est, quod in spiritu Dauid interrogans, ait: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? & respondit: Qui pecuniã suam nõ dedit ad vsurã. Ezechiel ille propheta iuxta fluuium Chobar, ait: Vir si fuerit iustus, & ad vsuram non cõmodauerit, & amplius non acceperit, hic iustus est, & vita viuet, dicit adonai dominus. Porro in Euãgelio legitur: Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Vide vt Ezechiel ac Euangelium inter se cõueniant. Putãt quidam vsuram tantum esse in pecunia, quod præuidens scriptura diuina, omni rei aufert abundantiam, vt plus non recipias q̃ dedisti. Solent in agris frumenti, & milij, vini, & olei, cæterarumq; specierum vsuræ exigi, siue vt appellat sermo diuinus, abundantiæ. Verbi gratia: Vt hyemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. Qui iustissimum se putauerit, quartam plus accipiet portionẽ, & solent argumentari ac dicere, dedi vnum modium, qui satus, fecit decem modios. Nõne iustum est, vt mediũ modiũ deo meo plus accipiã, cum ille mea liberalitate nouem & semis de meo habeat? Nolite errare, inquit apostolus: Deus nõ irridetur, respondeat eñ nobis breuiter fœnerator misericors, vtrum habenti dederit, an non habenti? Si habenti, vtiq; dare non debuerat, sed dedit quasi non habenti, ergo quare plus exigit, quasi ab habente? Alij pro pecunia fœnerata, solent munusc̃ula accipere diuersi generis, & non intelligunt vsuram appellari & superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo, quod dederint plus acceperint. Taxantur insuper fures & latrones, contrectantes & sustollentes clam res alienas, contra voluntatem domini. Et hi ipsi prohibẽtur in lege hisce verbis: Qui furatus fuerit hominẽ, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. Et iteꝝ: Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit, quinq; boues pro vno restituet, & quatuor oues, pro vna oue. Si effringẽs fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus,

I. Regũ. 6. Psalm. 32. Iudicũ. 21. Psalm. 14 Leuitic. 16 Deute. 25. Exodi. 22. Leuitic. 25 Deuter. 23 Psalm. 14. Ezech. 18 Luce. 6. Galat. 6 Exodi. 21 Exodi. 22.

A inuentus,& accepto vulnere mortuus fuerit,per cussor non erit reus sanguinis. Quod si orto so-
le hoc fecerit,homicidiũ perpetrauit,& ipse morietur.Si non habuerit, quod pro furto reddat,
ipse venundabitur.Si inuentum fuerit apud eũ,quod furatus est viuens,siue bos,siue asinus,siue
ouis,duplum restituet.Ecce in veteri lege pro furto pœna corporis non irrogatur,id q̃d & ex
Salomone deprehenditur,dicente:Non grandis est culpa,quũ quis furatus fuerit,furatur vt esu- Prouer. 6.
rientem impleat animã.Deprehensus quoq; reddet septuplum,& omnẽ substãtiã domus suæ
trader,& liberabit se.Sub Euãgelio vero Paulus docuit,dicẽs:Fratres, nolite errare, neq; fures, 1.Corint.6
neq; auari,neq; rapaces,regnũ dei possidebũt.Vide vt vetus testamentũ cum nouo cõcordet.
Vetus quidem toties ait etiã inter præcepta decalogi:Furtum nõ facies.Ipse vero dñs in Euan- Exodi.20.
gelio homicidia & furta,malas esse cogitationes ait.Proin,qui olim furabatur, iam nõ amplius Marci.7
furetur,ait apostolus:Sed de bonis & diuitijs male quesitis,vnusquisq; sistat & stet coram dño, Ephes.4
quemadmodũ Zachæus ille princeps publicanoꝝ & dicat,domine,ecce dimidiũ bonoꝝ meo- Lucæ.19.
rum do pauperibus,& si quid aliquẽ defraudaui,reddo quadruplũ.Solent em̃ iusto iudicio dei,
mala quæsita pessime dilabi,id quod quotidiana experientia discimus,& sæpe tollit fiscus,quod
non accipit Chrũs.Iob ille noster,quod rectus erat,nec de male quæsitis conscientiã læsam ha-
bebat,eapropter qñ oues,camelos,iuga boum,& asinas perdidit,oĩm istaꝝ rerꝝ duplicia acce-
pit.Nam pro septem millibus ouiũ,facta sunt ei quatuordecim millia ouium.Et pro tribus mil
libus camelis,sex millia camelorꝝ,pro quingẽtis iugis boum,mille iuga boum. Pro quingentis Iob. vlt.
B asinis,mille asinæ.Sic itaq; dñs benedixit nouissimus Iob,magis q̃ principio eius. Ad absterren
dum itaq; oẽs auaros,q diuitias suas iniuste quæsierunt,breui sentẽtia,qd futuꝝ sit,declarat dñs
dicẽs:Quid prodest homini,si mundũ vniuersum lucret,aĩæ vero suæ detrimẽtũ patiatur? Aut Matth. 16
quã dabit hõ cõmutationẽ pro aĩa sua? Faciamus itaq; quẽadmodũ hodie fecit in euãgelio Re- Iohan.4
gulus,qui se totũ & filiũ suũ credidit dño,& sanatus est filius eius.Nõ simus supra modũ de cra Matthæ. 6
stino solicíti,sed cõsideremus volatilia cœli,quæ neq; serũt,neq; nent,& tñ pater cœlestis pro-
uidet illis.Recti simus & æqui ab exẽplo Iob,& erimus diuites in deũ.habebimus quoq; thesau
rum in cœlo,quẽ neq; tinea,neq; erugo cõsument, neq; fures effodient. Fiat fiat.

SERMO IIII.

Si bona suscepimus de manu domini,mala autem
cur non sustineamus? &c. Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De timore dei quem Iob vnice seruauit.

C 

Ommendato ipso Iobe,ab eo quod simplex ac rectus fuerit,iuxta ve
ritatem Hebraicam, laudatur esse Irea elohim.Et iuxta Septuaginta,
καὶ φοβούμενον τὸν θεόν,Latine timens deũ.Et hæc laus potissima est,
quæ ipsi Iob duplicia post perpessas calamitates restitui fecit. Timor
nempe dñi,multa commoda & multos fructus affert,id quod plus se- Psalm. 14.
mel in sacra scriptura probatur.Sic enim scriptura dicit:Ad nihilũ de- Iudith.16
ductus est in conspectu eius malignus. Timentes autem dominũ glo
rificat.Iudith illa mulier famosissima sic cecinit:Qui timent te, magni Psal. 33
erunt apud te per omnia.Et iteꝝ ipse Dauid: Timete dominum oẽs
sancti eius,quoniam nõ est inopia timentibus eum.Diuites egerũt &
esurierunt,inquirentes aũt dñm,non minuentur omni bono.Et idem cytharœdus alibi in spiri-
tu sic cecinit,Psal.146.Non in fortitudine equi voluntatẽ habebit,nec in tibijs viri beneplacitũ
erit ei.Beneplacitum est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia
eius.Et hoc ipsum est,quod ænigmatice in Euangelio legitur:Omni habenti dabitur,ei autẽ & Matthę. 15
qui nõ habet,id quod habet auferetur ab eo.Vnde Tobias volens erudire iuniorem filiũ suum, Lucæ.19
quẽ docuit ab infantia timere deũ,inter cætera dicit:Multa bona habebim⁹,si timuerimus deũ. Tobiæ.1.
Eapropter posthac mirari noli,quod sint & inueniantur multi,quoꝝ parẽtes post se hæredita
tem reliquerunt amplissimã,& diuitias multas, quæ omnes euanuerunt & euanescunt quotidie
quãdo filij dissipant bona,instar filij illius prodigi.In promptu enim causa est, quod ἄθεοι sunt,
non viuentes in timore domini.Omnibus enim timentibus deum, redundant torcularia. Hinc
est,quod de obstetricibus Aegyptiacis legitur:Quia timuerunt obstetrices deum, & non fece- Exodi.1
runt iuxta præceptum regis Aegypti, vt masculos Hebræoꝝ interficerent. Propterea domi-
nus deus ædificauit illis domos,& non solum illis,scilicet obstetricibus,sed & earundem filijs,id

quod ex eo manifestum fit, quod veritas Hebraica sic habet: Asach attembattim, vbi iuxta grā- D
maticam legendum esset in fœminino genere atten, sed Hebraica veritas habet battim in mas-
culino genere, quasi dictura non solum obstetricibus, sed & earundem filijs & filioꝝ filijs æ di-
ficauit dominus domos. Propterea textus bis laudat obstetrices ab eo quod timuerint dominū,
& mercedem timoris dominici vltimo declarat. Nec sine causa Dauid inter cætera exclamat
Psalm. 30. Quàm magna est multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te. Et iterum: Volū-
Psalm. 144 tatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Salomon au-
tem oīm sapientissimus, filio suo sub alphabetico numero, finem facturus prouerbijs suis, sic te-
Proue. vl. status est: Fallax gratia & vana est pulchritudo. Mulier timens dominū, ipsa laudabitur, sed &
Iesus filius Sirach, præ cæteris omnibus timorem domini prædicasse & extulisse videtur. Sic em̄
ait: Timor domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor domini delecta-
bit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum. Timenti dominū bene erit in ex-
tremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Initium sapientiæ timor domini, ait non modo
Psal. 110. Dauid, sed & filius eius. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non pote-
Proue. 1. 9. rit iustificari. Beatus homo, cui datum est habere timorem dei. Et ille filius Sirach, posteaq̄ mul
Eccle. 1. ta & præclara de timore domini prædicauerat, ecce subito fœlicitatem timentis dominū, hisce
Eccle. 25 verbis expressit: Non est super timentem dominum. Timor dei super omnia supponit. Et rur
Ecci. 33. sus: Timenti dominum non occurrent mala, sed in tentatiōe deus illum conseruabit & liberabit
Luc. 1. à malis. Quin & in Euangelio diua virgo Maria sic cecinit: Misericordia eius à progenie in p-
1. Petri. 2. genies timentibus eum. Deinde Petrus ipse: Deum timete inquit, regem honorificate. Num ve E
ro rex fit magis timendus, q̄ ipse deus, docuit ipse Tobias, de quo sic legitur: Tobias plus timēs
Tobiæ. 2 deum q̄ regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & medijs noctibus se-
Abdiæ. 3. peliebat ea. Et Abdias. 3. Regū. 18. Simili modo potius deum quàm regē Achab timuit. Erat au-
tem Abdias dispensator domus Achab, & quum interficeret Iesabel prophetas domini, tulit ille
centum prophetas, & abscondit eos quinquagenos in speluncis, & pauit eos pane & aqua. Ec-
Acto. 5. moti hisce exemplis, apostoli docuerunt, oportere plus obedire deo quàm hominibus. Magis
ergo timēdus est deus, qui etiam potest perdere animam, in gehennam q̄ ignis damnare, quàm
is etiam, si vel Herodes in Iudæa, vel Dionysius in Siracusa, qui corpus occideret. Quòd autem
timendus sit dominus, hoc ex multiplici præcepto sacrarum literarum manifestum fit. Sic enim
Deuter. 6. in Deuteronomio legitur: Dominum deum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius non
Deute. 17. iurabis. Et propterea rex in Israel Thorach. i. legem domini, & volumen legis à sacerdotibus
Leuiticæ tribus, accipit, legitq̄ in eo, omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum. Et
Iosue. 4. ipse Iosue valedicturus populo, inter cætera mandat: Timete dominū (inquit) & seruite ei cor-
de perfecto atq̄ verissimo. Ipse quoq̄ Samuel ad populum prædicans, inter cætera dicit: Absit
à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonā & rectā.
Quod si quis ad rem suam domesticā duntaxat oculos intendere velit, audi quid sibi ex timore
1. Regū. 12 domini imperare liceat. Sic autem propheta Dauid cecinit: Beatus vir qui timet dominum, in
Psalm. 111. mandatis eius volet nimis, potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur, glo-
Psalm. 127 ria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Et iterum: Beati omnes qui F
timent dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum qui manducabis, bea-
Ibidem tus eris. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui, ficut nouellæ oliuarum in
circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus
ex Sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum
pacem super Israel. Quod si scripturæ credere nolis, ab experientia rerum magistra disce, & in-
uenies raro dari filios & filias diuturnæ vitæ ijs, qui sunt sine timore domini. Quod si aliquādo
dantur malis, ex misericordia & liberalitate dei Opt. Max. non in consolationem, sed in flagel-
lum sæpe dantur parentibus. Tali modo pessime fuere educati Ophni & Phinees duo filij He
li. 1. Regum. 2. Propterea autem, quòd noster ille Iob timuit dominum, idcirco nati sunt ei se-
ptem filij, & tres filiæ. Et quum per Satanam ex permissione dei ita fieret, vt interirent & filij &
filiæ, adhuc quum perstaret Iob in timore domini, nati sunt denuo, illi septem filij & tres filiæ.
Licet autem primæ filiæ fuerint anonimæ, tres autem posteriores nomina sua habent in scri-
pturis notissima, id quod alioquin rarissimum in scriptura existit, quod filiarum nomina, tam di-
Iob. vlt. ligenter quàm virorum recenseantur, sed & hoc adjcitur, quod non sint inuentæ mulieres spe-
ciosiores filiabus Iob, in vniuersa terra. Vides itaq̄, quomodo in omni loco, & per omnem oc-
casionem, dominus deus timentes se glorificat, impios autem & immites aspernatur & punit,
Matth. 18 id quod hodiernum Euangelium, illiusq̄ parabola declarat. Nam seruus, cui donati fuerunt de
cem millia talenta, qui fecit conseruum suum conjci in carcerem, traditur tortoribus, quousq̄
redderet vniuersum debitum. Timet vere dominum, qui considerat dominum videre omnia.
Psalm. 43 Ipse enim nouit abscondita cordis. Qui scrutatur corda & renes, à quo nihil est absconditū, sed
Hiere. 13 illi manifesta sunt omnia. Hinc stultus ille Adam vocanti domino stulte respondit: Adam (inqt

dñs)

A dominus) vbi est? Qui ait: Vocē tuam domine audiui in paradiso, & timui eo quòd nudus essem & abscondi me. Stultus enim cogitare debuit, eum qui iampridem creauit cœlum & terram, ac omnia quæ in eis sunt, videre omnia. etiam ipsum Adam in paradiso, & talis quisquis fuerit, qui timet dominum, procul dubio declinat à malo. Vnde Iob quarto loco laudatur, ex eo quod recesserit à malo. Et inde nos simili exemplo discamus timere deum, tanquàm filioli suum patrem, & erit nobis dominus salus in perpetuum. Fiat, Fiat.

SERMO V.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c.

Verba sunt viri illius simplicis, recti, timentisq; deum, ac patientissimi Iob habitantis in Vsitide terra, Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De fide & bonis operibus.



B Ob ille noster in regiõe Vsitide, & si habitauerit inter filios Esau oĩm pessimos, nihilominus non modo timuit dominum deum cœli & terræ, sed & recessit à malo. De eo eñ scriptura dicit; Quod vir erat in terra Hus, Iob nomine, recedẽs à malo. Nec paruę laudis seu meriti fuit, quod cum peruersis habitans, non abierit in conciliũ impiorum, quando in communi, ac trito prouerbio est ex regio propheta: Cum sancto sanctus eris, & cum innocẽte innnocẽs eris. Cum electo electus eris, & cum puerso puerteris. Et melior pars est obseruatio præceptoq; hęc, vitare, fugere, & effugere malũ. Sic eñ Psalmista ait: Venite filij audite me, timorem dñi docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuã à malo, & labia tua ne loquant dolum. Diuerte à malo & fac bonum. Ea verba tantum potuerunt, vt ne apice quidem de litera dempto, Petrus à petra nomen habẽs, ea citauerit in canonica prima, quam scripsit ad dispersos in Gentibus. Et ab exemplo Iob ac iam citata scriptura, docemur declinare à malo. Obid Salomon hisce verbis filiũ suum erudijt. Ne sis sapiẽs apud temetipsum, Time deum & recede à malo. Vide vt pater Dauid ac filius eius Salomo concorditer vnam atq; eandem rem prædicarint, docuerintq;. Et Tobias ad filium simili modo clamat, & dicit: Multa bona habebimus, si timuemus deum, & recesserimus ab oĩi peccato, & fecerimus bene. Porro filius Syrach, quasi à facie colubri fuge peccata, quę fuga figurat per Loth recedẽtem à Sodomitis, societate nimiq; pessima. Nam qui tetigerit picem, inquinabit ab ea. Et modicum fermentum totã massam corrũpit Propterea Salomon filiũ erudire volẽs, ne se misceat inter prauos & malos, ait: Fili mi, si te lacta

C uerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint: Veni nobiscum, insidiemur sanguini, absconda-
mus tendiculos contra innocentem frustra, deglutiamus eum sicut infernus viuentem & integrum, quasi descendentem in lacum, & omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domus nostras spolijs, sortem mitte nobiscum, marsupium sit vnum omnium nostrum. Fili mi, ne ambules cum eis: Prohibe pedem tuum à semitis eorum, pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Beatus itaq; homo est, qui potuit transgredi, & non est transgressus. Sed satis non est, neq; fuerit declinare à malo, nisi quis etiam studuerit facere bonum. Qui enim vitam vult & diligit dies videre bonos (inquit propheta) declinet à malo & faciat bonũm, id quod dominus in Euangelio tunc præcepisse videtur, quando discipulis ait: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Non enim satis est declinanti à malo præcingere lumbos, nisi quis etiam lucernas ardentes in manibus teneat. Propterea stultis virginibus non satis erat surgere veniente sponso, & lampades tenere in manibus quando bonorum operum olei nihil habebant in lampadibus. Et quum de hodierna Symonis & Iudæ Apostolorum festiuitate Euangelium legitur, quod in cœna nouissima prædicauit dominus & saluator noster, ex eodem Euangelio docemur oportere facere bonum. Sic eñ discipulis ait: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis, & ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum adferatis, & fructus vester maneat. Eundũ itaq; est nobis, ne otiosi stemus, tota die in foro, imo nõ modo eundũ, sed currendũ. Nã brauiũ salutis æternæ proponit, de quo præcepit Apostolus: Currite vt comprehendatis. Fructũ insup equidẽ & facere oportet. Nam omnis arbor (ait dominus) quę non fecerit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Iob. 1.
1. Petr. 3
Psalm. 17
Psalm. 33
Prouerb. 3
Tobię. 4
Ecci. 21
Gene. 19.
Ecci. 13
1. Cor. 5
Prouerb. 1
Eccl. 31
Psalm. 33
Lucæ. 12
Matth. 25
Iohan. 15
Matth. 20
1. Cor. 9
Matth. 3

Marc. 11 Ob id ficus, quę ſemper virebat, nullum tamen fructum perpetuo triennio fecerat, male dictione exaruit. Quod ſi quis ex Euãgelio vir prudens eſſe ac haberi velit, non modo doceat, ſed & faciat, neceſſe erit, & tum demũ comparabitur viro prudenti, qui ædificauit domũ ſuam ſupra petram. Dein qui fecerit & docuerit, is merito vocabitur magnus. Vnde Iohãnes Baptiſta primus euangeliũ prædicat: Facite fructũ dignũ pœnitentiæ. Et dominus ipſe ſimili modo prædicat, & dicit: Hoc fac & viues. Tu fac ſimiliter &c. Inde venit, quod laus eius in Euangelio non mediocris exiſtat, quod ſuo Theophilo ſcribit Lucas: Cœpit Ieſus facere & docere. Præcurſor eñ dñi & ipſe dñs prius ingreſſi ſunt deſertũ, anteaq̃ prædicarent regnũ dei. Facto itaq; opus eſt, ſi quis velit ad vitam ingredi, vnde recte ſcrutabat is, qui ſic interrogat: Quid faciendo vitam æternam poſſidebo. Nam non auditores tantũ, ſed factores iuſti ſunt apud deum, id quod etiam in extremo iudicio iuſtus iudex, qui ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, manifeſtum faciet, quũ inter cætera dicturus ſit: Quod feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis. Eſui enim, & dediſtis mihi mãducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus eram, & operuiſtis. Infirmus, & viſitaſtis. In carcere eram, & veniſtis ad me. Teſtimonio aũt Iacobi Apoſtoli: Quid prodierit, ſi fidẽ dicat qs ſe habere, opera aũt nõ habeat. Nunqd poterit fides ſaluare eũ? Si aũt frater & ſoror nudi ſint, & indigeãt victu humano, dicat aũt aliqs ex vobis illis, ite in pace, calefiatis & ſaturamini, non dederitis aũt eis, quę neceſſaria ſunt corpori, qd prodierit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Habetis itaq; qũo Iob recte laudatus in eo ſit, quod receſſerit à malo. Quæ vero & quãta bona præſtiterit ac fecerit, partim per nos recitata ſunt, & in ſequentibus latius dicent, vt & vos ſimili exemplo diſcatis declinare à malo, & facere operariq; bonũ. Sic itaq; luceat lux veſtra coram hoĩbus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrũ, in die viſitationis, qui in cęlis eſt. Nam dabit vnicuiq; ſecũdum opera eius. His qui erunt à dextris benedictionẽ hanc, vt eant poſſideantq; regnum, quod paratum eſt electis à conſtitutione mundi. Fiat, Fiat.

Iacob. 1 Matth. 24 Iacob. 2 Matthæ. 5

SERMO VI.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? &c.

Verba ſunt viri illius ſimplicis, recti, timentiſq; deum, ac patientiſſimi Iob habitantis in Vſitide terra, Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De encomio matrimonij.

Peramus ad ſatietatẽ vſq; animoꝝ veſtroꝝ, ſatis ſuperq; declaratas eſſe quatuor virtutes, quibus Iob ille noſter ſpiritu ſancto inſpirante per ſcripturam laudatus extitit. Reſtat nunc vt ex ordine declaremus quid virtuoſus ille Iob, diſponente deo, conſequutus fuerit. En tibi quid dicam? Poſteaq̃ Iob ex virilitate, ex terra, quam habitauit tandẽ ex nomine, & poſtremo loco, ex præclara fama, inter orientales à virtutibus deſcribitur, mox tanq̃ felicitatis partem non mediocrem ſcriptura recenſet. Nati ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ. Septem filij iuxta hebdomadam dieꝝ ſeculi, aut iuxta ſeptem ſtellas, quę quotidie trãſeunt ſpacia cœli. Vnus eſt Pythagoreis numerus, ille ſeptenarius opido quã felix. Fuere quoq; ac ſunt nonnulli Theologi putantes in ſeptenario numero myſteria eſſe nõ pauca. Quod ab initio orbis dñs deus compleuit opus die ſeptimo. Benedixitq; diei ſeptimo, & ſanctificauit illum. Hinc ſeptimus dies ſanctus eſt. Sic ſeptimo die expiatur altare, ſic ſeptẽ lucernæ ponunt ſup candelabrũ, ſic ſeptẽ buccinis corruit Hiericho, quin & Iubilęus in ſeptimo numero cõſtitutus exiſtit. Deinde in Euãgelio è ſeptẽ panibus ſeptẽ ſportæ fragmentoꝝ reliqui fiũt. Et nõ modo ſepties, ſed ſeptuagies ſepties dimittendũ eſt proximo. Sed hæc in pſentiaꝝ miſſa faciamus, alioq̃n nunq̃ finẽ facturi, quin potius hoc cõſideremus, qd tametſi Iob diues fuerit, nõ fuiſſet tñ ille oĩno felix, ſi fuiſſet ſine prole aliq̃. Nati ſunt ergo ei ſeptẽ filij, & tres filię ex vxore ſua Hiabiſſa. Nouit ille iſtitutionẽ mrimonij, de qua à principio mũdi ſic legit, vbi deus formaſſet hoĩem de limo terrę, & inſpiraſſet in faciẽ eius ſpiraculũ vitę, ait: Nõ eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ, faciamus ei adiutoriũ ſiℓe ſibi. Immiſitq; dñs deus ſoporẽ in Adã, quumq; obdormiſſet, tulit vnã de coſtis eius, & tulit carnẽ pro ea, & ædificauit dñs deus coſtam, quã tulerat de Adã in mulierẽ. Dixitq; Adã: Hoc nũc os, de oſſib⁹ meis, & caro de carne mea, q̃obrẽ relinq̃t homo pa-

Gene. 2 Exo. 9 Numeri. 8 Ioſue. 6 Marci. 8 Lucæ. 17 Matthę. 18 Gene. 2.

A mo patrem suũ & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carnem vnam. Quę sententia tam efficax est, vt etiam illam repetierit in Euangelio dominus: Sciscitantibus enim Pharisæis, num liceat homini dimittere vxorem suam, ex quacũq; causa. Respondit: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculũ & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carnem vnam. Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniũxit, homo non separet. Et hoc matrimonium sic honorauit ipse dominus & magister noster, quòd ipse cũ dilectissima matre fuit in nuptijs in vico Chana Galilææ, & illic primũ coram discipulis ædidit miraculum. Et si ex virgine nasci voluerit, nihilominus à desponsata natus est. Et de regno cœlorũ verba faciẽs, parabolas, de nuptijs, sponso, hisce rebus mentionem intulit. Longũ esset & forte tædiosum, si encomion matrimonij, vobis è suggesto prædicare, ac tãdem ædito libro describere pro dignitate pergerẽ. Ad præsens sat nobis visum fuerit, felicitatis partem hanc ostendere, quod ex matrimonio nati sunt Iob, viro omnium iustissimo, septem filij, & tres filiæ. Non ergo sterilis erat ipse Iob, nec sterilis vxor eius. Quod autem vterq; fœcundi fuerint, hoc dono dei factum est. Dominus eñ est, qui sterilem parere facit plurimos, & qui claudit & aperit claustra mulieris. Sic Sarai vxor Abrahę sterilis erat, nec habebat liberos, sed ad vtrũq; venit dñs, qñ ambo senes perfectaq; ætate fuerunt, & desierant Saræ fieri muliebria. Et dicit Abrahæ: Reuertens veniam ad te tempore isto, & habebit filium Sarai vxor tua, genuitq; Isaac. Eratq; tempore partus, Abraham ætatis centum annorum. Sic sterilis erat vxor Isaac Rebecca filia Batuelis, oriundi de Mesopotamia,
B & deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua, eo quòd sterilis esset, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Deinde & ipsa Rachel multo tempore infœcunda fuit. Sic infœcunda fuit, ac sterilis Anna vxor Helchanæ, viri de Ramathaim filij Hieroboam, filij Heliu, filij Thau, filij Zuph, Ephratæi. Sed cum oraret in Sylo, amaro animo fleuit vbertim, & deus Israel dedit ei petitionem, quam ipsa rogauerat. Peperit enim filiũ, & vocauit nomen eius Schmuel, aut iuxta lectionem latinam Samuel, eo quòd à domino postulasset eum. Vnde cantauit: Famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Verum est itaq; quod cecinit Dauid: Dominus habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Et vt quis videat filios filiorum, hoc simili modo datur à domino, nempè sic benedicetur homo, qui timet dominum. Et propter huiusmodi contra naturam miraculum, Gabriel angelus ad Mariam ait, ac nuntiat: Elizabeth quæ vocatur sterilis, concepit in senectute sua, & hic mensis est sextus, Imò non tantum de Elizabeth Euangelium dicit, quod illa fuerit sterilis, sed etiam de vtroq;, nempè tum Zacharia, tum Elizabeth scriptura loquitur, videlicet quod ambo processerint in diebus suis. Porro Zacharias ad angelum ait: Ego sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Talis autem, quæ sterilis erat, maledicta fuit in populo, quod non suscitaret semen in Israel. Donum ergo fuit ac est, si in coniugio nascantur filij ac filiæ. Quanquàm satis nequaquàm fuerit, pueros ex matrimonio nasci, refert autem plurimum, nisi sana ratione eos instituas. Quod si tibi liberi fuerint omnino educandi, formam educationis in Vsitide regione ob oculos positam, in exemplum sume. Ibi equidem virum inuenies, cui nati sunt dono dei, septem filij, & tres filiæ. De his scriptura sic habet: Ibant filij eius, & faciebãt
C conuiuia per domos, vnusquisq; per domos suas, vt comederent & biberent cũ eis. Verum est, quod quidam poeta dicit: Viuitur ex rapto non hospes ab hospite tutus. Non socer à genero, fratrum quoq; gratia rara est. Sic de Remo & Romulo legitur: Fraterno primi maduerũt sanguine muri. Primi duo fratres post conditũ orbem sub sole nati, Abel nempè & Cain, cœperũt esse discordes. Sic Iacob & Esau. Sic filij Iacob insurgunt aduersus Ioseph, & aliquoties leguntur capitali odio, imò & mutua cæde fratres sese inuicem persequutos esse. Iob vero filij ac filiæ concordes extiterũt, adeo, vt singulis diebus conuiuia celebrarint, & honestatis gratia vocarent, ac ducerent sorores, ne illis cõtingeret, qđ inter Sychimitas foras egrediẽti Dinę filię Lyæ scriptura docet euenisse. Ob id nõ frustra cecinit Dauid: Ecce quàm bonũ & quàm iocũdum, habitare frẽs in vnum. Qua parte discendũ est nobis, vt & nos vnanimes simus. Tales fuere Apostoli, & primi q Christianũ nomen professi sunt. De qbus scriptura toties dicit, vt vnanimiter perstiterint in oratione & doctrina Apl'orũ, vtq; fuerit credentiũ, quasi cor vnũ, & alia vna. Sicut ergo nobis vnus est deus, vna fides, vnum baptisma, vnus dominus, vnum caput, ita & vnus panis, & nos vnum corpus multi sumus. Membra quidem vnius capitis Christi, ita soliciti esse debemus, seruare vnitatem spũs, & concurrere oẽs in vnitatem fidei. De concordia recte dixit Salustius: Cõcordia paruę res crescunt, discordia magnæ dilabunt. Quod si concordes & vnanimes fueritis, plane beati eritis. Nam hodiernum Euangelium, quod prædicauit in monte dominus, ac de sanctorũ omnium festiuitate legitur, totum hoc exigit, vt concordes & vnanimes simus, quemadmodum & ipsi beati in cœlo sunt, & hic dum in terris degerẽt, extiterunt. Beati (clamat in monte dominus) pacifici, quoniã filij dei vocabunt. Tales fuere filij Iob, & proculdubio pauperes spũ, mites, misericordes, mũdo corde, & hi gradus octo beatitudinis, propterea hodierna

Matth. 19
Iohan. 2
Genes. 11
Genesis. 18
Gene. 21
Gene. 25
1. Reg. 1
1. Regũ. 1
Psalm. 112
Psalm. 125
Lucæ. 1
Ioh. 3
Lucanus. 1 pharsa.
Geñ. 4
Gene. 37
Gene. 34
Psalm. 132
Actorũ. 1. 2. 4. 5
Ephe. 4
Matth. 5

die pro-

die proponunt nobis omnibus, vt & ipsi discamus, quo ordine, quanto studio, & qua arte, ac D
etiam quibus gradibus æternã beatitudinem cõsequi valeamus. Inter quos gradus nequaq̃ infimus erit, si instar filiorum & filiarum Iob, inter vos (qui estis in dño) concordes & pacifici fueritis. Tunc enim non modo vocabimini, sed eritis filij dei. Fiat, Fiat.

SERMO VII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̃.

Verba sunt viri illius simplicis, recti, timentisq̃ deum, ac patientissimi Iob habitantis in Vsitide terra, Iob. j.

ARGVMENTVM.

De virtute benedictionum ac purgatorio.



Iob. 1. Abito ad vos sermone proximo didicistis, quo ordine septem filij, & tres filiæ Iob, conuiuia celebrarint, restat nunc vt audiamus, quo pacto se gesserit ipse Iob, conuiuãtibus filijs ac filiabus suis. Et ecce scriptura dicit: Cum in orbem trãsissent dies cõuiuij, mittebat ad eos Iob & sanctificabat eos, consurgẽsq̃ diluculo, offerebat holocausta per singulos. Dicebat em̃: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus suis. Habetis hic charissimi in domino Iob, virũ omnibus numeris perfectum, sanctificasse filios suos. Fiebat autem hæc sanctificatio per benedictionem præcedentem. Sic legitur in scriptura: Dominum benedixisse in diei Sabbati, & sanctificasse illum. Sic benedicit sacerdos atq̃ sanctificat. Et ex Paulo creatura sanctificatur per verbum dei & orationẽ. Nec parentum erga filios contemnenda est benedictio. Iacob enim anteaquàm contraheret pedes, & moreretur, benedixit filijs suis benedictionibus proprijs: Sic benedixit Isaac ipsi Iacob. Et mos erat sacerdotum veteris testamenti dare benedictionem, vnde sic legitur: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Sic Aaron extendit manum suam ad populum, & benedixit ei. Et ante legem Moysi Melchisedech benedictionem dedit Abrahæ. Et in Euangelio aliquoties legitur, super cibo benedictionem dixisse dominum saluatorem nostrum. Quanta vis autem sit, benedictionis parentum erga filios, copiose probat ac monstrat benedictio Isaac super Iacob. Posteaquàm enim Iacob præuenit Esau in benedictione, & semel ex ore Isaac pronuntiatum esset. Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & olei, & seruient tibi populi, & adorabunt te tribus. Venissetq̃ Esau prosimili benedictione, audit à patre, venit Germanus tuus, & accepit benedictionem tuam. Et quum denuo pulsaret, & diceret: Nunquid non seruasti & mihi benedictionem? Respondit Isaac: Dominũ tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui, frumẽto, vino, & oleo stabiliui eum, & tibi fili mi quid faciam? Et quũ tertio pulsaret Esau, dicẽs: Num vnã tãtum benedictionem habes pater? mihi quoq̃ (obsecro) vt benedicas. Ecce quid & quãtum fecerit benedictio patris super filium. Sãcta itaq̃ res est, si quãdo & sæpe patres ad imitationem Iob benedixerint filios. Nam sicut benedictio multum præstitit, ita & maledictio nõ parum valuit. Vnde nõ frustra Balach filius Sephor, petiuit à Balaam, vt malediceret ille populo Israhel. Et maledictio sacerdotis cum execratione, reddit aquas amarissimas. Et Iosue maledicit eũ, qui erat extructurus denuo ciuitatẽ Hiericho. Prẽterea notissima est historia de Helisæo propheta, qui quum in aquas pessimas misisset sal, fecit eas esse optimas, & ilico quũ ascẽdisset in Bethel, & descẽderet per viã, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebãt ei dicẽtes: Ascẽde calue, ascẽde calue. At is respiciẽs, vidit eos, & maledixit eis in nomine dñi. Egressiq̃ sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. Quid quod ficus, cui maledixit dñs, cõfestim exaruit. Porro Petrus maledicit Ananiæ, & cadit añ pedes eius. Cauẽdæ sunt itaq̃ parẽtũ maledictiones super pueros. Frequẽter em̃ hoc malum euenit, quod à maioribus imprecatur pueris. Quin potius illis imitandus est Iob, qui per bñdictiones consueuit sanctificare filios. Cæterum scriptura dicit Iob consurrexisse diluculo. Sic mane Dauid astat coram domino, & inter cætera dicit: In matutinis dñe meditabor in te. Sic surrexit Abrahã mane. Et hac parte docemur nos mane consurgere, quẽadmodũ surrexerunt valde mane vna sabbatorũ mulieres ad monumentũ veniẽtes. Et ipa Maria Magdalena venit mane. Incrassati itaq̃ & impinguati parẽtes, hic discãt in Iob mane surgere in diluculo, nec expectare meridiẽ iter plumas. Tertio loco Iob ille noster offere-

Gene. 2
Exo. 20
Exodi. 29.
j. Timot. 4
Geñ. 49
Numer. 6
Leuit 9
Gene. 14
Mat. 14. 26
Gene. 27
Nume. 22
Nume. 5
Ioſue. 6
4. Regũ. 2
Marci. 11
Actorũ. 5
Pſam̃. 5
Pſalm. 62.
Gene. 21
Marc. 16
Iohañ. 20

A offerebat holocausta pro filijs & filiabus. Veteres enim volentes placare dominũ, & sese gratos exhibere, intendere solebant oblationibus, Sic Abel obtulit de primogenitis gregis sui & adipibus eorũ, propterea respexit dominus ad Abel & munera eius. Et Noe post diluuium ædifica Gene. 4.
uit altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta su- Gene. 8
per altare, odoratusq; est dominus odorẽ suauitatis. Et ipse Abraham arietem hærentẽ inter ve Gene. 22
pres cornubus, obtulit holocaustũ pro filio. Et dies me deficeret, si ex Leuitico boues & oues, hir
cos & capros, vaccas ruffas, arietes, agnos & aues, primitias frugũ, panes atq; his similia, quę pro
peccatis principum ac populi oblata fuerunt, recensere ac enumerare perrexero, hinc thymia-
ta, sacrificia, holocausta, nec solum illa pro viuis, sed & defunctis fiebant. Vir enim fortissimus Iu-
das, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam, offerre ea ibi pro 2. Mach. 12
peccatis mortuoꝝ, iuste & religiose de resurrectiõe cogitãs. Nisi enim eos q̃ ceciderãt resurrectu-
ros speraret, superfluũ & vanũ videretur orare pro mortuis, sed quia considerabat, q̃d hi qui in
pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salu-
bris & cogitatio, pro defunctis orare, vt à peccatis, hoc est, à reatu peccati soluantur. Talis est
cogitatio totius ecclesiæ catholicæ, q̃ nobis diẽ animaꝝ fideliũ hodie proponit, vt parentibus,
amicis & proximis orationum eleemosynis & oblationum suffragijs auxiliemus. Scio nonnul-
los esse Picardos, Catharos, non quidem mundos, sed instar porcorum in volutabro luti obuo
lutos, Lutheranos, Valdenses, & huius fæcis impios, impie purgatorium negantes, & annuas ce-
lebrationes pro defunctis deridentes, quasi intra paucos annos missas pro defunctis celebrare,
B falso & ementito titulo in ecclesiam irrepserit, quum tamen non modo ex diuo Aurelio Augu-
stino Hipponensi in Aphrica Episcopo, barbato etiam Hieronymo Stridonensi, Dalmata, ac
alijs ecclesiæ catholicæ ecclesiæ doctoribus sit expertissimum, sed & e Septimio Tertulliano ma
nifestum fiat, quod ante mille quadringentos annos, & sic à temporibus apostolorum oblatio- Tertul. de co
nes pro defunctis, proq; natalitijs annuæ dies factę sunt. Vixit autem Tertullianus, vicinus apo rona militis.
stolorum temporibus, sub Seuero pertinace & Antonino Caracalla, circa annum centesimum Hiero. de vi
sexagesimum à Christo passo. Interim vero non modo per occidentalem, sed & per orienta- ris illustrib.
lem ecclesiam, pro defunctis e purgatorio redimendis, fuere semper anniuersaria & annuæ ob-
lationes, nec tibi persuadeas, tanto tempore potuisse errare ecclesiam, cum qua permanebit &
erit, iuxta promissa, Christus omnibus diebus vsq; ad consumationem seculi, & cum qua sem-
per est ac erit in æternum spiritus ille veritatis. Et libri Machabæorum, licet apud Iudæos in
canone non sint, authoritatem tamen habent, etiam apud Talmudistas non mediocrem, quẽ-
admodum apud eos, etsi Iosephi libri inter canonicos non habeantur, fidem tamen ex antiqui-
tatibus & bellis Iudaicis ac rebus alijs habent maximam. At quando ecclesia & ecclesiastici vi-
ri tanquã authenticis libris vtuntur Machabæorum historijs, quæ penes nos in ecclesia Roma
na, non modo latine, sed & apud Græcos græce leguntur. Hoc vnicuiq; fideli, & in primis ti-
bi quisquis in gremio ecclesiæ tanquã in sinu quiescis, satis fuerit, & quantum ad præsens perti-
C net, inuenies defunctorum animas pro reatu pœnæ detinere alicubi. Hoc etiam innuit Euan- Matth. 5
gelium, de eo qui in carcerẽ conijcitur, nec dimittitur, nisi satisfecerit vsq; ad extremũ quadran-
tem. Quid q̃ dominus peccatũ quoddam ponit, quod neq; hic neq; in futuro seculo remitti-
tur, vbi recte datur intelligi, esse peccatũ quod in futuro seculo aliquando remittatur. Non re-
mittitur autem peccatũ in cœlo, quũ ibi nullum sit, Non enim habitabit in æterno tabernaculo, Matth. 12
aut quiescet in monte sancto, nisi qui ingreditur sine macula, Nec remittitur in inferno, quũ ibi
nulla sit redemptio, estq; ibi inextinguibilis ac æternus ignis. Restat ergo, vt in purgatorio fit il-
la remissio, quin insuper Paulus docet, in ecclesia primitiua aliquos baptizari pro mortuis, & ea- 1. Corin. 15
dem ratione nihil præstabat ille baptismus pro his, qui erant in inferno, nec necessarius erat pro
ijs qui erant in cœlis. Cæterũ Iohannes in canonica sua sic ait: Qui scit fratrẽ suũ peccare, pecca 1. Iohan. 5
tum non ad mortẽ, petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortẽ. Est peccatũ ad mortẽ, non
pro illo dico vt quis roget. Hæc Iohannes. Hic audis peccatũ, pro quo non fit orandũ, atq; aliud
pro quo orationi fit locus. Hoc autẽ non fit de viuis, quũ quoties ingemuerit peccator & pœni
tentiam egerit, non recordabitur dominus amplius peccati illius. Etiam peccator septuagies se Ezech. 18
ptiesin die post perpetratũ peccatũ remissionẽ consequitur, si vult. Est itaq; de mortuis intelli-
gendũ, quod diuus asseuerat Apostolus Paulus, sed non pro ijs qui in inferno sunt, vbi etiam di
ues guttam aquæ frigidæ impetrare non potuit, solũ pro ijs qui sunt in purgatorij loco. Vltimo 1. Corin. 3
sic ait Apostolus: Secundũ gratiam dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum
posui, alius aũt superædificat. Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, præter id quod posi-
tum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat supra fundamentũ hoc, aurum, ar
gentum, lapides pretiosos, ligna, fœnũ, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim
domini declarabit, quia in igne reuelabitur & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cu-
ius opus manserit, quod superædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentũ pa-
tietur, ipse aũt saluus erit, sic tamen quasi per iguẽ. Vides itaq; etiam ex Paulo in alio seculo, per

purga-

purgatorium ignẽ purgari peccata,id etiam quod exigere videtur diuina iuſtitia.Non ergo va- D
na ſunt ſuffragia,quæ pro fidelibus defunctis fieri conſueuerunt per eccleſiam dei, & maxime
quotidianæ oblationes,per eũ,qui ſumma oblatio eſt.Hæc circa oblationem holocauſtoꝝ Iob,
ad præſentem animarũ diem dixiſſe placuit,vt & vos ab eodem exemplo, de veſtra ſubſtãtia
diſcatis honorare dominũ,& ad minus offerre vitulos labioꝝ veſtroꝝ. Fiat Fiat.

SERMO VIII.

Si bona ſuſcepimus de manu domini,mala autem cur non ſuſtineamus? &c. Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De diuitijs bene vel male quæſitis.



Iob.i.

Oſt ſanctã & plane beatam educationẽ iuſti Iob erga filios, ne qua- E
uis parte tanquã ingrati peccarent contra dominũ, viſum eſt nobis
progredi latius,ac videre quantæ diuitiæ contigerint non modo Iob,
ſed ſeptẽ illius filijs ac tribus filiabus. Et ecce ſcriptura dicit:Fuit poſ-
ſeſſio eius ſeptẽ millia ouium,& tria millia camelorũ,quingenta quo-
qꝫ iuga boum,& quingentæ aſinæ,ac familia multa nimis. Eratqꝫ vir
ille magnus inter omnes orientales. Recte elicies ex his omnibus,Io-
bem hunc noſtrũ fuiſſe prædiuitem, qui cæteris orientalibus maior
magnificentiorqꝫ fuerit omnibus. Ab hoc exemplo diſcimus, nõ eſſe
damnabiles eos,qui diuites fuerint,ſi non ſint iniqui, aut iniquorũ hæ
redes, Nam noſter ille Iob ad omnes poſſeſſiones quas ipſe poſſedit,etiam virtuoſus prędicatur,
non tantũ referente Moyſe,ſed ipſo domino. Altera vice etiam conteſtante,quando dixit ad Sa
tan:Nunquid conſideraſti ſeruum meũ Iob,qꝫ non ſit ei ſimilis in terra,vir ſimplex & rectus,ac
timens deũ,recedensqꝫ à malo,& nihilominus adhuc retinens innocentiam ſuã. Damnabile ita
qꝫ non eſt(vt repetamus priora) ſi quis diues ſit,modo diuitijs bene vtatur. Laudatur quippe
Gene. 15 Abraham,qꝫ is crediderit deo,qꝫ obedierit deo,qꝫ illius præcepta ſeruauerit ac cerimonias. Fuit
Gene.j3 tamen ille diues valde in poſſeſſione auri & argenti. Porro ipſe Loth habitauit in Sodomis,&
inter Sodomitas peſſimos peccatores corã domino,ſolusqꝫ dignus, qui educeretur per angelos
Genẽ. 19 de Sodoma,tamẽ fuerunt illi greges ouium,armenta ac tabernacula ſane multa,Ita etiam,vt de
Gene.13 Abrahã & Loth ſcriptura dicat,qꝫ fuerit eorũ ſubſtantia multa,& nequibant habitare cõmuni-
Gene.36 ter, factaqꝫ ſit rixa inter paſtores gregũ Abrahã & Loth. Erat & ipſe Iacob diues, Ipſe Ioſeph F
ꝺqꝫ diues erat. Et ſi Talmudiſtis dãda eſt fides, fuere multi prophetæ valde diuites, inter quos
præcipuos extiterit Moyſes,quẽ ditatũ conſtat ex Thalmud,ex fragmentis tabularũ de ſaphy-
ro,quæ confractæ fuerunt. Amos etiam in paſtoralibus Thecue, diues fuiſſe legitur. Cæterũ in-
1.Regũ.18 ter reges fuere multi admodũ diuites. Vnde Ioſaphat iuſtus ille rex,legitur fuiſſe diues valde. Sic
2.Para.18 Ezechias fuit diues,& congregauit theſauros multos argenti & auri & lapidis pretioſi. De Da-
2.Para.32 uide notiſſimũ eſt,quantas diuitias poſt ſe reliquerit filio ſuo Salomoni. Salomon aũt tantis di-
3.Regũ.10 uitijs abundabat,qꝫ argentũ non putabatur alicuius eſſe pretij in diebus eius. Propterea vaſa tẽ
pli,ſcuta,& alia id genus,fuere de auro mundiſſimo. Sub Euangelio deniqꝫ inuenti ſunt diuites
accepti deo. Sic legitur de diuite ab Arimathia,nomine Ioſeph,qꝫ acceſſerit ad Pilatũ,petieritqꝫ
Matth. 27 corpus Ieſu,& accepto corpore,inuoluit illud in ſindone munda, poſuitqꝫ illud in monumentũ
ſuum nouũ quod exciderat de petra. De Zachæo legitur,qꝫ ipſe diues extiterit, attamen audire
Luc.19 meruit dominũ dicentem:Hodie ſalus domui huic facta eſt,eoqꝫ & ipſe ſit filius Abrahæ. Ha-
Matth.19 bes itaqꝫ ſane multos diuites,q grati & accepti fuere deo. Quod ſi dixeris docuiſſe dominũ,quo
modo diues ſit intraturus difficillima ratione regnũ cœlorũ. Verum eſt, prædicauit illa domi-
nus,qui etiam nõ habuit,quo caput reclinaret,etiam ſi vulpes foueas,& volucres cœli nidos ha
Matth.j8 berent. Attamen hic non dixit,impoſſibile eſſe diuites intrare in regnũ cœlorũ, ſed difficile tan-
tum. Vbi aũt difficile ponitur,non impoſſibilitas prætenditur, ſed raritas oſtenditur. Perpauci
Hieroñ in itaqꝫ ſunt,& raræ aues,nigroqꝫ ſimillimæ cygno diuites,qui cum Matthæo publicano teolo-
Mat. ca.19 nium deſerunt,ac ſequuntur dominũ, vix vnus atqꝫ item alter diues eſt, qui cũ Zachæo dicat
Matth. 9 ad dominũ:Ecce dimidium bonorũ meorũ domine do pauperibus, & ſi quid aliquem defrau-
Lucæ.19 dauí,reddo quadruplum. Vehementer vero timendũ eſt,multos inueniri diuites, qualis erat ille
Leuit.j6 diues,qui epulabatur quotidie ſplendide,& induebatur purpura ac byſſo. Diuitiæ itaqꝫ malæ nõ
ſunt,ſi bene vtaris,ſi amicos tibi feceris de mammona iniquitatis,vt quũ defeceris,recipiant te in
æterna

A æterna tabernacula. Diuitiæ malæ non sunt, si affluant, & cor non apposueris. Melius est enim modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Et proinde existit vanitas vanitatum, si cui dominus dederit diuitias, & non ausit comedere ex eis, ac frui parte sua. Et maior est vanitas, maiorq; miseria, si cui dederit deus diuitias & substantiã, & honorem, nihilq; deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei deus potestatẽ, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Thesaurizat & nescit cui congregabit ea. Eapropter recte propheta ait: Diues cum dormierit, non sumet omnia secum, neque descendet cum eo gloria eius. Id quod insinuat ipse dominus de diuite, cuius ager fructus vberrimos attulerat, qui & dixit: Destruã horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Cui tamẽ dixit deus: Stulte, hac nocte animam tuã repetent à te, quę autem parasti, cuius erũt? Non est ergo melior diues, quàm qui thesaurizat in cœlo. Quisquis nanq; sibi thesaurizat, non est in deũ diues. Quiq; cito volunt euadere diuites, incidunt in laqueos diaboli & desideria multa, quod manifeste probat vetus historia, de Achab & vxore eius Iesabel. De qua re sacra regnoꝝ historia sic habet: Vinea erat Naboth, Iesraelitæ, qui erat in Iesrahel, iuxta palatiũ Achab regis Samariæ. Loquutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum oleorum, quia vicina est, & prope domum meam, daboq; tibi pro ea vineã meliorem, aut si tibi commodius putas argenti pretium, quantũ digna est dabo. Cui respõdit Naboth: Propitius sit mihi dominus, ne dem hæreditatem patrũ meorum tibi. Venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens super verbo, q̃d loquutus fuerat ad eum Naboth Iesra-
B helita, dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum, & proiiciens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Ingressa est aũt ad eum Iesabel vxor sua, dixitq; ei: Quid est hoc? Vnde anima tua contristata est? & quare non comedis panẽ? Qui respondit ei: Loquutus sum Naboth Iesrahelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam tuam accepta pecunia, aut si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineã meã. Dixit ergo ad eum Iesabel vxor eius: Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel. Surge & comede panem, & æquo animo esto: Ego dabo tibi vineam Naboth Iesrahelitæ. Scripsit itaq; literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu & optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem hæc erat sententia: Prędicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant: Benedixit Naboth deum & regem, & educite eum, & lapidate, sicq; moriatur. Fecerunt ergo ciues eius, maiores natu & optimates, qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iesabel, & sicut scriptum erat in literis, quas miserat ad eos. Prædicauerũt ieiuniũ, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi, & adductis duobus viris filij diaboli, fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet vt viri diabolici, dixerũt contra eum testimonium coram multitudine, Benedixit Naboth deum & regem. Quamobrẽ eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Miseruntq; ad Iesabel dicentes: Lapidatus est Naboth, & mortuus est. Faxit itaq; deus, vt hodie nullus Achab inueniatur, nulla Iesabel. i. auaritia locum habeat, vtq; nemo cõcupiscat res & bona proximi sui, vt nullus quoq; Naboth foras educatur & lapidetur iniuste. Sed sint omnes, qualis erat Iob, qui suis diuitijs vsus est
C optime, nec fecit quemadmodum Iudas ille Iscariothis, qui loculos habuit, & fur erat, neq; sicut ille Simon, ad quem Petrus ait: Pecunia tua sit tecum in perditionem, cuius rei curam non mediocrem habuit Paulus. Sic enim ad Timotheum ait: Diuitibus huius seculi, præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde, ad fruendum bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, cõmunicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Habetis itaq; charissimi, ab exemplo Iob orientali diuite, diuitias esse bonas, si quis bene vtatur illis. Propterea thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec fur furabitur, nec tinea aut erugo vorabit, & erit vobis dominus merces magna nimis, Amen.

Psal. 61. Psal. 36 Eccl. 5. Eccl. 6 Psalm. 38. Psal. 48. Lucæ. 12 Luc. 12. 1. Tim. 6. 3. Regũ. 21. Iohannẽ. 12 1. Tim. vlt. Matth. 6.

SERMO IX.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c. Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De insidijs ac tentatione Satanæ.



ORdinatis itaque,ac fœliciter ſanctæ q̃ iuxta voluntatem dei inſtitutis D
rebus omnibus circa Iob,ecce Satan,ille ſerpens antiquus,qui vocatur diabolus,pro ſua conſuetudine cœpit interturbare negotium,ac impedire bonum. Ita em̃ ſcriptura dicit: Quadam die quum veniſſent filij dei,vt aſſiſterent coram domino,affuit inter eos etiã Satan, cui dominus dixit: Vnde venis? Qui reſpondens,ait: Circuiui terrã, & perambulaui eam,dixit q̃ dominus ad eum: Nunquid conſiderasti ſeruum meum Iob,quod non ſit ei ſimilis in terra,homo ſimplex ac rectus,& timens deum,& recedens à malo. Cui reſpondens Satan,ait: Nunquid fruſtra Iob timet deum, nonne tu vallaſti eum,ac domum eius,vniuerſam q̃ ſubſtantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixiſti,& poſſeſſio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cũcta q̃ poſſidet,niſi in faciem benedixerit tibi. Dubitas forſan intra te,quis ſit ille Satan, ecce Satan eſt ille
Gene.3. ſerpens antiquus,qui callidior erat cunctis animantibus,qui propter multiplicia mala, quæ infert hominibus quotidie,complura etiam nomina ſortitur. Vocat em̃ eum aliquando ſcriptura diabolum,id quod ẽ Græco deſumptum apparet,& apud Germanos à Tuibelino,qui Germanorum deus erat,teſte Tertulliano,in hanc horam nomen retinet,vt diabolum tuifel vocare ſoleamus. Diabolus itaq̃ quaſi calumniator dicitur. Sic enim extremo in iudicio dicetur his, qui à
Matth.25. ſiniſtris erunt: Ite maledicti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Sic ſal- E
Ephe.4 uator Iudæos dicit eſſe ex patre diabolo. Cæterq̃ Paulus præcipit ac inſtituit hiſce verbis: No-
1.Iohan.3. lite dare locum diabolo. Porro Iohannes ipſe in prima canonica: Qui facit peccatum(inquit)
1.Pet.5. ex diabolo eſt. Denotatur inſuper appellatione leonis. Sic nempe diabolum leonem vocat Pe-
Pſal.9 trus. Et Pſaltes ait: Inſidiatur quaſi leo in ſpelunca ſua. Quid quod etiam draco dicitur,pro quo Aquila interpretatus eſt Leuiathan. Tandem & Belial nominatur,quaſi dicas ſine iugo. Sed ea potiſſimum ratione Satanæ nomen habet ex Hebræo,nimirum quod aduerſetur bonis omnibus,& vbiq̃ impediat,quicquid boni in toto orbe exercetur. Vnde is ipſe verus eſt inimicus, q̃
Matthæi.13 in bonum agrum, bonam q̃ ſementem vndiq̃ ſuperſeminat zizania. Sic equidem in cœlo cũ
Eſaiæ.14 eſſent pacata omnia,mouit prælium ab initio,dixit enim intra ſe: Aſcendam in aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo. Sed filius dei quãdo venit in terram,quid viderit,manifeſte teſtatur, dicẽs:
Luc.10. Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem,poſt hunc grauiſſimum quidem caſum,nec dum ceſſauit ipſe Satan,etiam quum ſemel profligatus eẽt per Michaelem & angelos eius,adhuc tamen non deſtitit impedire bonum quod erat in paradiſo. Tentauit em̃ primam mulie-
Apoca.12 rem,& vicit hanc. Veniente Chriſto in carne,quum ieiunaret ſaluator noſter, auſus eſt ter ten-
Gene.3. tare dominum,ſcilicet vt ex lapidibus panes faceret, vt adoraret, vt q̃ de pinnaculo templi ſe
Matth.4 demitteret: & quum paſſionem ſuam dominus prædixiſſet,& Petrus increparit,dicens: Abſit à te domine,non erit tibi hoc. Tum non citra euidentem cauſam dominus ait illi: Vade poſt me
Matth.16. Satana,ſcandalum es mihi,quia non ſapis ea,quæ dei ſunt,ſed ea,quæ hominũ. Et ille Satan,q̃ temeritate ſua aggreſſus eſt dominũ,etiam diſcipulis domini non pepercit. Siquidem dominus ad Simonem ait,Lucæ.22. Simon,ecce Satanas expetiuit vos,vt cribraret ſicut triticum. Et in F
Iohan.16: hac tentatione contra Iudam etiam diſcipulum domini prævaluit, ita vt poſt buccellam panis
Acto.5. introiuerit in eum Satanas. Nec fruſtra Petrus ad Ananiam ait: Anania,cur tẽtauit Satanas cor tuum mentiri te ſpiritui ſancto? Quũ q̃ vidiſſet ille multa fieri bona per Paulũ, ecce non ſemel per tentationem eum aggreſſus impedimẽto illi fuit. Semel enim atq̃ iterũ volẽs venire Theſ-
1.Theſſ.2 talonicam,impediuit eum Satanas. Nec ludicrũ certamen cũ angelo, Satanæ illi fuit. Scribit em̃
2.Corꝝ.12. in hæc verba: Ne magnitudo reuelationũ extollat me,datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ,angelus Satanæ,qui me colaphizet. Quod ſi quis vnquã dolos malaſq̃ artes maledicti Satanæ no-
2.Corꝝ.11. uit,& exptus eſt. Paulus ille inter eos p̃cipuus erit. Nouit em̃, qũo Satanas tranſfigurare ſe ſo-
2.Theſſ.2. leat in angelũ lucis. Nouit operationes Satanæ,vt vbiq̃ ſemper impediat,ſi quid boni propo-
1.Timot.5 ſitum, ceptumve fuerit. Ita de iunioribus viduis inter cætera ſcribit, quaſdam conuerſas retro
2.Corꝝ.2 poſt Satanam,imo ſolicite Corinthios atq̃ adeo ſe monet,vt nõ circũueniamur à Satana: Non em̃(inq̃t)ignoramus cogitatiões eius. Iohãnes inſuper in Apoca. nõ pauca de hoc Satana ſcri-
Apocal.2. bit: Nouit em̃ atq̃ cognouit ille ſynagogã ſedẽq̃ Satanæ,& qũo proiectus ſit ille draco,q̃ vo-
Apocal.12 catur diabolus,ſerpẽs antiquus,q̃ ſeducit vniuerſum orbẽ,imo qui oẽm cogitatũ ſuũ ad id adñcere ſoleat,vt quũ ſciat nõ modo declinãdum à malo,ſed & faciẽda bona,ea quidẽ bona ſummo ſtudio & auertat & impediat oñino,id q̃d in Euãgelio dñs declaraſſe videtur,quãdo de ſe-
Marci.4 mine parabolã interpretatus eſt,ac inter reliqua docuit,dicẽs: Qui ſeminat verbũ ſeminat. Hi autem ſunt,q̃ circa viam vbi ſeminatur verbũ,& quũ audierint,cõfeſtim venit Satanas & aufert verbũ quod ſeminatũ eſt in cordibus eorꝝ. Sunt itaq̃ oẽs de Satanæ ſynagoga, qui cũ Luthero prædicant,omne opus bonũ,eſſe mortale peccatũ,& ſolã fidẽ ſine bonis operibus ad ſalutẽ ſufficere. Nouit em̃ hoc tanq̃ peculiare ſibi Satanas,id q̃d noſtri Iobis hiſtoria manifeſte docet:

Quippe

A Quippe quũ ſeptem filij & tres filiæ, cõcordibus votis, cõcordibus animis cõuiuia celebrarẽt, & Iob ipſe ſolicitus eſſet, ne peccarẽt in dñm, etiã ipſe ſimplex, rectus, timensq; deũ, quando ſanctificauit pro filijs, ac gratias ageret, intolerabile viſum eſt id Satanæ, vt hæc diutius pateretur. Quare inter filios dei, quẽadmodũ ſcarabæus inter aquilas ſe miſcere auſus eſt. Qui vero ſint hi filij dei forte cupis intelligere, atq; adeo in profeſſo eſt eſſe angelos dei bonos. Qui veniunt vt ſtent ac aſſiſtant ante dñm, vt gratias agãt, vt laudẽt, vtq; glorificẽt dñm. Canũt eñ illi de Seraphin: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dñs deus Sabaoth, plena eſt terra gloria eius. Et hi ſunt, qui aſſiſtunt coram dño iugiter decies centena millia, iuxta viſionẽ Danielis. Et qui, ſaluatore ita teſtãte, ſemper videt facie patris, qui in cœlis eſt. Venit aũt Satanas in cõſpectum dñi, nõ vt illic perpetua beatitudine fruatur. Quippe ante paradiſum, angelorũ cuſtodia poſita eſt, pendetq; illic rhomphæa, & quũ illi ſoli, q mũdo ſunt corde deũ viſuri ſint, ipſe vero Satan oĩm ſpurciſſimꝰ ſit, propterea lõge alio mõ affuit ante faciẽ dñi, q̃ ſint angeli, ac q̃tidie ſancti veniãt. Veniũt eñ hi, qui aſſiſtunt etiã ante dñm, qualis erat Raphael apud Tobiã, & Gabriel apud Zachariã, dicens: Ego ſum Gabriel, qui aſto ante deũ, & veniunt angeli, propterea q̃d oẽs ſunt adminiſtratorij ſpũs in miniſteriũ miſſi propter eos, q hæreditatẽ capiũt ſalutis. Affuit aũt Satan ille mala cogitatione ac ſenſu ppetuo cogitans, quo poſſet diuina inſtituta Iobis euertere ac frangere, ad quẽ dñs ait: Vnde venis, nõ vt is qui nouit oĩa, & cui nihil abſconditũ eſt, ignoraret, vnde veniret Satan, ſed vt eum ac malignitatẽ eius efficatius reprobaret atq; damnaret. Sic ad Adam ait: Adã, vbi es? non q̃d ignoraret, quo pacto Adam ſeſe abſcõderit. Sic ad Cain: Vbi eſt Abel fra
B ter tuus? nõ quod neſciret Cain ppetraſſe fratricidiũ, cuius vox ſanguinis in cœlũ vſq; aſcẽderat. Sic in Euãgelio dñs mulierculã in adulterio deprehenſam interrogat: Quis eſt q te cõdemnauit? Et in hodierno Euãgelio phariſæos interrogat: Cuius eſt hæc imago & ſupſcriptio? Et ad diſcipulos: Quot panes habetis? nõ quod hæc & his ſimilia ignorauerit, qui etiã vidit cogitationes, nõ modo Simonis, ſed & phariſæorũ & aliorũ omniũ. Ita & hic interrogat dñs: Vnde venis? Porro Moyſes author ac ſcriptor, aut ſi malueris tralator libri, perſonas loquentes inducit, vt melior intellectus hiſtoriæ capiatur. Interrogat itaq; Vnde venis? & reſponſum auditur à Satana: Circuiui terrã, & perambulaui eam. Hoc eſt, quod Petrus in ſua canonica ſcripſit: Aduerſarius noſter diabolus, tanq̃ leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Et hoc partim attigit in Euãgelio dñs, de ſpũ immundo verba faciẽs. Qui eiectus, circuiuit per deſerta loca, & requiẽ non inueniẽs, vocat ac recipit ad ſe ſeptẽ ſpũs immũdos, longe ſe nequiores, ita vt poſſideat domum ſcopis mundatã, vt reddat nouiſſima peiora prioribus. Et miræ ſunt p̃ſtigiæ, ac horrẽdæ vexationes dæmonũ. Hũc eñ tentãt præcipitare in aquã, aliũ ſpumare faciũt. Et quũ prohibẽte Ieſu eos, q̃s obſederũt, iugulare nequeunt, abeuntes in porcos irrõnabiles beſtias, in mari ſubmergũt, vndiq; ergo Satan ſuos laqueos habet. Propterea nõ fruſtra Dauid ait: Educes me de laqueo venantiũ, & laqueus cõtritus eſt, nosq; liberati ſumus. Circuiuit ille terrã, tanq̃ fortis venator, vt caſſes, vt retia ſua tẽdat, & extẽdat vndiq;. Et de hoc etiã audet glorioſus ille iactator Satan, coram dño gloriari, quũ dicit ad dñm: Circuiui terrã, & perambulaui eã. Circuit quẽadmodum coruus ille emiſſus ab arca Noe, quærens vbiq; cadauer cui inſideat. Sed vos cura ſolici-
C ta, technas illius fugite, & eidem fortiter in fide reſiſtite, & ſalui eritis. Amen.

Genes. 3. Genes. 4. Iohan. 8 Matth. 22 Matth. 15 1. Petri. 5. Luc. 11 Matth. 8 Pſalm. 30. Genes. 8.

SERMO X.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? &c.

ARGVMENTVM

De vero ſeruo & amico dei.



Acra Iobis hiſtoria, tradit hiſce verbis ad Satan loquutum fuiſſe dñm: Nunquid conſideraſti ſeruũ meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, ac rectus, & timens deum, recedensq; à malo? Vere beatus erat ille Iob, quẽ tot præconijs laudauit dominus. Recte eñ ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem deus commendat. Hos itaq; laudabiles eſſe puto, quos iuxta diui Pauli ſententiam laudat & extollit dominus, qualis erat ille Iob noſter, cuius prædicamus hiſtoriam, quem etiam erga Satanam refugum & apoſtatam laudauit dominus. Exorditur autem ab ea parte dominꝰ, quod ipſum Iobem ſuũ

1. Corint. 12. 2. Cor. 10.

Hebræ. 3. Numer. 12 Psal. 88. Psal. 118 Psal. 142 Ezech. 34.

seruum esse dicit,quæ res certe contemnenda nõ est.Sic laudatur Moyses,quod fuerit fidelis famulus in tota domo eius.Imo dominus ait:Seruus meus Moyses,in omni domo mea fidelissimus.Sic Dauid ab eo laudatur,quod fuerit seruus domini. Vnde inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum,& ipse aliquoties de se testatur ad dñm:Seruus tuus ego sum,da mihi intellectum.Et per Ezechielem:Suscitabo pastorem meum,qui pascat ea,seruum meũ Dauid,qui pascet ea,& ipse erit eis in pastorem.Ego aũt dominus ero eis in deum.Et seruus meus Dauid princeps in medio eorꝝ.Ego dominus loquutus sum.Talem seruum se cognouit eẽ Simeon ille timoratus ac religiosus exclamans:Nunc dimittis seruum tuũ domine,secundum verbum tuum in pace.Et in nouo testamento Simon Petrus se vocat & facit seruum, ac apostolũ Iesu Christi.Paulus quoq; ad Titum,ad Philippẽses,ad Romanos daturus epistolas,prima salutatione,sese vocat seruũ Iesu Christi.Et de hac re ita gloriatus est, vt cõfidenter ausus sit dicere:Si hominibus placerem,Christi seruus non essem.Nec frustra credideris dixisse,quũ aduertisset Satan seruum suum Iob.Erat em̃ Iob non Satanæ,sed dei seruus,seruiebat em̃ deo, nõ Satanæ,non peccato.Et verum redditur,quod scriptũ est:Cui quis obedierit,illius seruus est. Qui aũt facit peccatum,seruus est peccati (inquit dominus) & à quo quis superatus est,huius seruus est.Sed inter deum ac Satanam,tanta est differentia,vt egregie prædicauerit atq; docuerit dominus:Nemo potest duobus dominis seruire,aut em̃ vnum odio habebit,aut vnum sustinebit, & alterꝝ cõtemnet.Non potestis(inquit)deo seruire & mammonæ. Hoc in spiritu videns Paulus inter cætera concludit:Non potest quis calicem domini bibere,& calicem dæmoniorꝝ.Non potestis mensæ domini participes esse,& mẽsæ dæmoniorꝝ.Sancta ergo & saluberrima res est seruire deo.Vnde toties in Euangelio commemoratur fidelis ille seruus,quem constituit dominus super familiam suam,vt det illis in tempore tritici mensuram.Et beatus ille seruus,quẽ quũ venerit dominus,inuenerit vigilantem.Beati serui hi,quibus data sunt talenta,vni quidẽ quinq;, alij vero duo,& qui cum fœnore,restituerũt illa.Et hoc est quod præcepit dominus: Dominũ deum tuum adorabis,& illi soli seruies.Sed sunt,qui nõ deo seruiunt,sed suo ventri,creaturæ potius q̃ creatori,iniquitati magis q̃ æquitati.Quorꝝ finis interitus,pro qbus non interrogat ipse dominus,quemadmodum ad Satan de Iobe dixit:Nũquid aduertisti seruum meũ Iob? Quod si quis domino non seruierit,sed Satanæ,nullam poterit à domino mercedem sperare. Magna ergo res est, & mysterij maximi Iob,ab hac parte laudari & extolli,quod ipse prædicet esse seruus domini,ex ore ipsius altissimi.Nec satis est hunc esse seruũ dei,etiam ipse dominus hoc adiecit,quod non sit ei similis in terra.Mortuus em̃ erat Abraham,mortuus Isaac,mortuus & ipse Iacob,nec degebant amplius vt creditur in terra viuente Iob.Cæterꝝ,nondũ erat in terra præcursor domini,sed ipse Iob,vnus & vnicus erat in vniuersa terra, cuius nõ inueniebatur similis. Pura nãq; & syncera mente,seruiebat domino deo,rectus erat, religiosus erat, ac tandẽ vt suã seruaret innocentiam,semper & vbiq; declinabat à malo.Et ex hoc loco docemur ab exemplo domini,semper meliora fateri de proximo.Nam hic dominus deus verba de Iobe faciens,non nisi optima quæq; de Iobe prædicat.Satanæ aũt hoc peculiare est,vt calumnietur perpetuo,vt inuertat optima quæq;,ex luce tenebras faciens,quũ ipse sit princeps tenebrarum.Hãc equidẽ calumniam,reipsa probat.Quippe audiens ille Satan,quæ & quanta de Iobe prædicauerit dominus,mox calumniari volens,respondit:Nunquid frustra Iob timet deum? Nonne tu vallasti eum ac domum eius,vniuersamq; substantiam eius per circuitum? operibus manuũ eius benedixisti,& possessio eius creuit in terra.Sed extende paululum manũ tuam,& tange cũcta quę possidet,nisi in faciẽ benedixerit tibi.Quasi subinferre velit apostata Satan: Ecce Iob filios habet & filias,oues,camelos,boues,& asinas,te domino dante,& te deo aperiẽte manum,non est illi vlla occasio,vt maledicat,vt sit impatiens,vt nõ sit tui studiosissimus.Satanæ ergo officium & natura est,calũniari & detrahere proximo.Id quod in hac historia cõpertum fit. Detrectatores itaq; taxanrur,quos quidẽ detrectatores Paulus detestatur,ita vt susurrones & detrectatores deo odibiles,ac morte dignos asseueret.Salomon de his verba faciens,inter cætera sic dicit: Abominatio hominũ detractor est.Propterea filium suũ hisce verbis erudiuit:Fili mi,remoue à te os prauũ,& detrahentia labia sint procul à te.Hoc proculdubio Salomon à suo patre Dauide didicerat,qui inter cętera vitia detractionẽ odio habuit:Detrahentem(inquit)proximo odio, odio prosequebar.Et ipse dominus Mariam & Aaron sororem & fratrem Moysi detrahentes,nõ modo reprehendit,dicens:Quare nõ timuistis detrahere seruo meo Moysi,sed & ipsam Mariam lepra percussit,ita vt appareret candens lepra, quasi nix.Et exploratores detrahentes terræ Chananæorꝝ,puniti sunt,vt non intrauerint illam, exceptis Iosue & Caleph,quod inter detrectatores habiti non sunt.Cõtra populum vero detrectatorẽ,sic ad Moysen dominus ait: Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousq; nõ credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis.Feriam itaq; eos pestilẽtia atq; cõsumam.Vides itaq;,vt ob detrectionis detestabile crimẽ,pestilentiã minetur dñs deus.Nõ ergo mirꝝ,si quãdoq; pestis regnauerit (quẽadmodũ prohdolor hac tempestate hæc plaga irruit super nos)& iugulet eos,qui nõ modo incaute, sed & ma-

Romañ. 1. Prouer. 24 Prouer. 4. Psalm. 110. Numer 12 Numer. 13 Nume. 14.

A & malitiose detrahunt,nec detrahere cessant proximo suo nomen bonũ. Et quisquis ille fuerit, peior est & habetur, quàm qui occulte furatur res & bona proximi sui. Quippe longe melius Eccl.7. est nomen bonum,quàm vnguenta pretiosa. Longe melius est nomen bonum, quàm diui- Prouer.22. tiæ multæ. Super argẽtum enim & aurum gratia bona. Quod si detractor proximi famam obfuscauerit, grauius damnum fecit ac intulit,quàm si vel aurum, vel argentum abstulisset. Quisquis ergo nõ erubescit detrahere proximo suo,is Satanæ dolos ac malas artes perpetrasse sciat. Qui ita perfricuit frontem,vt etiam ausus fuerit Iobi nostro coram domino creatore suo detrahere. Putauit eñ ipse Satan Iobem hunc nostrũ,hypocritice seruire deo, sciens hypocritas amare,vt stent in plateis,& vt videantur ab hominibus,orare,ieiunare, ac eleemosynã dare. Propterea dixit,quod in faciem benedicat ei,quasi ad oculum,quemadmodum ignaui & pigri serui,& non ex vero corde seruierit,ita vt labijs eum honoret,cor aũt longe sit,aut si maluefaciem,hoc est manifeste maledicet tibi. Est enim hoc in Hebraismo frequens, vt pro benedictione maledictio intelligatur. Sic Psal.88. Si Dauid mentiar,semen eius in æternũ manebit.i. non mentiar. Et si introibunt in requiem,hoc est,non introibũt in requiem meam. Et hic:Si in faciem benedixerit tibi,id est,non benedicet tibi in faciem. Et hoc patet ex historia de Naboth Iesrahelita,cuius innocens mors,per nos quodã superiore sermone recitata est,cui obiectũ fuit, quasi benedixerit deo ac regi,quod nõ nisi ad maledictionẽ trahi poterit,iam ad Satanam hũc
B verspellem & multicolorem leopardum,sermonẽ itez vertamus. Ecce is,qui semel mẽtiri cœperat à principio mũdi,etiã hic mentitus est,& mentitur perpetuo. Quare dominus & saluator noster,eum graphice describere volens,ait:Vos ex patre diabolo estis,& desideria patris vestri Iohan.8 vultis facere,ille homicida erat ab initio,& in veritate non stetit,quia nõ est veritas in eo,quum loquitur mendacium,ex proprijs loquitur,quia mendax est & pater eius. Sic suis mendacijs pater ille mendaciorum seduxit Euam. Muliere eñ recitante prohibitũ esse illis in paradiso,ne co- Gene.3 mederent de fructu illo,qui esset in medio paradisi,vt nõ morerentur,dixit:Nequaq̃ morte moriemini,scit enim deus,quod in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri,& eritis scientes bonum & malum. Vides ne iam,q̃ ille semper in promptu mendaciũ habeat. In principio eñ testamenti noui,tali etiã figmento vsus est erga dñm,quando in monte excelso,ostẽdit ei omnia regna mundi & gloriam eoz,dicens:Hæc omnia tibi dabo,si cadens in terrã ado- Natth.4 raueris me. Dare promisit,quod præstare nunq̃ potuisset. Ex ijs itaq; omnibus discendum est nobis,ne de simplici,recto,iusto,ac religioso,calumniemini,seu male sentiatis, quemadmodum apostata ille Satan omnium nequissimus fecit. Sed de bonis bene,& optimis optime dicatis,ab exemplo Christi,qui etiam de discipulis interrogatus nihil de his mali pronuntiabat. Et hic ab
C historia nostra,exemplo dñi,qui de Iobe nostro præclara & optima quæq; dixit ac p̃dicauit, &vos itidẽ cogitate,sic erit dñs vobis benedictio,per infinita secula seculorum,Amen.

SERMO XI.

Si bona suscepimus de manu domini,mala autem cur non sustineamus? &c̃.

ARGVMENTVM.

De potestate diaboli tremenda.



Ost iniquissimi Satanæ calumnias coram dño dictas subintulit Satan:Extende paululũ manum tuam,& tange cũcta quæ possidet,nisi in faciẽ benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad Satan: Ecce vniuersa quæ habet,in manu tua sunt,tantum in eũ ne extendas manũ tuã. Ex his nostræ historiæ dictis,recte ac vere colligimus,potestatẽ dæ- Iob.1. monum in nos ac nostra nullam esse, nisi permissione diuina, q̃d etiã Satan ipse testatus est,quando instabat & dixit ad dominũ: Extende manum tuam. Nam si plenam potestatem habuisset in Iob, nunquã interpellasset deum,vt extenderet paululum manum,ac tangeret cũcta quæ possideret,& tunc in primis, quando licentiã dedit hisce verbis dominus:Ecce vniuersa quæ habet,in manu tua sunt, potestatem accepit. Huic permissioni Ibidem. tamen hanc restrictionem adiecit,vt tantũ in eũ,hoc est in personam Iobis manum non extẽderet. Sic ergo manifestum fit, vtcũq; sit nobis ac instet grande negotium,contra & aduersus principem huius mũdi,ac potestatem tenebraz,nihil tamen præualere potest Satan,nisi illi p-

missum fuerit. Id quod in Euangelio dæmonia multipliciter probare videntur. Legitur quippe D
Marci. 9 de filio quodã habenti spiritum immundũ, qui vbicũq; eum apprehenderat, allisit illum, ac spumare, dentibusq; stridere fecit. Et ab infantia sæpe illum in ignẽ & aquam præcipitem dedit.
Matthęi. 17 Hunc tamen occidere non potuit, sed veniente magistro ejectus est immũdus ille spũs. Erat ho
Marci. 1 mo in synagoga, spiritum immundum habens, sed quo se nihil posse contra voluntatẽ domini testaretur, exclamat: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti ante tẽpus perdere nos, scio q̃d
Matth. 8 sis sanctus dei. At simulatq; cõminatus est ei Iesus, dicẽs: Obmutesce & exi de homine. Exclamans itaq; Cacodæmon voce prævalida, ac discerpens exijt ab homine. Quinetiã iuxta mare
Lucæ. 8 Gerasenoꝝ, occurrerũt duo habentes dæmonia de monumentis. Nõ induebatur homo vestimẽtis, nec manebat in domo sua, vt autem procidit ante Iesum, exclamauit voce magna, dicẽs: Quid mihi & tibi est Iesu fili dei altissimi, obsecro te, ne me torqueas, p̃cipiebat em̃ spiritui immũdo, vt exiret ab hoĩe. Multis em̃ tẽporibus arripiebat illũ, & vinciebat catenis, & cõpedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in desertũ. Interrogauit aũt illum Iesus, dicẽs: Quod tibi nomẽ est? At ille dixit: Legio, qa intrauerũt dæmonia multa in eum, & rogauerunt illum, ne imperaret illis, vt in abyssum irẽt. Erat aũt ibi grex porcoꝝ multoꝝ pascentiũ in mõte, & rogabãt eũ, vt p̃mitteret eis in illos ingredi. Et p̃misit illis: Exierũt ergo dæmonia ab hoĩe & intrauerũt in porcos, & impetu abijt grex p̃ præceps in stagnũ, & suffocatus est. Ex his historijs & potissimũ illis, q̃ iuxta mare Gerazenoꝝ facta sunt, in professo est dæmones aut spũs immũdos, nec etiã in immũdos quidẽ porcos intrare potuisse, nisi p̃mittẽte dño. Dñs ergo est,
Matth. 8 in cuius noĩe ac potestate ejciunt dæmonia. Sic ipse dñs, spũs immũdos ejecit verbo. Sic poteE
Marc. vlt. Matth. 17 Luc. 8 Matth. ſſ Luc. ſſ Acto. 19 statẽ dedit apl̃is atq; discipulis eius, vt dæmonio ejcerẽt, docuitq; illos, q̃ddã genus eẽ dæmonioꝝ, q̃d non nisi oratione & ieiunio ejceret. Sic dñs ejecit dæmonia septẽ à muliere. Sic à filia Chananeæ mulieris, male à dæmonia vexata, dæmoniũ ejcit. Sic ejciebat dæmonium, q̃d erat mutũ. Et quũ ejecisset dæmoniũ, loquutus est mutus. Atq; adeo tanta vis est nominis Iesu, vt in Epheso tẽporibus diui Pauli apostoli, qñ tẽtauerũt quidã, de circumeuntibus Iudæis, exorcistis inuocare sup eos, q habebãt spũs malos, nomẽ dñi Iesu dicẽtes: Adiuro vos p̃ Iesum, quẽ Paulus p̃dicat: Spũs nequam, is in hũc modũ respõderit: Iesum noui, & Paulũ scio, vos aũt q̃ estis? Tandẽ insiliens homo in eos, in quo erat dæmoniũ pessimũ, ita vt p̃ualeret duobus filijs Scenæ Iudæi principis sacerdotũ, & q̃d coacti fuerũt nudi & vulnerati effugere de domo illa. Licet ergo veꝝ sit, q̃d Ephesios docuit apl̃us: Nobis nõ esse dũtaxat colluctationẽ aduersus carnem &
Ephe. 6 sanguinẽ, sed & aduersus principes & potestates, aduersus mũdi rectores tenebraꝝ haꝝ, cõtra spũalia nequitiæ in cœlestibus, nihilominus illi prævalere nequeunt, si non hoc permiserit dñs.
Tobiæ. 3 Permittit aũt aliquãdo dñs, propter p̃tã nostra. Ita dæmoniũ nomine Asmodæus, occidit septem maritos Saræ filiæ Raguelis. Tobiã aũt iuniorẽ eiusdẽ Saræ maritũ octauũ, occidere non
Tobiæ. 6 potuit. Huius rationẽ expendit Raphael angelus dñi, ad Tobiam dicẽs: Audi me Tobia, & ostẽdam tibi, qui sunt, qbus prævalere põt dæmoniũ. Hi nãq;, qui coniugiũ ita suscipiunt, vt deum à se & sua mẽte excludãt, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, qbus non est intellectus, habet potestatẽ dæmoniũ super eos. Tu aũt cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies cõtinens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cũ ea. Ipsa aũt nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dæmoniũ. Sic in Saulem regẽ irruit spũs ille malus, quãdo voluit per F
i. Re. 18. 19. inuidiã lancea perfodere Dauid regẽ. Et cũ nulla persuasione aut benefactis, posset auocari Iu-
Iohan. 13. das Iscariothis, post buccellã panis introiuit in eum Satanas. Habita itaq; & obtẽta permissio-
Iob. 1. ne dei super Iob, scriptura dicit: Egressus est Satan à facie dñi. Egressus est Satan, non modo à facie, sed & à cõuentu filioꝝ dei. Et ecce, quũ quadã die filij & filiæ Iobis comederent, & biberent vinũ in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob, q̃ diceret: Boues arabãt, & asinę pascebãtur iuxta eos, & irruerunt Sabei, tuleruntq; omnia, & pueros percusserũt gladio, & euasi ego solus, vt nuntiarem tibi. Quumq; adhuc ille loqueretur, venit alter & dixit: Ignis dei cecidit è cœlo, & cunctas oues pueros q̃ cõsumpsit, & effugi ego solus, vt nuntiarẽ tibi. Sed adhuc illo loquente, venit alius & dixit: Chaldæi fecerũt tres turmas, & inuaserũt camelos, & tulerunt eos, necnõ & pueros p̃cusserũt gladio, & ego fui solus, vt nuntiarẽ tibi. Adhuc loquebat̃ ille, & ecce alius intrauit & dixit: Filijs tuis & filiabus vescẽtibus & bibẽtibus vinũ in domo fratris tui primogeniti, repẽte vẽtus vehemẽs irruit à regione deserti, & cõcussit quatuor angulos domus, q̃ corruẽs oppressit liberos tuos, & mortui sunt, & effugi ego solus, vt nuntiarẽ tibi. Tunc surrexit Iob, & scidit vestimẽta sua, & tonso capite corruens in terrã, adorauit & dixit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut dño placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neq; stultum quid cõtra deum loquutus est. Studeamus itaq; & nos, ab hoc præceptore patientiæ, iustinere & abstinere, & quæcunq; aduersantia, æquo & patientissimo animo tolerare, semper dicentes & profitentes: Sit nomen domini benedictum. Amen.

Sermo

SERMO XII.

Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut dño placuit, ita factum eſt. Sit nomen domini benedictum.

Verba ſunt patientiſſimi Iobis, in Vſitide regione, inter peſſimos homines religioſiſſime viuentis, ſcripta Iob primo capite.

ARGVMENTVM.

De varijs ac diuerſis tentationibus.



Eſterno ſermone intellexiſtis chariſſimi, ex quatuor nuntijs ad Iobē noſtrum non niſi triſtia ac aduerſa perlata eſſe. Sabæi eñ non modo boues & aſinas abegerunt, ſed adoleſcētes percuſſerunt in ore gladij. Sic eñ Hebrǫis loquēdi mos eſt, vt conflictus, ac prælia in ore gladij facta fuiſſe dicant. Sabæi autē Arabes ſunt à Scheba dicti, qui fuit filius Remia, filij Chuſs, filij Cham, filij Noa. Vnde felix Arabia ab ea dicitur thurifera, de qua in Hemiſtichio: Litant thura Sabæi. Nec ſatis erat boues & aſinas perdere, etiam ignis de cœlo deuorauit oues & paſtores. Adhuc ſatis non erat Sabǫos abegiſſe boues & aſinas, quin prǫterea Chaldæi rapuerunt camelos interfecerūtq; inſuper cuſtodes eorum. Et quo vehemētius dolor animū & cor Iobis noſtri percuteret, etiam nuntiaī illi, quod ventus irruēs, occiderit non modo tres filios, ſed & ſeptē filias, ita vt omnes mortui ſint. Forte roges qua parte peccauerit Iob ille noſter, vt licet quatuor excellētiſſimis virtutibus excelluerit, quibus hucuſq; laudauit eum non modo ſcriptura, ſed & os dñi, tamē interea quatuor tam inauſpicatos audierit nuntios, vtq; hǫc ac tanta mala, non modo venerint ſuper eum, ſed & cumulatiſſime adobruerint illum. Ecce aūt in promptu tibi reſpondebo. Verum eſſe, propter peccata plagas ac aduerſa quæq; plerūq; infligi, ac inflicta eſſe hominibus. Sic eñ primi parentes noſtri, quando peccarunt, & prǫcepta domini tranſgreſſi ſunt, audiunt diuerſa & horrenda maledicta domini. Audit mulier dicētem dominum: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios. Audit Adam: Maledicta terra in opere tuo, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Cæterum, quando Gigantes ſuper terram conſpiciebantur, multaq; malitia hominum eſſet ſuper terrā. Ecce diluuiū perdidit oēs in diebus Noe, octo dūtaxat ſaluatis animabus in arca. Sub Loth illo viro oīm optimo, cecidit ſup Sodomam & Gomorram ignis de cœlo. Quippe peccatores erant abominabiles. Sic ſerpētes igniti mordent Iſraelitas propter peccata. Sic peccāte Dauide, moritur filius, venit & peſtilentia ſuper populum. Et ita ob peccata ſæpe venit manus & ira dñi, de qua re in ſequentibus paulo profuſius nonnulla dicturi ſumus. In Iobe aūt noſtro, locū iſta habere non poſſunt. Quippe Iob ille noſter, ſeruus erat dñi, in pietate nullus erat ei ſimilis in terra, ſimplex, rectus, & æquus, timēs deum, ac à malo declinans. Sed hunc tētare voluit dñs, quēadmodum & ipſe deus tentauit Abraham. Quum enim nihil peccati, nihilq; mali perpetraſſet Abraham, nihilominus audit ad ſe dominum ita dicentem: Tolle filium tuum vnigenitum, quē diligis Iſaac, & vade in terrā viſionis, atq; ibi offeres eum in holocauſtum, ſup vno montium, quē monſtrabo tibi. Non ſatis erat illum audire, vt tolleret filium ſuum, ſed vt vehemētius pungeret, adiecit vnigenitum. Et quo pǫnitius intraret viſcera Abrahǫ, dicit: Vnigenitum, quē diligis. Et poſtremo, vt etiā compages & medullas penetraret, hoc adijcere voluit, vt hūc filiū vnigenitū, ſuo exprimeret nomine, Iſaac inquā. Et quo longiori mœrore doleret, iuſſit vt faceret eum holocauſtū non ilico, & in eodē loco, ſed ſuper vno montiū, quē vellet ille monſtrare. Hanc tētationem immolationis Iſaac, ita perfecit Abraham, vt de nocte conſurgens ſtrauerit aſinum ſuū, ducēs ſecum duos iuuenes, & Iſaac filiū ſuū, quumq; cōcidiſſet ligna in holocauſtū, tulit illa, & impoſuit, ſup Iſaac filium ſuū, ipſe vero portabat in manibus ignem & gladium. Pergebant ergo pariter, & venerūt ad locum, quē oſtēderat ei, dicēs. Quumq; colligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum, extenditq; manum & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum, id quod plene feciſſet, ſi non angelus dñi de cœlo exclamaſſet, vt nō extēderet manū ſuā ſuper puerum, neq; faceret illi quicq̄. Propter hoc Paulus ad Hebrǫos, ait: Fide, q vocaī Abrahā, obediuit in locū exire, quē acceptурus erat in hǫreditatē, neſciens quo iret. Et iterum: Fide obtulit Abrahā Iſaac dum tentaret, & vnigenitū offerebat, in quo ſuſceperat repromiſſionē, ad quē dictum eſt: Quia in Iſaac vocabit tibi ſemē, arbitrās, quia & à mortuis potēs eſt ſuſcitare deus.

Gene. 3

Gen. 6

Gene. 19

Nume. 21

2. Regū. 12

2. Reg. 24

Geneſi. 22

Gene. 22

Hebr. 11

Habes itaq; in hac admirabili hiſtoria, cur fuerit tentatus Abraham. Tentatus quidem, vt probaretur fides illius. Tentatus eſt & Iſrael. Vnde Deuteronomij. 8. Adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te atq; tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo verſabant, vtrum cuſtodires mandata illius, an non. Et ita Iudith. 8. Tentati ſunt patres noſtri, vt probarent, num verè colerent deum ſuum. Memores eſſe debetis, quomodo pater noſter Abraham tentatus ſit, & per multas tribulationes, probatus dei amicus effectus eſt. Sic Iſaac ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes tranſierunt fides Illi autem qui tentationes ſuas non ſuſceperunt cum timore domini, & impatientiam ſuam, & improperium murmurationis ſuæ, contra dominum protulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perierunt. Sic tentatus eſt Ezechias ille rex, de quo tamen ſcriptura dicit: Quod ſperauerit in dominum deum Iſrael, & quod poſt eum non fuit ei ſimilis de cunctis regibus Iuda, imò ne in ijs quidem, qui ante eum fuerunt. Et adhæſit domino, & non receſſit à veſtigijs eius, fecitq; mandata eius, quæ præceperat dominus Moyſi, vnde & erat dñs cum eo, nihilominus tentatus eſt. Sic em̃ ſcriptura dicit: In legatiõe principũ Babylonis q̃ miſſi fuerãt ad eum, vt interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram. Dereliquerat eum dominus, vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius. Sic de iuſtorum animabus liber Sapiẽtię dicit: Quod licet iuſti in paucis vexati ſint, in multis tamẽ bene diſponetur, quoniam deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe, tanquàm aurũ in fornace probauit eos. Quod ſi tentati fuere Abraham, Iob, atq; permulti alij iuſti, mirum tibi non fuerit, ſi tu tenteris, qui quotidie peccas. Hoc tibi ſolatio eſſe debebit, q̃d etiã ipſe dominus Ieſus à tentatore diabolo, ter tẽtatus ẽ, id quod Apl's de Chriſto docet: In quo paſſus eſt ipſe & tẽtatus, quod etiam potens ſit eis, qui tentant auxiliari. Petrus deinde in. 2. Canonica ſua, ſic docuit: Deus iuſtũ Loth oppreſſum à nephãdorũ iniuria, ac luxurioſa cõuerſatione eripuit, aſpectu aũt & auditu iuſtus erat habitãs apud eos, qui de die in diem animã iuſtam, iniquis operibus cruciabãt. Nouit deus pios de tẽtatione eripere. Iniquos vero in diẽ iudicij reſeruare cruciãdos & ita nouit deus de tẽtatiõe eripere, vt etiam dicat Apoſtolus: Fidelis deus eſt, qui non patietur vos tentari, ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouẽtum, vt poſſitis ſuſtinere. Propterea Iacob alius Apoſtolus, quaſi exultabundus clamat: Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam promiſit deus diligẽtibus ſe. Nemo cum tentatur, dicat, quin à deo tentetur. Deus enim intentator malorũ eſt, ipſe autem neminẽ tentat. Vnuſq;q; vero tentatur à concupiſcẽtia ſua, abſtractus & illectus. Deinde concupiſcẽtia cum conceperit, parit peccatum. Peccatũ vero quũ conſummatũ fuerit, generat mortẽ. Quod ſi quis noſtræ doctrinæ aduerſari putauerit, qua docemus, ita docẽte ſcriptura: nimirum deum tentaſſe Abrahã, tẽtaſſe Iſraelitas, & q̃ ſancti tẽtati ſint, ac in occiſiõe gladij mortui. Et in hodierno Euãgelio ſalnator noſter tẽtat Philippũ, interrogãs: quot panes habetis? Male ergo doceat Apl'us Iaco. de um tẽtare neminẽ. Cui ſic reſpõdemus, iuxta id, quod Eucherius Lugdunẽſis ſcribit epiſcopus, dicẽs: Tentatio dñi probatio appellat. Neq; enim ille quẽquàm tẽtat in paſſionibus, ſed in concupiſcẽtijs noſtris, illa tẽtatio eſt, cum humiliati deijcimur. A dño eſt tẽtatio, quũ probat & glorificamur, & ideo dñs intẽtator malorũ eſt. Vnde Apoſtolus: Tribulatio patiẽtiam operat, patientia autẽ probationẽ, probatio autẽ ſpem, ſpes autẽ non confundit. Gaudiũ itaq; exiſtimate chariſſimi frẽs, quũ in tẽtationes varias incideritis, ſciẽtes, quod probatio fidei veſtrę patiẽtiam operat. Patiẽtia autẽ opus perfectum habet, vt ſitis perfecti & integri in nullo deficiẽtes. Tentatus fuit Apoſtolus etiam ex tertio cœlo rediẽs. Datus eſt enim illi ſtimulus carnis, angelus ſatanæ, vt colaphizaret eũ. Tentati ſunt non ſolum Antonius, Hilarion, Malchus, & reliqui hęremitæ in deſerto. Etiam ipſe dñs in deſerto ieiunans, à tẽtatore diabolo ter tẽtatus eſt. Tentatus eſt non modo à diabolo ſaluator noſter, ſed & à legis perito, à Phariſæis, ab Herodianis. Vnde Iob ille noſter, vitam hoĩs depingere volẽs, inter cętera dicit: Militia eſt vita hominis ſup terrã, quòd Septuaginta hiſce verbis exprimũt: πότερον οὐχὶ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος ἀνθρώπου. Id eſt, nunquid non locus tentationis eſt vita hominis? Quàmdiu itaq; vixerit homo, tentatur à carne, tentat à mundo, & à diabolo tentatore. Non eſt ergo peccatum, ſi quis tentatur. Periculum autẽ eſt, ſi quis à tentatione vincitur. Vnde rogamus patrem in cœlis ex oratione dominica, ne inducamur in tentationem. Et ad ipſos Apoſtolos in monte Olíueti, non fruſtra dicit dominus, vt orent ne intrent in tentationem. Sic itaq; Iob ille noſter, quadruplici malo nuntio tentatur, & in hac prima tentatione, tam glorioſe vicit, vt etiam de eo ſcriptura dicat, quòd nihil ſtulti contra deum loquutus fuerit. Quod ſi non murmurauit, aut muſſitauit, aut etiam maledixit inter aduerſa Iob ille noſter innocentiſſimus. Non ergo nobis qui peccatores ſumus, in turbinibus hiſce belli, ſ. peſtilentiæ, famis, ac rerum oĩm murmurãdũ, & maledicẽdum erit. Quin magis cũ Iobe dicat vnuſquiſq;, qui & res & proprios filios perdiderit: Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, Sit nomen domini benedictum, Amen.

2. Cor. 10 — 4. Regũ. 18 — 2. Para. 32 — Sapiæ. 3 — Matth. 4 Hebr. 11 2. Petri. 2 — 1. Cor. 10 — Iaco. 1 — Iohan. 6 — Romañ. 5 Iacob. 1 — 2. Cor. 12 — Matth. 22. Iob 7 — Matth. 26

A

SERMO XIII.

Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut dño placuit, ita factum eſt. Sit nomen domini benedictum.

Verba ſunt patientiſſimi Iobis, in Vſitide regione, inter peſſimos homines religioſiſſime viuentis, ſcripta Iob primo capite.

ARGVMENTVM.

De veterum cærimonijs in aduerſis.

B

PRoximo ad vos habito ſermone tradidimus vobis tẽtationis materiam, reſtat nunc, vt audiamus quid fecerit Iob, quo pacto ſeſe geſſerit, quando nuntiatum eſt illi, boues arantes, ac aſinas à prędonibus abactas, ignem de cœlo deuoraſſe oues, atq; tria millia camelorũ, ſimili Iob.1
prędatione perijſſe. Porro ad hæc filios & filias, pro quibus ſacrificãdo, ac multis modis alijs valde ſolicitus erat, perdidiſſe. Tria itaq; hunc magnanimũ atq; conſtantẽ virum Iobem in medijs aduerſitatum procellis, ac in tanta turbine rerũ feciſſe legitur. Primo, ſcriptura dicit eũ ſurrexiſſe. Cæterũ quod ſciderit veſtimẽta ſua, & poſtremo loco, quòd tonſo capite corruens in terram, adorauerit. Surrexit ille, vt erigeret animũ inſtar viri prudentis, cuius prima virtus eſſe debet, vt ſupra modũ ſeſe non extollat in proſperis, nec vltrã, q̃ ſat eſt, contriſtetur, deijciatur q; in aduerſis. Dixere philoſophi prudentem animũ in viro prudẽti inſtar tetragoni alicuius haberi, qui vtcũq; in planum proiectus fuerit, ſemper erecte ſe habeat. Tales fuere Apoſtoli, diſcipuli, ac martyres dñi. Ibant em Actorũ.5
Apoſtoli gaudentes ſe dignos eſſe, pro Chriſto contumeliam pati, Stephanus ille prothomar Acto. 6
tyr, ob id laudatur, quod quũ illi reſiſterent, qui de ſchola Cyrenenſium, Alexandrinorũ, Libertinorumq; fuere, ita vt etiam frenderent dentibus in eum. Nihilominus eum ſcriptura laudat, quod perſtiterit plenus fortitudine ac ſapientia. Et ipſe Paulus, qui in periculis fluminũ, in pro- 2.Corꝝ.11
fundo maris, in falſis fratribus, inter quadragenas vna minus, auſus eſt quaſi certiſſimam regulã deſcribere nobis, quo virtus in infirmitate perficiatur. De hac tamen re poſthac paulo latius in ædificationem veſtram, nonnulla dicturi ſumus. Surgendum eſt itaq; nobis, non ſedendum, nõ oſcitandum, non dormitandum, ſi quando, & quantum ad noſtra tempora, vobis aduerſa imminẽant, imò agminatim irruant. Sic non fruſtra Paulus hortatur: Surge qui dormis, & Epheſi.5
exurge à mortuis. Et hora iã eſt nos de ſomno ſurgere, nunc em propior ſalus noſtra eſt quàm Romañ.13
crediderimus. Et quaſi in figuram, mortuæ puellæ, ait dominus: Puella ſurge. Adoleſcẽti vero Lucę.7
iã ſepeliendo, ait: Adoleſcẽs, tibi dico, ſurge. Deinceps dormitantibus Apoſtolis ait: Surgite & Matth.9
C orate, ne intretis in tẽtationẽ, vt nos quaſi in peccatis demortui, & dormitãtes etiã reſurgamus Marci.2
ſi quid aduerſi nobis ingruerit. Excitamur aũt à ſomno partim per flagella, & imminẽtes plagas vocante dño, ac dicente: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam Lucæ.22
vos. Is quãdo Lazarũ quatriduanum fœtentem è monumento, qui obdurati peccatoris figura fuit, euocat, continuo clamat: Lazare, veni foras. Cæterum, vt ſurgamus, inſtigant angeli. Matth.11
Sic angelus dormitantem Petrum excitauit in carcere. Sic alius angelus excitauit Heliam, di- Iohan.11
cens: Surge & comede, grandis enim tibi reſtat via. Sic angelus apparuit in ſomnis Ioſeph, ac di Acto.12
xit illi: Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Aegyptum. Vocamur à Syntheriſi ſem- 3.Regũ.19
per bona & æqua dictanti. Signatum eſt enim ſuper nos lumen vultus domini. Vocamur præ- Matth.2
terea à dictante conſcientia, quæ nobis teſtimoniũ perhibet. Prouocamur & ad benefaciendũ Plalm.4
verbo domini, quod adeo validũ & efficax erat, vt auocaret Matthæum publicanum à theolonio, Symonem, Andream, Iacobum, & Iohannem filios Zebedæi à nauiculis, à piſcibus, à Matth.9
piſcatura, etiam à parentibus. Vox enim filij dei, vox eſt tam efficax, vt ij, qui in monumento ſunt, audient illam & procedent. Et qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, qui vero ma- Matth.4
la, in reſurrectionẽ iudicij. Surgẽdum eſt itaq; nobis, à ſomno peccati cum Lazaro, cum adole- Iohan.5
ſcente, cũ puella, cũ cæteris dormiẽtibus omnibus, imò cũ ipſo Iob. Cæterũ Iob ipſe triſtiſſima ſibi nuntiari accipiens, ſcidit veſtimenta ſua. Veterũ enim ille mos erat, vt cum triſtia obuenirent illis, veſtimẽta ſcinderẽt. Sic Ioſue filius Nun, & Caleph filius Iephonæ, audientes vociferari populum, flere turbam, & murmurari contra Moyſen & Aaron, optantes, vt in Aegypto, nõ hac vaſta ſolitudine mortui eſſent, optãtes, vt iamiã perirẽt, volẽtes ſibi cõſtituere ducẽ, & reuerti in Numer.14
Aegyptum, præ mœrore ſciderũt veſtimenta ſua. Et verum ipſe Ioſue, quando viri ciuitatis

Hay,

Iosue.7 Hay, percusserunt nonnullos de populo Israel, & reliquos de tribus millibus insequuti sunt, D
scidit præ dolore vestimenta sua. Iepthe quoq; Galaathites, vir fortissimus, quando occurrit ei
Iudic.11 vnigenita filia virgo, scidit vestimẽta, eo q̃ ex voto immolanda erat. Sic em̃ dixerat: Quicũq;
primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihi q̃ reuertẽti occurrerit cũ pace à filijs Amon
2.Regũ.1 eum holocaustũ offeram dño. Et ipse Dauid intelligẽs Saulem regem esse mortuum, scidit ve-
stimenta sua, oñesq; viri, qui erãt cum eo, & planxerunt, & fleuerũt, & ieiunauerunt, vsq; ad ve-
3.Regũ.21. sperã, super Saul & Ionathan filium eius, & super populũ dñi. Sic Achab scidit vestimẽta sua, sic
4.Regũ.19 Ezechias, sic Iosias, sic Matathias. Tertio loco Iob tondebat caput suũ, id quod etiam tristitiæ
4.Reg.22 fuit indicium. Vnde in Hieremia, sic ait dñs: Tonde capillum tuum, & proijce, & sume in dire-
1.Macha.2 ctum planctũ. His itaq; tribus signis, significatus est luctus Iobis nostri, ac dolor, non ex despe
Hierem.7 ratione, sed ex metropathia, quę etiam in sanctis viris laudabilis est. Nulla em̃ passione moueri,
aut supra modũ commoueri affectibus & passionibus perturbari, extrema sunt. Medium autẽ,
quod aureum est, tenuere beati, quo plene atq; perfecte insignitus Iob ipse fuit, quẽadmodũ &
Iob.1. verba eius indicant. Nihil em̃ sanctius, nihil quoq; religiosius dicere poterat, q̃ nudus egressus
sum, de vtero matris meę, nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit, ita
factum est. Sit nomen domini benedictum, in secula seculoꝝ, Amen.

SERMO XIIII.

Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. E
Dominus dedit, dominus abstulit, sicut dño placuit, ita fa
ctum est. Sit nomen domini benedictum.

Verba sunt patientissimi Iobis, in Vsitide regione, inter pessimos homines religiosissime viuentis, scripta Iob primo capite.

ARGVMENTVM.

De planctu mortuorum.



IN cum è scriptura sancta vobis declaratum extitit, quibus signis ac eę rimonijs Iob ille noster aduersa sua planxerit, forte miraris, quę fuerit illi iustior mœroris causa, & visum est ijs, qui inspirati spiritu sancto, ac loquuti sunt dei homines, vt interitus boum, asinarum, ouium, & camelorꝝ, minime fuerit tanti mœroris præcipua causa, si modo habuisset filios ac filias ipse Iob superstites, potuisset enim suarum calamitatũ facile obliuisci, & ex illis aliquo mõ habere solatiũ præsidiumq;. Eapropter quando non modo pecora ac iumenta, sed & custodes atq; pastores, ac tandem septem filios & filias, cum toto famulitio perdidit, idcirco scidit vestimenta sua, totundit caput, & adorauit ca- F
Gene.37 dens in terram. Vetus enim & humana consuetudo est deplangere mortuos. Sic Abraham cen
tum vigintiseptem annorꝝ, Saram vxorem planxit, quando hęc mortua est in ciuitate Hebron,
Gene.vlt. quę propterea Arbe dicitur, ab arba, quod est quatuor, quod ibi quatuor patriarchę sepulti sint
Iacob etiam credẽs à fera pessima deuoratũ esse filium suum Ioseph, induit se cilicio, ac lugebat
filium suum multo tempore. Qnum vero patriarcha Iacob in Aegypto mortuus esset, non solũ
Gene.50 Ioseph defleuit patrem, verumetiam defleuit eum Aegyptus septuaginta diebus. Et expleto plã
ctus tempore, idem Ioseph obtinuit à Pharaone, vt sepeliret ille patrem suũ. Ascenditq; Ioseph
ex terra Iesse, cũ senioribus Pharaonis & natu maioribus, celebrabatq; exequias in terra Aphat
planctu magno trãs Iordanem septẽ diebus. Quod cũ vidissent habitatores terræ Chanaan, di
xerũt: Planctus magnus est iste Aegyptijs, & idcirco vocatus est locus planctus illius, planctus
Nume.20 Aegypti, & hęc ante Moysen facta legũtur. Sub Moyse vero, qñ Aaron frater Moysi mortu-
us est, in supercilio montis Or, oñis multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo trigin-
ta diebus, per cunctas familias suas. Simili modo, quãdo mortuus est Moyses seruus dñi, in ter-
Deut.vlt. ra Moab, iubente dño, & sepeliuit eũ ipsemet deus, in valle terræ Moab contra Bogor, cũ esset
2.Regũ.13 centum viginti annorum, & necdum caligauerant oculi eius, necdum quoq; dentes illius moti
2.Para.35 sunt. Fleuerunt eum filij Israel in campestribus Moab triginta diebus, & completi sunt dies plan
1.Regũ.15 ctus lugentiũ Moysen. Sic Dauid luxit filiũ suũ Ammon multis diebus. Et Iosiam regem luxe-
runt vniuersus Iuda & Israel. Sic vniuersi Israelitę planxerũt Samuelem mortuũ. Fleuit Magda
Iohan.11 lena super mortuo Lazaro, ad cuius monumentũ etiã fleuit ipse dñs. Super Stephanũ protho-
Actorꝝ.8 martyrem extra muros Hierusalem lapidibus obrutum, viri religiosi fecere planctum magnũ.

Toto

A Toto itaq; cœlo errant, qui putant irreligiosum esse, quod mortuis impenditur. Quando etiã de sepultura Saræ, pater multarũ gentium Abrahã, fuerit valde solicitus, quando sepulchrũ emit illi in spelunca, quæ respiciebat Mambre. Et ipse Iacob quando collegit pedes suos super lectulum suum ordinauit, vt sepeliretur cum patribus suis. Et Moyses morturus adiurauit fratres, vt asportarent ossa eius ab Aegypto, id quod factum est, sacris testantibus historijs, in exitu Israel de Aegypto. Nec frustra Samuel sepultus est in Ramatha vrbe sua. Taceo præterea de sepultura Delboræ nutricis Rebeccæ, quę sepulta fuit ad radices Bethel subter quercum. Ad Tobiã, qui erat de tribu Nephthalim, & ad Euangelij historias me refero, in quibus ob sepulturas impertitas laudatur ipse Tobias. Insuper laudat mulier in domo Symonis leprosi, quæ valde pretiosum vnguentũ fudit super caput dñi. Et ob id, in defensionem eius, dñs ait: Bonum opus operata est in me, nempe vt præueniret, ad sepeliẽdum me fecit, inquit: Et ipse Ioseph ab Arimathia, atq; Nicodemus, non parũ laudis habent, quod mundã syndonẽ, monumentũ nouũ, & alia ministrarũt pro sepultura dñi, lintheamina quidẽ, sudariũ, myrrhã, aloen. Pietas est ergo plorare & sepelire mortuos, modo modum nõ excedas, sed potius mediocritatẽ, & modestiam serues, qualem etiã olim inter Ethnicos nõnulli seruauere philosophi. De Anaxagora em̃ legit, vbi nũtiaretur ei filium esse mortuum, quod responderit ille. Nihil noui nũtiatum est, q̃ primũ em̃ mihi nascebat filius, sciebã eũ aliquãdo morituꝝ, esseq; mortalem. Vnde inter omnes, qui plãxere mortuos, Dauid prudentius feciſſe mihi visus est. Cuius cum ægrotaret filius, ab vxore Vriæ natus, deprecatus est dñm Dauid ipse pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum, iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum, vt surgeret

B de terra, qui noluit, nec comedit cum eis cibum. Accidit autem die septima, vt moreretur infans timueruntq; serui Dauid nũtiare ei, quòd mortuus esset paruulus. Dixerunt em̃: Ecce quum paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eũ, & nõ audiebat vocẽ nostrã. Quãto magis si dixerimus: Mortuus est puer, se affliget? Quũ ergo Dauid audisset seruos suos mussitãtes, intellexit, quod mortuus esset infantulus, dixitq; ad seruos suos: Num mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus, vnctusq; est. Quumq; mutasset vestem, ingressus est domũ dei, & adorauit, & venit in domũ suã, petiuitq; vt poneret ei panẽ, & comedit. Dixerunt aũt ei serui sui: Quis est sermo, quẽ fecisti? Propter infantẽ quũ adhuc viueret, ieiunasti, & flebas, mortuo aũt puero, surrexisti & comedisti panẽ. Qui ait: Propter infantẽ quũ adhuc viueret, ieiunaui & fleui. Dicebam em̃: Quis scit, si forte donet eum mihi dominus, & viuat infans. Nunc autem, quia mortuus est, quare ieiuno, nunqd potero reuocare eũ amplius? Ego vadam magis ad eũ, ille vero nõ reuertet ad me. Ex qua Dauidis sacra historia, docemur mediocritatem in planctu mortui oportere seruari. Propterea Paulus ille doctor gentiũ, Thessalonicẽn. prę monuit, ne de dormiẽtibus cõtristarent, sicut cęteri q apud Ethnicos olim Epicurei, aut apud Iudęos Sadducæi fuere, spem futuræ resurrectiõis non habebant. Idcirco & Lazarũ in Bethania vere mortuum dormire dixit. Sic & puellã simili mõ vere mortuã, dormire dixit. Huc attinet, quod Paulus Apostolus, de hac re ad Thessalonicẽn. verba faciens, ac resurrectiõis formã præscribẽs, dicit: Si em̃ credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos, qui dormierũt per Iesum adducet cũ eo. Hinc apud Corinthios, Chr̃m docet esse primitias dormiẽtiũ Et toties in libris regnoꝝ reges Iuda & Israel mortui, dicunt dormire cũ patribus suis, quod ali-

C quãdo resurrecturi essent. Apathia, hoc est, impassibilitas etiã in patiẽtissimo nostro Iobe locũ non habet, alioqui nõ scidisset ille vestimẽta sua, sed quo metropathiã ostẽderet, totundit caput suum. Consuetudinis em̃ erat, post mœrorem, post luctũ, vt veteres tonderẽt capita sua. Sic Ioseph, quum de carcere à Pharaone duceret, totondit comã capitis sui. Sic Ionathæ filius, quum Dauid ab Hierusalem post mortẽ Absalon reuerteret, totundit caput. Et ipse Iob, vt mediocritatẽ sui doloris, ac suoꝝ affectuum oñderet, tonso capite corruit in terrã, indicare volens se terram eẽ ac cinerem, nõ ignorans patriarchã totius generis humani, Adam esse edoctum: Terra es, & in terram reuerteris, id quod & Abrahã nouit, dicens, Quia semel cœpi, loquar ad dominum meum, quum sim puluis & cinis. Lugendi sunt itaq; mortui. Cæterum si bona nostra perdiderimus, supra modũ dolere non oportet. Id quod etiã hodiernũ Euãgeliũ, de diuo Andrea Apostolo subindicare videtur. Siquidem hoc Euangelium. de quatuor dicit Apostolis: Quomodo Symon Petrus, Andreas, Iacobus, & Iohannes, non modo reliquerint rete, naues, pisces, sodales, sed & filij Zebedæi, propriũ etiã patrem posthabuerint, ac sequuti sint dñm. Longe em̃ fortior erat vox attrahẽs dñi dicentis: Venite post me, faciã vos fieri piscatores hoim, quàm vel magnes lapis herculeus possit attrahere ferrum. Aspectus em̃ Saluatoris ac domini nostri, quasi radius solaris beneficus erat. Vnde quũ diceret Matthæo publicano ad theoloneũ sedenti, sequere me, cõfestim surgẽs, sequutus est eum. Sic & Andreas, cuius festiuum diem hodie celebramus, ilico relictis retibus cum fratre suo, sequutus est dominum. Ita post Iobem nostrum, si nostra perdiderimus, semper sequi dominum, valde quàm vtile, apprimeq; necessarium fuerit. Nudi em̃ egressi sumus in hunc mundũ, & hinc recessuri, quum nihil in hũc mundũ contulerimus, hauddu-

Gene. 23
Genes. 49
Gene. 50
Exod. 13
1. Regũ. 15
Gene. 35
Matth. 26
Matth. 27
2. Regũ. 12
1. Thessa. 4
Iohannẽ. 11
Matth. 9
1. Thessa. 4
1. Cor. 15
Gen 41
2. Regũ. 13
Gene. 3
Matth. 4
Matth. 9
1. Timot. 6

Hauddubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes itaq; alimenta, & quibus tegamur, his D
contenti simus. Nam qui cito volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueos diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Recte ergo ac sanctissime Iob in terram corruens, cognoscit & dicit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Id quod quotidie quisq; fidelis cognoscere debet. Fiat, Fiat.

SERMO XV.

Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.
Dominus dedit, dominus abstulit, sicut dño placuit, ita factum est. Sit nomen domini benedictum.

Verba sunt patientissimi Iobis, in Vsitide regione, inter pessimos homines religiosissime viuentis, scripta Iob primo capite.

ARGVMENTVM.

De admirabili beneficentia & nomine dei.



IN ædificationem vestram humilitatis verba, quę Iob ille noster in af- E
flictione sua, & in medijs malorum suorum ærumnis exclamat, ex ordine tractabimus ea. quæ dixit: Dixit autem perditis & amissis rebus, asinis, filijs, & filiabus omnibus. Dominus dedit, dominus abstulit, & recte. Ipse enim est, qui iuxta Iacobum Apostolum, dat omnibus affluenter. Est em̃ pater luminum, qui dat humilibus gratiã. Dat Abrahæ & semini eius terram lacte & melle manantem, dat manna de cœlo patribus in Aegypto, dat escam esurientibus, etiam esurienti Danieli per Abacuc, dat escam omni carni, aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, dat niuem sicut lanam, dat pluuiam terræ, dat sapientiam Salomoni, dat sapientiam sapientibus, dat sapientiam & alijs, dat cor nouum & spiritum nouum, dat sub Euangelio claues regni cœlorum Petro, dat etiam habenti, dat decem, quinq; & duo talenta, dat aquam salientẽ in vitam æternam. Et ita dives est, vt recte exclamauerit Paulus: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Vnde ipse est, qui vnicuiq; dona sua dedit? qui dedit dona hominibus, & quotidie dat alij spiritum sapientiæ, alij spiritum intellectus &c. Et tam liberalis est, vt etiam spiritum non det ad mensuram. Et quicquid ita datũ est, optimum est, descendens à patre luminum. Nihil ergo est, quod non dederit dominus. Vnde non sine causa quærit Apostolus, dicens: Discatis, ne vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, qd gloriaris, quasi non acceperis? Quum itaq; dominus deus dederit omnia, dederit quandoq; di- F
uitias, quas vbi aliquando abstulerit, non tua, sed sua repetit. Omnia per ipsum facta sunt. Per ipsum, & in ipso, & ex ipso sunt omnia. Omnia in ipso constant, omnia vere subiecta sunt pedibus eius, oues & boues, etiam pecora campi. Neq; parum est hoc agnoscere, vt quicquid vel bonorum, vel gratiarum, quicquid laudis, gloriæ, honorum, diuitiarum q̃, sanitatis denicq; ac fortitudinis habes, perpetuo id omne acceptum referas huic, in quo viuimus, mouemur, & sumus. Quemadmodum apud Athenienses prædicans Paulus, ignotum deum ostendere volens, sic docet: Deus fecit mundum & omnia quæ in eo sunt. Non ergo diuitiæ, tuæ, sed dei sunt. Domini enim est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Ipse enim & non alius super maria fundauit terram, & super flumina præparauit eam. Recte ergo & sanctissime dixit Iob: Dominus dedit, dominus abstulit. Cæterum adiecit ipse: Sicut domino placuit, ita factum est. Hæc verba in Hebræo non habentur, sed Septuaginta, & latinæ Ecclesiæ exemplaria, manifeste id docent. Nec est quod putes ea frustra apposita esse. Sancta enim res est, si nostram voluntatem, diuino nutui conformem esse fecerimus, id quod in oratione dominica nos orare docet dominus: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Hanc nostram voluntatem omnibus modis in voluntatem dei referre conuenit. Nam in monte Oliueti, quum tristis esset anima Christi, quum esset illa in agone, dum ter impense rogaret patrem, vt si possibile esset, auferet calicem, continuo & semper adiecit: Non mea, sed tua voluntas fiat. Quod si hoc fecit ipse dominus, sane nostrum erit in hoc, eum, summa intentione imitari. Quis enim voluntati eius resistere potest? Dat in vinea laborantibus, etiam ijs, qui tarde venerunt, & improperanti, dicit: Nõ licet mihi quod volo. Spirat enim spiritus vbi vult. Pro libertate ac ingenuitate

volunta

Iaco. 1.4
1. Petr. 5
Gene. 13
Psalm. 144
Psalm. 138
Dañ. 14
3. Regũ. 3
Daniel. 2
Prouer. 2
Hiere. 32
Iohan. vlt.
Matth. 25
Iohan. 4
Roma. 11
1. Corint. 3
Ephes. 4
Iohan 3
Iaco. 1
1. Cor. 4
Iohan. 1
Romañ. 11
Coloss. 1
Psalm. 8
Actor. 17.
Psalmo. 23
Matthæ. 6
Matthę. 25
Luc. 22
Matth. 20
Iohã. 3

A voluntatis suæ dicit ad Petrum: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Dat vni quinq; talenta, alij vero duo, tertio autem dũtaxat vnum. Sed ò vos fratres chariſſimi, nolite fieri impru- Iohan. vlt.
dentes, potius intelligite, quæ ſit voluntas dei, bona & beneplacens. Nolumus hic diſputare de Ephe. 5.
voluntate ſigni & beneplaciti, nempe, quando manifeſta ſcriptura regij prophetæ habet: Ma- Roma. 12
ne aſtabo tibi & videbo, qm̃ deus non volens iniquitatem, tu es. Quippe non vult, vt fureris, vt Pſal. 5
mœcheris, vt iugules, ac alia mala facinora perpetres. Non em̃ qui operãtur iniquitatem, in vijs
eius ambulauerunt. Mandauit quidẽ mandata ſua cuſtodiri nimis. Hæc eſt aũt voluntas dei, vt Pſalm̃. 118
benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentiũ hominũ ignorantiam, vt faciatis voluntatem j. Petri. 2.
eius. Nam qui facit voluntatem dei, manet in æternũ. Vult em̃ ille oms̃ homines ſaluos fieri, q; Hebræ. 13.
non ex voluntate carnis, neq; ſanguinis, ſed ex deo nati ſunt. Conuenit ergo dicere ſemper: Si- 1. Iohan. 2
cut domino placuit, ita factum eſt. Tam potens em̃ eſt ille, vt om̃ia quæcũq; voluerit, fecerit in 1. Timot. 2
cœlo & in terra. Cæteꝝ & poſtremo loco clamat in cœlũ: Sit nomẽ domini benedictum. No Iohan. 1.
men domini, quod cœlos mirabiliter extẽdit, quod terram firmiter fundauit, quod abyſſos ter- Verba ſũe
ribiliter ſignauit, ſit nomen domini benedictum in ſecula, præſentia, futura, corruptibilia & in- Orig. in li.
corruptibilia, terrena atq; cœleſtia, ſit nomen domini benedictum in ſecula. Quod quum vidiſ- 1. ſup Iob.
ſent leones in Daniele, in agnos immutati ſunt. Quod quũ flamma ignis agnouiſſet in Anania, Daniel. 14
Aſaria, & Miſahel, foras ẽ fornace fugit, atq; eos qui extra fornacem erant, cõbuſſit, vtpote non Danie. 3
habentes in ſe ſanctum nomen domini. Illis autem, qui intra fornacẽ erant, non appropinqua-
uit, quia terribile nomen domini, in illis conſpexit. Hoc etiam & cete quum videret in Iona, ob- Ionæ. 2
B ſtupuit, atq; illæſum eum, quem de naui ſuſceperat, reddidit incontaminatũ, remiſit quẽ viuum
ſuſcepit. Hoc (inquam) nomem domini ſit benedictum in ſecula. Hoc nomen, quod pauci ex
prioribus agnouere, poſteriores vero oms̃ ſuſcepere. Hoc nomen eſt, de quo dicunt ſancti ex
perſona dei: Vobis qui timetis nomen meũ, cognominabitur nomẽ nouum, quod benedicetur
ſuper terram. Et adhuc non eſt nomen aliud ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat ſal- Actoꝝ. 4
uos nos fieri. Hoc (inquam) nomen domini ſit benedictum in ſecula, quod iram auertit, q̃d ma-
ledictum abſtulit atq; remiſit, quod dæmones terruit. Hoc nomen domini ſit benedictũ in ſecu
la. Sit benedictum in angelis, & in hominibus, in cœleſtibus virtutibus, in ſpiritibus, atq; in om-
nibus iuſtorum animabus, in gentibus, & in om̃ibus fidelium cõgregationibus. Sit nomen do-
mini benedictum. In omnibus his, non peccauit Iob, neq; quid ſtultũ contra deũ loquutus eſt,
vt & nos ſimili forma loquendo non peccemus, nec temere, aut ſtultum quid cõtra deũ loqua-
mur. Et hodie in prima dominica aduentus dñi non fruſtra cecinere turbæ, q̃ præcedebant, & q̃
ſequebantur, dum ingrederetur Ieſus Hieruſalem: Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in Matth. 21
nomine domini. Oſianna. i. ſalua obſecro, & cui clamabant? Filio Dauid, qui eſt Chriſtus domi
nus ſemper benedictus: Idq; prædictum erat in Pſalmis, vbi ita legitur: O domine ſaluum fac, Pſal. 117.
ò domine proſperare, benedictus qui venit in nomine domini. Benedixit Iob nomen domini.
Turbæ vero alia ratione benedixerũt, nempe vt qui veniſſet in nomine domini. Nomẽ domini
omniporens eſt. Sic em̃ ad mare rubrũ cecinere. Moyſes, filij Iſrael, tandẽ etiã prophetiſſa Ma-
ria ſoror Aaron, ac mulieres poſt eã cum tympanis & choris, de deo inter cætera dicentes: Om Exodi. 15
C nipotens nomen eius, admirabile etiam eſt nomen eius. Sic dicente Dauide: Domine dominus Pſal. 8
noſter, quàm admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra. Sanctũ & terribile eſt nomẽ eius, lau- Pſal. 115
dabile eſt, æternum eſt, turris fortiſſima eſt. Hoc eſt nomen eius, quod vocabunt: Dñs deus no- Pſalm̃. 112
ſter. Laudabile & glorioſum, & ſuperexaltatum in ſecula, magnũ eſt in vniuerſa terra. Suaue eſt Pſal. 134
quoniam nomen eius Emanuel. i. nobiſcũ deus. Nomen eius in Euangelio Ieſus eſt. i. ſaluator. Prouer. 18.
Saluum em̃ fecit populum ſuum à peccatis eoꝝ. Quicquid autem petierimus patrem in nomi- Danie. 3
ne eius, hoc dabit in nomine eius, & adeo præpotens eſt, vt etiam in nomine illo dæmonia eij- Malach. 1
ciantur, leproſi mundentur, ægroti ſanentur. Vnde Petrus aſcendens in templũ, ad claudum ex Matth. 1.
vtero matris iuxta portã ſpecioſam ait: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge & ambula. Et Iohan. 14
exiliens ille, ſteterit & ambulauit. Non eſt itaq; ſub cœlo nomen aliud datum hominibus, in quo Marci. 16
oporteat nos ſaluos fieri. Quare gratias agẽtes, & laudantes dñm, ſæpe atq; quotidie dicatis cũ Acto. 3.
Iobe, cum Daniele, cum Dauide, atq; cũ cæteris dei hominibus: Sit nomen domini benedictũ, Acto. 4.
& benedictus Ieſus, & ſaluator noſter, qui venit in nomine domini, Amen. Danie. 2
Pſal. 112

SERMO XVI.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? &c̃.

Verba ſunt viri illius ſimplicis, recti, timentisq; deum, ac patientiſſimi Iob habitãtis in Vſitide terra, Iob. j.

IOHAN. FABRI EPISCOPI VIENNEN.

ARGVMENTVM.

De diuersis ægritudinum causis.



TRansit Moyses,huius libri author aut interpres ad reliquam historiæ partem,rem vlterius gestam,ita declarans: Factum est,quum quadam die venissent filij dei,& starent coram domino, venisset quoq; Satan inter eos,& staret in cõspectu eius, vt diceret dñs ad Satan: Vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terrã,& perambulaui eam. Et dixit dñs ad Satan: Nunquid cõsiderasti seruum meũ Iob? quòd nõ sit ei similis in terra,vir simplex,rectus,ac timens deũ,& recedens à malo, & adhuc retinens innocentiã, tu aũt cõmouisti me aduersus eum, vt affligerem eũ frustra. Cui respondens Satan, ait: Pellem pro pelle, & cũcta quæ habet homo,dabit pro anima sua,alioquin mitte manũ tuam,& tange os eius & carnem,& tũc videbis,quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dñs ad Satan: Ecce in manu tua est,veruntamen animã illius serua. Egressus igitur Satan à facie domini,percussit Iob vlcere pessimo,à planta pedis vsq; ad verticem eius,q; testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit aũt illi vxor sua: Adhuc tu pmanes in simplicitate tua,benedic deo
Iob. 2 & morere. Qui ait ad illã: Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es. Si bona suscepimus de manu dñi,mala quare nõ sustineam? In oĩbus his nõ peccauit Iob labijs suis. Charissimi,in hoc contextu,multa recitanda sunt vobis. Quum vero(prohdolor)plaga pestis ceciderit super nos, E & quasi cũ Iobe vlcere pessimo percussi simus,pcutimurq; quotidie, vt sub his ac tantis calamitatibus,tribulationibusq; intremus in regna cœlorũ,quãdo omnino fic dño placuit,vt p multas tribulationes ad regna cœlorũ eundum sit, idcirco præsentẽ sermonẽ ad hominũ ægritudines diuersas cõuertere proposuimus. Sunt aũt humanarũ infirmitatũ causæ multæ, quantum deprehẽdere licet ex biblicis scripturis. Hic eñ de Galeno, Auicenna, Hypocrate, Mesue, Serapione, ac alijs medicinæ professoribus nihil tractamus. Veniunt aliquando ita sacris literis testantibus
Iohan.9 ægritudines,vt ostendatur gloria dei. Sic de cæco nato dñs ait: Non hũc peccasse,nec parentes
Iohan.11 eius,sed vt manifestarent opera dei in illo. Sic in Bethania infirmatur,& tandẽ moritur Lazarus
Ezech. 38. vt glorificetur filius dei per eum. Sic visus est mihi Ezechias ægrotare,etiã vsq; ad mortẽ,haud
4.Reg.20. alia ratione potissimũ,q̃ quòd ostenderetur dñm esse principem,magistrum & dominũ solis,q; contra cõmunem cursum decem lineis ita præcipiente & dispponente domino,reuerti coactus est. Sic ille claudus ab vtero matris,neutiquã peccasse legitur,solummodo vt ostẽderetur potẽ-
Acto.3. tia nominis Iesu Nazareni. Insuper ægritudines obueniunt propter peccata nostra. Sic Hero-
Actor.12. des ille cõsumptus à vermibus expirauit. Sic Antiocho eueniisse legitur. Sic Maria soror Moysi
2.Mach.9 lepra percutitur,quãdo propter Aethiopissam vxorẽ Moysi,murmurare cõtra Moysen,illiq;
Numer.12 detrahere verita nõ est. Sic Iosias lepra percutitur in fronte,quãdo sacerdotio temere vtebatur
2.Para.26 in ara. Sic Oza iuxta arcam dñi repente percussus ob temeritatem,reclinãtis interijt. Imo hodie
2.Reg.6. dormiunt & infirmi sunt multi,qui indigne panem manducãt dominicũ. Sic Aegyptiorũ primogenita moriuntur. Sic igniti serprntes Israelitas inficiunt. Et propterea Nadab,Abiu, Cho-
Numer 21
Leuitic.10 re,Dathan,Abyron,Israelitæ,item alij cõplures perierunt. Igne aliquãdo,& nonnulli viui terra F
Numer.16 absorpti sunt. Et in Euangelio propter peccatũ,quidã triginta & octo annis morbo laborauit.
Iohan.5 Nam audit sibi dominũ,dicentem: Ecce sanus factus es,iam noli peccare, ne deterius tibi aliqd
Matthæ.9 contingat. Et ad paralyticũ ait: Confide fili,remittuntur tibi peccata tua. Tacite volens indicare peccasse paralyticum. Et propter peccata,Nabuchodonosor septem annis vexatur. Cæterũ ægritudo venit,vt probetur homo,num constans esse velit,& in innocẽtia perseuerare. Ita To-
Tobiæ.2 biæ obuenisse legimus,qui stercore hirundinum excæcatus fuit,& hãc cæcitatem tamdiu sustinuit,quod Raphael ille sanator è cœlo medicus ostẽdisset iuniori Tobiæ de felle piscis oblinire oportere oculos Tobiæ patris antiqui. Ab illorũ innocẽtia,& quum fuerint ambo patientissimi, docemur,vt & ipsi patienter feramus,q̃d euitare nequimus. Faciamus quoq; ex necessitate virtutem,id quod ægrotantibus,ac ægre patientibus,summũ remediũ est,ad quod in aduersis casibus tritum Cæsaris Frederici Hrchiducis Austriæ,ex Boetio dictũ optime quadrat. Reges quidem irrecuperabilium ait,summa fœlicitas est obliuio. Faciamus interim itidem nos cogitantes
Leuit.26. iuste & hoc contagiosissimo morbo forsan affligi. Nam ita comminatus est dñs populo suo: Si non audieritis & feceritis mandata mea,dabo vobis cœlum desuper ferreum,& terrã æneam. Mittam vobis bestias agri,quæ consument vos & pecora vestra. Inducam super vos gladium
Nume.16. vltorem. Mittã pestilentiã in medio vestri. Et in Numeris legitur,propter incredulitatẽ populi Israel,dominũ cõminare pestem. Et ad rebellem populũ inter maledicta sic ait Moyses: Si no
Deuter.28 lueris audire vocem domini dei tui,adiunget tibi dñs pestilentiã, donec consumat te de terra.
2.Reg.24. Ita propter peccatum Dauid,horribilem pestilentiam misit dominus. Sic eñ sacra regum te-

statur

A ſtatur hiſtoria: Quod Satan ſurrexit cõtra Iſrael, incitauerit́q; Dauid, vt numeraret Iſrael, id q̃d deo diſplicuit, propterea percuſſit Iſrael. Dixit́q; Dauid ad deum: Peccaui nimis, vt hoc facerẽ, obſecro aufer iniquitatem ſerui tui, qua inſipienter egi. Et loquutus eſt dominus ad Gad, vidẽtem Dauid, dicens: Vade & loquere ad Dauid, & dic ei: Hæc dicit dominus, trium tibi optionẽ do, vnum quod volueris elige, & faciam tibi. Quuḿq; veniſſet Gad ad Dauid, dixit ei: Hæc dicit dominus, elige quod volueris, aut tribus annis peſtilentiam, aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos, & gladium eorũ nõ poſſe euadere, aut tribus diebus gladium domini & mortem verſari in terra, & angelum dñi interficere in vniuerſis finibus Iſrael. Nunc igitur vide, quid reſpondeam ei, qui miſit me. Et dixit Dauid ad Gad: Ex omni parte anguſtiæ me premũt. Sed melius mihi eſt, vt incidam in manus domini (quia multæ ſunt miſerationes eius) quàm in manus hominum. Miſit ergo dominus peſtilentiam in Iſrael, & ceciderũt de Iſrael. 70. millia virorũ. Miſit quoq; angelum in Hieruſalem, vt percuteret eam. Quuḿq; percuteretur, vidit dominus, & miſertus eſt ſuper magnitudinem mali, & imperauit angelo, qui percutiebat. Sufficit iam, ceſſet manus tua. Porro angelus domini ſtabat iuxta aream Ornam Iebuſæi, leuanśq; Dauid oculos ſuos, vidit angelum domini ſtantem inter cœlũ & terrã, & euaginatũ gladiũ in manu eius, & verſum cõtra Hieruſalem, & ceciderũt tam ipſe q̃ maiores natu veſtiti cilitijs proni in terram. Dixit́q; Dauid ad deum: Nonne ego ſum, qui iuſſi vt numeraretur populus? Ego qui peccaui. Ego qui malũ feci. Iſte grex, quid commeruit domine deus meus, vertatur obſecro manus tua

B in me & in domũ patris mei, populus aũt tuus nõ percutiatur. Angelus aũt dñi præcepit Gad, vt diceret Dauid vt aſcenderet, extrueret́q; altare domino deo. Et quo à nobis auertat̃ ira dñi, ſimili modo cum Dauide clamemus ad dominũ, vt iam ceſſet angelus eius percutere nos. Clamemus itaq; ad dominũ, & ipſe liberabit nos. Sic Dauid ille intonat: Voce mea ad dominũ clamaui & exaudiuit me. Ad dominũ quũ tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et rurſus: Clamaui, quoniam exaudiſti me. Clamaui ad dominũ & ſaluauit me. Sic Moyſes clamauit ad dominum, & exauditus eſt. Sic ſub Iudith afflicti de populo Iſrael, clamauerunt ad dominum deum Iſrael, & liberati ſunt. Sic toties in Daniele legitur: Clamauerunt ad dominũ cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorũ eduxit eos. Sic Ionas in ventre ceti clamat ad dominum, & piſcis euomuit illum ſuper aridam. Sub Euangelio vero mulier Chananæa clamat ad dominum, & exaudita eſt. Duo cæci clamauerũt ad dominum, & ſimili modo exauditi ſunt. Neq; legimus aliud, niſi quod dominus nõ eſt oblitus clamorem pauperũ. Et ipſi forte nõ ignoratis, nec dum oblitis eſtis, quum hac æſtate præterita ad imminentem obſidionẽ huius inclytæ Vienneñ. vrbis, eẽtis in trepidatione magna, quãdo cœpiſtis clamare ad dominũ, dominus exaudiuit vos, & non modo liberauit vos ab inimicis, Mahumetanis infidelibus ac atrociſſimis, ſed nõ longe ab agris veſtris, à vineis veſtris fecit trucidari multa Turcarũ millia, qui ceperant iugulare, quẽadmodũ & iugularunt multos prouintiæ huius Auſtriacæ homines. Cæterũ ſua benignitate dominus liberauit ſane non paucos Chriſtianos, qui loris, funibus atq; catenis vincti ducebantur à Turcis.

C Clamemus itaq; ſimili modo etiam cũ Niniuitis, & Niniuitarũ rege, in hac peſtis tribulatiõe ad dñm, & proculdubio dominus intendet aures ſuas ad preces noſtras. Quod ſi forte perquirere cœperis, num ſi quis vlcere peſſimo, quemadmodũ ille Iob, percuſſus fuerit, aut in cathedra peſtilentiæ ſedere cœperit, medelã adhibere poſſit aut oporteat. Ecce in profeſſo eſt, eos errare ac ſentire inhumaniter, qui putant fuga, nõ eſſe quærendã ſalutẽ, aut etiã non adhibendã eſſe medicinam. Siquidem non temere effutitum eſt, quod legitur docuiſſe Ieſum filium Zirach: Honora medicũ propter neceſſitatẽ, etenim illum creauit altiſſimus, à deo enim eſt oñis medela. Et à rege accipiet donationem, diſciplina medicinæ exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum laudabitur. Altiſſimus creauit de terra medicinã, & vir prudens non abhorrebit illam. Et iterum: Ante languorem medicinã adhibe. Hæc ſenſit Ieſus filius Syrac. Sed noſter dominꝰ Ieſus Chriſtus inter cætera ait: Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Hoc vero pacto medicum & medicinã adhibere debes, vt domino deo primas partes tribuas. Nã medicorum princeps Chriſtus eſt. Quippe quod in muliere fluxum patienti medici ſanare nõ poterant, hoc ſolus tactus veſtimenti dominici fecit. Deſperatum erat in oñi medicina per oñes apothecas in firupis, gargariſmis, pillulis, turbit, reubarbaro, poſſe ſanari cæcũ à natiuitate. Sed quãdo contra omne recipe medicorũ, & emplaſtri vim Chriſtus fecit lutum ex ſputo, & illud liniuit ſuper oculos cæci, cæcusq; ſeſe lauiſſet in natatorio Siloe, cõfeſtim viſum recepit cæcus. Prætereo cæcos iuxta Hiericho, paralyticos, claudũ, ad probaticã piſcinã, febricitantem ſocrũ Petri, leproſos & alios, quorũ ægritudines nõ modo fuere plerũq; acute, ſed & perperacũte, inſanabiles ac deſperatæ. Quid quod ipſe tam potens medicus erat, id quod à ſeculo non eſt auditũ: vt reſuſcitaret mortuos, nõ phanatica illuſione, qua Phitoniſſa putatur ſuſcitaſſe Samuelem prophetã, ſed ipſa rei veritate, quũ tamen ex priuilegio medicorũ hodie, imo ex antiqua cõſuetudine pleriq; medici impune occidant, repleantq; cimiteria? Chriſtus aũt ſolo verbo ſuſcitat Lazarum quatriduanum fœtentem, item ſurgere facit puellam mortuã, ſimul & adoleſcẽ-

Pſalm. 5
Pſal. 119
Pſal. 16.
Pſal. 54
Nume. 12
Pſal. 106
Ionæ. 2
Matth. 15
Matth. 20
Pſalm. 9
Ionæ. 2
Eccl. 38
Eccl. 8
Matth. 9
Lucæ. 8
Marci. 5
Iohan. 9.
Iohan. 5
Iohan. 11

tem, Verus itaq; medicus Christus est. Et ad hunc nõ tam ex pontificũ ordinatione primo lo- D
co medici & ægroti cõfugere debent, sed & historiæ sacræ docuerunt ac docent. Quãdo enim
4. Reg. 20 Ezechias ille rex ægrotare cœpit, seq; vertisset ad parietẽ, orareq; cœpisset ad dominũ, sequu-
tum est, vt ex massa de ficubus illi apposita sanaretur, quod habebat vlcus aut tinam. Cæteꝝ,
Tobiæ. 6 quando Tobias ille vir sanctus ex hirundinũ stercore oculis orbatus esset. Raphael medicinam
ostendit de felle piscis. Num vero hæ medicinæ naturales, vel contra naturam morboꝝ fuerint
in disputatione est maxima. Mihi vero videtur hasce medicinas adhibitas esse, non vt naturali-
ter agerent, sed contra naturã suas operationes exercerent, ac interim languentes sanarẽt, sicut
plerũq; medicinæ dei sunt contra naturã. Ita quum vellet in deserto dominus contra serpentes
ignitos adhibere medelam, serpentem æneum erigi fecit. Erat autem huius morbi natura hæc,
Numer. 21 vt quum à serpentibus essent illatæ plagæ, quod naturali modo ad aspectum serpentis iterum
atq; iterum vehementius moueretur morbus, ex morsu serpentis. Id quod etiam natura osten-
dit in eo, qui vel à serpente mordetur, vel à scorpione læditur, quando in medio doloꝝ vulne-
rato vel percusso ostenditur serpens aut scorpio. Sic cõtra naturã erat, vt massa de ficubus alio-
Esaiæ. 38 qui humidissima exiccaret vlcera Ezechiæ regis. Sic & de luto appositio super oculos cæci. Sed
Iohan. 8. hæc omnia fiunt & facta sunt, vt intelligamus deum esse supremum medicum. Vnde ipse dicit:
Deuter. 32 Ego occidam, & ego viuere faciam. Ego percutiã, & ego sanabo. Et non est, qui de manu mea
possit eruere. Quod si quispiam dixerit ab exemplo Asæ regis, fugiendos eẽ medicos. Quippe
de Asa legitur, quod in infirmitate sua peccauerit medicos vocans. Sed fratres nolite errare, ita E
2. Para. 16 em scriptura dicit: Aegrotauit Asa anno. 39. regni sui dolore pedum vehementissimo, & nec in
infirmitate quidem sua quæsiuit dominũ, sed magis in medicorum arte cõfisus est. Vnde quod
medicos ac eorundem artem domino deo magistro, ac duci tam simpliciũ quàm cõpositorum
prætulerat, ideo peccauerat grauiter. Et ab eodẽ exemplo inter infirmitates maximas, maxime
fidendum est deo, ita vt quisq; fidele propositum habeat, si sanitatem recuperauerit, posthac se
Iohan. 5 nolle peccare, id quod suo dicto confirmat dominus, dicens ad eum, qui sanus effectus erat: Ec-
ce iam sanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Et in huiusmodi
necessitate cõstitutus, & iam in cathedra pestilentiæ sedens, etiam in manu medicoꝝ clamet cũ
Iobe nostro vnusquisq; ad dominum: Si bona suscepimus de manu domini, mala autẽ cur nõ
sustineamus? Et proculdubio super huiusmodi reges, si vel dei vel apostolorum fuerint impo-
sitæ manus, hic & alibi bene habebunt. Fiat fiat.

SERMO XVII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c. Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De stulta reprehensione vxoris erga Iob maritũ suum.



I prophanis Ethnicorum historijs ac scriptis credimus, antiqui phi- F
losophi valde soliciti fuerũt, præscribere, loquendi, ac tacendi formã
& modũ. Putarunt quippe nonnulli, semper esse tacendũ, nisi taciturnitas nocere cœperit, aut si loquaris tibi vel alteri vtile fuerit. Taxati loquaces à philosophis, nõ modo per ledoria sed & adagia, ita vt eiusmodi homines impendio loquaciores, locutulei, loquaculi, blateratores, & linguaces dicti sint, quoꝝ videlicet orationem, bene existimatum est in ore nasci, nõ in pectore. Et hi sunt, de quibus Marcus Cato in quadam oratione dixit: Vt nimiꝝ frusto panis conduci queant, vel vt taceant, vel vt loquantur. Hinc est quod Homerus Thersiten vnum ex omnibus deformissimũ hominem ἀμετροεπῆ ἀκροτόμυθον, i. loquentem sine modo ac iudicio describserit. Huc accedit, quod in eiusmodi homines, qui quicquid in buccam venit, loquuntur, multa adagia torserit vetustas, ita vt turture, ære dodoneo, littore, cante, cicada, loquaciores dicti sint. Isocrates mihi recte visus est iudicasse quod homini essent datæ aures duæ, os vere vnum, lingua vna duobus præclusa claustris, vt disceret homo audire oportere multa, loqui vero pauca. Vnde Græci fic præceperunt, ἀκουε πολλὰ & λάλε ὀλίγα. Versatus est in hoc genere doctrinæ Salomon ille regum omniũ sapientissimus, sic in Ecclesiaste docens: Tempus est
Eccle. 3 tacendi, rursus est tempus loquendi, id quod Pythagoricoꝝ schola docuit, vt ipsius Pythagoræ discipuli, quinquennale cogerentur habere silentium, nec de alia re nisi de præceptoris doctrina

A ctrina disputarent,& de ijs,quæ in prælectionibus audita essent.Quid quod apud eundem Salomonem ita scriptum legimus? Qui moderatur sermones suos, doctus & prudēs & pretiosus spiritus,vir eruditus.Stultus quoq; si tacuerit sapiens reputabitur, & si cōpresserit labia sua intelligens,licet nemo stultus tacere possit.Et vt tacendi loquēdiq; formā, daret idem Salomon, ecce sic in alio loco loquitur: Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Prouer. 17. Prouer. 16. Responde stulto iuxta stultitiam suam,ne sibi sapiens eē videatur,sed noster ille Iob tacendi ac loquendi synodum atq; formā copiosissime videtur afferre. Tacet ille quemadmodū sequentibus audietis septem continuis diebus in doloribus vehementissimis, ita etiam vt tres illius amici Iob. 2 cum eo sedentes in terra septem diebus & septem noctibus, nihil illi loquerētur, neq; loqueretur ipse. Vxorem autem garrulam & obstreperam picam reprehendit hisce verbis, Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es: Improperauit em illi simplicitatem & patientiam, dicēs: Adhuc Ibidem tu permanes in simplicitate tua? volebat & hunc (vt malediceret deo) seducere, quēadmodum Eua seduxit Adam in paradiso. Dixit em,benedic deo & morere: Benedic,id est,maledic. Frequens enim in scriptura est,vt benedicere pro maledicere accipiatur. Sic accusatur Nabud Iesrahelita,id quod & obiter supra tradidimus,quod benedixerit dominum & regem. Sic Iob ho locausta pro filijs offert.Ne forte peccauerint filij & benedixerint deo: In conuiuijs enim exi- 3. Regū. 21. stentes,si benedixissent deum,non peccassent.Ob id hoc benedicere pro maledicere vsurpat. Id quod sæpe in conuiuijs fieri solet.Sic in diebus Noe edebant,bibebant,nouellabant,& venit Matth. 24. diluuium ac perdidit omēs.Sic sub Moyse sedit populus manducare ac bibere, & surrexit lu- Exod. 32 dere,ac vitulum aureum adorare. Sic impinguatus, dilatatus,incrassatus,recalcitrauit. Quod si Deuter. 32 B benedicere pro maledicere nolis accipere,Ironia ergo est vxoris dicentis: Benedic deo,quasi dicere velit.Oras,quotidie obtulisti holocausta pro filijs & filiabus,valde solicitus eras,ne peccarent illi.Vitasti mala consortia,declinasti à malo,coluisti deum,timuisti dominū. Continuo benedixisti deo,& interim perdidisti boues,asinas,oues,camelos,filios & filias nostros,quin & familiam ipsam.Iterum benedic deo,& hac benedictione seu maledictione finem tuæ simplicitatis facito: morere,qui morti proximus es. Nam insanabilis ille morbus vlcerum tuorum est, quum tu à planta pedis vsq; ad verticem vlcere pessimo percussus sis,& ita percussus,vt nec famulos nec famulas habeas,qui lintheamina ac sudaria tergant,sed cogeris in stercore proprio, in fœtore proprio,in media sanie vlcerum tuorum sedere,quum alij prædiuites in oriente quādo ægrotare incipiunt,per vices habent ministros,habent in ægritudine leuantes & refocillantes corpora eorum.Benedic ergo(inquit)impia coniunx deo & morere Iob.Quippe sanies vlcerum tuorum sic affluenter abundat,vt hanc etiam testa, & id manu propria eradere cogaris,nec tibi suppeditat quisquam emplastra,pannos aut tale quid.Quare iamiam morere,quo à fœtore tuo liberi eē possimus.Vex innocentissimus ac patientissimus ille Iob,audi quid dicat: Quasi vna de stultis mulierib⁹ loquuta es, id q̄d Septuaginta hisce verbis exp̄sserūt μέχρι τινὸς παρτερήσεις, ἀλλὰ εἶπόν τι ῥῆμα κατὰ θεοῦ καὶ τελεύτα ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτῇ ἔφη, ἵνα τί ὠφελήσεις τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας, i. vsq; quo tolerabis? Sed dic quoddam verbum contra deum, & mo- Iob. 2 rere,ille autem inspiciens eam,dixit: Vt quid tanq̄ vna de stultis mulieribus loquuta es? Vxoris erat officium non modo consolari,sed & omni ope & studio iuuare maritum,neque mortem C eius desiderare,ex quo tres filios & septem filias genuerat. Sed scriptura non exprimit vxorē debiti ministerij petijsse debitum officium.Sine medico,sine vxore,sine famulitio,ipse Iob testa saniem propriā rasit.Simili modo peccant mulieres hæ,quæ post multa tempora consolationum ægrotantibus & indigentibus persæpe maritis nolunt passionū eē sociæ. Quum tamē Gene. 20 Paulus dicat apostolus: Mulieres debent eē subditæ viris.Sic Sara fideliter adhęsit Abrahæ.Sic Gene. 31 Lia.Sic Rachel suū sequuntur maritum.Et veniente Esau prosequente Laban non recedunt, neq; diffugiunt.Et hęc est fides matrimonij.Primū bonū tam honorifici sacramenti,quod cōiuges sese fideliter iuuare debent.Vnde dominus ait: Non est bonū hominem eē solum,sed fa- Gene. 2. ciamus ei adiutorium simile sibi.Et propterea vxor de costa viri formata est, id quod in Euangelio confirmatur,hac dominica sententia: Relinquet homo patrē suū & matrem suā,& adhærebit vxori.Peccant ergo grauissime,qui nulla necessitate cogēte,temere suas deserunt vxores. Matthę. 19 Peccant etiam vxores euagantes à maritorū præsentia. Quare Paulus noluit, vt vir ac mulier separatim habitarent,nisi forsan ad tēpus, vt vacarent orationibus.Cæterū,peccauit hæc vxor 1. Corī. 7 Iob,quòd ad malum voluit irritare,& persuadere maritū, quasi ægre ferens laudabile.n in Iob simplicitatem,vnde quasi vna de stultis mulieribus loquuta es,ait Iob. Quando vero & vbi tacendum sit mulieribus,hoc egregie Paulus docet apostolus,dicens: Mulieres in ecclesia taceāt. Quo pacto vero sint habendæ vxores,nemo sanctius docuit,quàm idē Paulus apostolus: Mu- 1. Corī. 14. lieres viris suis subditæ sint,ficut domino,quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput Ephe. 5. est ecclesiæ,ipse saluator corporis eius.Sed sicut ecclesia subiecta est Christo,ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri,diligite vxores vestras,sicut & Christus dilexit ecclesiā, & seipsum tradidit pro ea,vt illam sanctificaret,&c.Stulte loquuta est vxor Iob,eo quod in Iobe reprehēde-

bat,quod optimum erat & laudabile. Prudenter autem respondit Iob: Si bona suscepimus de manu domini,mala cur non sustineamus. Det dominus deus,vt iuxta prudentium regulas,sciamus & agnoscamus tacendi loquendiq; tempus,Amen. D

SERMO XVIII.

Si bona suscepimus de manu domini,mala autem cur non sustineamus? &c̄.

Verba sunt viri illius simplicis,recti,timentisq; deū, ac patientissimi Iob,habitantis in Vsitide terra. Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De admiranda patientia beati Iob.

Iacobi. v

Voniam diuus Iacobus apostolus ad sufferentiā & patientiam Iob, Christi fideles remittere ausus est,vtile ac necessarium fore visum est, vt nonnulla de patientia hisce calamitosissimis temporibus, apprime E vobis necessaria recensеamus. Est autem patientiæ virtus hæc,quæ etiam(licet alio modo)communis est deo. Sic enim legitur: Reuertimini ad me dicit dominus,nolo mortem morientis,sed vt reuertatur & viuat. Et iterum: Reuertimini ad dominum vestrum, quoniam misericors & pius est,& patiens,& multæ miserationis. Paulus autē apostolus,volens Romanos ad pœnitentiam prouocare,dicit inter cætera: An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnitis? Ignoras,quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit,secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor,thesaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iusti iudicij dei, q̄ reddet vnicuiq; secundum opera eius. Sic patienter tulit dominus sub Noe gigantes super terram, centum annis,expectans num vellet pœnitere mundus. Quum vero videret nullum esse pœnitendi modum,& si dixerit: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est,eruntq; dies illius centum viginti annorum,viginti annos propter impœnitentiam præuenit. Quod dictum non ita debet intelligi,vt post diluuium nemo vltra centum viginti annos viuere posset aut vixerit. Quippe post diluuium Moyses vixit centum & viginti annos. Sara vixit centum vigintiquatuor annos. Iob vero ille noster, post flagella vixit centum quadraginta annis. Et Iacob in Aegypto coram Pharaone interrogatus,quot eēnt dies annorum vitæ eius. F Respondit: Dies peregrinationis vitæ meæ,centum triginta annorum sunt mali & parui,& nō peruenerunt ad dies patrum meorum,quibus peregrinati sunt. Quippe Abraham auus eius,vixit centum septuaginta annos,& deficiens mortuus est in senectute bona. Ismahel autem vixit centum trigintaseptem annos. Isaac vero pater Iacob,vixit centum octoginta annis, consumptusq; ætate mortuus est,& appositus est populo suo senex & plenus dierum. Iacob autem facti sunt omnes dies vitæ,centum septem annorum, siquidem in Aegyptum veniens, ætatem habebat centum annorum,& in Aegypto mansit & vixit decem & septem annis. Tota ergo vita Iacob,erat centum quadraginta septem annorum. Si tu iam,vel quisquam præterea alius, ad longæuam ætatem peruenerit,hoc fit ex patientia dei, qui adeo patiens est, quando Nembroth turrim ædificare cœpit in Babel,punire noluit,tantum vt desc̄deret. Et Sodomitis pessimis hominibus grauissime & publice peccantibus,nullam pœnam irrogauit, nisi suo descensu intelligeret,num clamor is verus esset,qui veniisset in cœlum,sed & Christus dei filius, hāc patientiam dei describit hoc modo: Quod pater cœlestis faciat solem suum oriri super bonos & malos,& pluat super iustos & iniustos. Quantam vero patientiam nobis in exemplum sustinuerit dominus,notissimum est. Quippe quum vulpes foueas haberēt, & volucres cœli nidos, filius hominis non habuit,vbi caput reclinaret. Et Petrus Apostolus sic docuit: In hoc vocati estis,quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum,vt sequamini vestigia eius,qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui quum malediceretur, non maledicebat. Quum pateretur,non comminabatur. Quippe inter arma clamoresq; insanientiū Iudæorum,etiam amputatam sanauit Malchi auriculam, & alapam danti respondet: Si male loquutus sum,testimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me cædis? Potuisset ille de cœlo prouocare ignem,qui perdidisset omnes,id quod Heliam in quinquagenarijs fecisse legimus,sed noluit ille etiam instanter petentibus discipulis. Potuisset non modo vnū angelum,sed duodecim & plures legiones angelorū habere secum,qui tuerētur,sed noluit,etiā si angelus vna

Ezech. 18
Malach. 3
Iohelis. 2.
Romañ. 2
Gene. 6
Deut. vlt.
Iob. vlt.
Gene. 47
Gene. 25.
Gene 35.
Gene. 47.
Gene. 11
Gene. 18
Matthę. 5.
Matthæ. 8
1 Petri. 2.
Iohan. 18.
4. Regū. 1.
Matth. 26.

A nocte interfecerit blasphemo regi Assyriorum Sennacherib centum octogintaquinque millia virorum. Quod si ille iustus pro iniustis passus est, nimirum si post iniustitias nostras peccata nostra, patienter etiam flagella tulerimus atque portemus. Exemplum enim dedit ille nobis, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus. Propterea & Petrus ait Christo in carne passo: Et vos eadem cogitatione armamini. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et contra illud oportet non est remedium. Quod si oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, ipsomet sic dicente domino ad discipulos euntes in Emaus: Qui tamen peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui speculum & agnus erat sine macula, agnus dei omnium innocentissimus. Nimirum si & nos per tribulationes venire cogamur ad regna cœlorum. Et hoc est quod ipse Saluator docet Apostolos: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Qui ergo dicit se in Christo manere, debet quomodo ipse ambulauit, & ipse ambulare. Nec opinionem illam imduas velim, quasi calamitates, afflictiones, & aduersa quæq; solis his obueniant, qui peccauere contra dominum. Nam sicut Iob ille noster seruus domini, timens deum, & adhuc retinens innocentiam suam, aduersa patitur & flagellatur, in plerisque alijs probis iustis, & innocentibus, etiam ab origine mundi mala irrogata sunt, sic Abel originem martyrij & passionem iusti hominis initians, primus aduersus fratrem fratricidam Cain non restitit, nec reluctatus est, sed humilis & patienter occiditur. Sic fidelis Abraham de terra sua, de domo sua, de cognatione sua egreditur. Porro patiens est etiam Abraham, qui Isaac vnigenitum filium suum dilectum, ducit ad immolandum. Iacob fugatus à fratre de domo sua, patienter excedit. Et tandem oblatis muneribus ad concordiam inuitat.

B Ioseph etiam in Aegyptum venditus à fratribus, condonat omnia. Moyses toties irritatus à populo, sese medium & sequestrum toties interponit apud deum & populum, ita etiam, vt peteret sese interfici, atque deleri de libro dei. Dauid autem rex, & si in spelunca potuisset Saulem regem persequentem interficere, patienter tamen pepercit, nec voluit occidere vnctum domini. Tobias plenus bonis operibus, cuius orationes & eleemosynæ, venerunt in conspectum domini. Ita Raphaele testante, cæcus fit ex stercoribus hirundinum, quæ ceciderunt super oculos eius. Sed parua res esse videtur eorum, qui tribulationes in testamento veteri perpessi sunt. Etiam sub Euangelio mittuntur Apostoli, sicut oues in medio luporum, & audiunt eis prophetantem dominum, absque synagogis facient vos. Et veniet hora, quod si quis interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Ita aduersa quæq; cœperunt eos obruere, etiam quum adhuc in Hierosolymis essent. Petrus enim coniicitur in carcerem. Iacobus frater Iohannis, occiditur gladio. Stephanus lapidibus obruitur extra mœnia. Sistuntur Apostoli ante concilium Iudæorum. Et qui postea cæsionem virgarum, & mille pericula sustinuit Paulus, etiam persequutus est Ecclesiam dei. Et totus testatur orbis per vniuersos angulos, quanta sustinuerint Apostoli. Sed non ignorabant illi, quod in patientia essent possessuri animas suas. Quod si tot sancti filij, & dei homines aduersa passi sunt, nimirum si qui tot bona de manu domini suscepimus, etiam mala sustineamus, fecerimusq; ex necessitate virtutem, quoniam sic oportet fieri primum, deinde intrare in gloriam dei.

C Fiat, Fiat.

Esaiæ. 38

1. Petri. 4

Actorū. 14

Leuit. 21

1. Iohā. 2

Genes. 4.

Genesis. 37

Gene. 22

Genes. 32

Gene. 37

Exodi. 23

1. Reg. 24

Tobiæ. 12

Matthæ. 10

Iohan. 16

Acto. 12

Actorū. 7

Acto. 5.

1. Timo. 1

Lucæ. 12

SERMO XIX.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̄.

ARGVMENTVM.

De varijs tribulationibus hominum.



Radidimus hesterno sermone, quàm vtilis & necessaria sit patientia, quæ iram temperat, linguam frenat, mentem gubernat, pacem custodit, sed satis non fuerit patientiæ, veluti primū rudimentum posuisse, necessariū est, vt quis in aduersis pduret. Qui ēm perseuerauerit in finem, hic saluus erit. Propterea semen quod cecidit in bonam terram hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Semen autem supra petram, hi sunt, qui quum audierunt, cum gaudio suscipiunt, & radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, propterea Iohānes ille Baptista p̄cipuū laudis hoc habet, q̄d in deserto patiēter ac

Matth. 10

Lucæ. 8

Matthæ. 11

perſeueranter ſteterit,& neq; veſtem de pilis camelorum,neq; eſcam de locuſtis,& melle ſylueſtri mutauerit. Eam igitur ob cauſam Chriſtus interrogat: Quid exiſtis in deſertum videre,arũdinem vento agitatam? Mobilis & inconſtans eſt arundo, quæ facile huc & illuc impellitur. D

Epheſ.4 Et ſignificat eos, qui omni vento doctrinæ hincinde agitantur, contra doctrinam Apoſtoli.
j. Timot.3 Quales ſunt nonnulli ſemper diſcentes,& nunquàm ad viam veritatis peruenientes. Tales fue-
j Timot.j. runt Hyminæus & Alexander,qui circa fidem naufragauerunt,propter quod traditi ſunt Sata-
Actoꝝ.5 næ, vt diſcerent non blaſphemare. Bene enim & feliciter illi benefacere cœperunt, ſed in tem-
Acto. 8 pore tentationis receſſere. Sic fuere Ananias,& Saphira, qui mentiti ſunt ſpiritui ſancto. Talis erat ille Symon qui ſpiritum ſanctum pecunia redimere voluit. Et in choro Apoſtolorum Iudas Iſcariotis inuentus eſt vnus,qui huc atq; illuc ambulauit cum domino, & perinde vt cæteri Apoſtoli pœnitẽtiam prædicauit,ac forte miracula fecit. Tandem vero cum intrauit in illum ſatanas,peſſimè concluſit. Pilati principium ſatis bonum erat,atq; laudabile, qui multis cogitationibus ac inuentionibus ſtuduit liberare dominum. In fine vero Cæſaris potentia ac clamore Iudæorum victus,male concluſit. Melius autem latro pendens in cruce,& Apoſtoli laudant, ob

Lucæ.23 id quod perſeuerauerunt in oratione vnanimiter cum mulieribus & Maria matre Ieſu. Cæteq;
Actoꝝ.j illi tria millia pari modo laudantur,quod erant perſeuerãtes in doctrina Apoſtolorum,& com-
Actoꝝ.2 municatione fractionis panis & oratiõibus. Sed audi,ne iacula paſſionum poſſent nocere Apo-
Matthę.10 ſtolis,quomodo præmonuerit in tempore dominus illos. Sic enim ad eos prædicat: Cauete ab hominibus,tradent enim vos in concilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos,& ad præſides & ad reges ducemini propter me,in teſtimonium illis & Gentibus. Quum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo & quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. E Tradet autem frater fratrem in mortem,& pater filium,& inſurgent filij in parentes, & morte

Leuitici.3 eos afficient,& eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perſeueraue-
rit in finem,hic ſaluus erit. Finem itaq; expectat dominus. Vnde & in ſacrificijs etiam offertur cauda. Non parum enim refert,num bene aut male concluſeris,id quod in cruce latro oſtendit,

Lucæ. 23 qui quum obiurgaſſet blaſphemantem latronem,dixiſſetq; Memento mei domine, quum ve-
Apocal.2 neris in regnum tuum. Audit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Vincenti itaque
2. Timo.2 manna promittitur & corona datur. Niſi enim quis legitimè certauerit,non coronabit. Et niſi
2. Timo.4 quis in ſtadio cucurrerit,brauium non apprehendet. Vnde Paulus non fruſtra gloriatus eſt,dicens: Certamen certaui,curſum conſummaui. De reliquo,repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,quã

j.Petri.5 reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex, quaſi diceret: Niſi qui in agone contenderit, & ab
1.Corin.9. omnibus ſe abſtinuerit,coronam immarceſſibilem non conſequetur,coronam vitæ non habebit. Vnde ſecundum Iacobum Apoſtolum: Ille beatus eſt vir, qui ſuffert tentationem,quoniam

Iacob.1 quum probatus fuerit,accipiet coronã vitæ,quam promiſit deus his,qui diligunt illum. Oportet itaq; vt proberis,tanquàm aurum in fornace. Sicut enim igne probatur argentum in cami-
Prouer.17 no,ita corda probat dominus,ait Salomon. Et illud eſt quod regius Propheta cecinit: Domi-
Pſam.138. ne probaſti me,& cognouiſti me,probaſti cor meum,& viſitaſti me. Et per Hieremiam: Ego
Hiere.17 dominus ſcrutans corda,& probans renes. Probat itaque & examinat per ignem & aquam, &
Iob.34 poſt hæc ducit in refrigeriũ. Sic probatur etiã Iob vſq; ad finem, ſic probat Iob, vt appareat iu-

j.Corꝝ.11 ſtus,quemadmodum etiam ipſe Tobias probatus eſt. Hinc eſt,quod Apoſtolus dicit: Vniuſcuiuſq; opus quale ſit,ignis probabit. Et ſic oportet etiam hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Huc pertinet catena illa aurea, quam Paulus docet Apoſtolus, dicens: Gloriamur in

Romañ.8 tribulationibus,ſcientes quod tribulatio patientiam operatur,patientia probationem,probatio
1.Corꝝ.13 vero ſpem,ſpes autem non confundit,quia charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris. Hæc eſt illa charitas,quæ ſi vera non ficta eſt modis omnibus patientiam ſeruat illæſam. Charitas eñ patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam,non inflatur, non eſt ambi-

1.Petri.5 tioſa,non quærit quæ ſua ſunt,non irritatur,non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate,
congaudet etiam veritati,omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet. Et ipſe Petrus ait: In quo exultabitis modicum,nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus, vt pro-

Iaco.5 batio veſtræ fidei,multo pretioſior ſit auro,quod per ignem probatur,inueniatur in laudem,& gloriam,ac honorem, in reuelationem Ieſu Chriſti. Iacobus autem Apoſtolus ita docuit: Patientes eſtote fratres, vſque ad aduentum domini. Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ,patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum. Patientes eſtote vos,& confirmate corda veſtra, quoniam aduentus domini appropinquabit. Exemplum accipite exitus mali,& longanimitatis,& laboris,& patientiæ,prophetas,qui loquuti ſunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt ſufferentiam Iob,audiſtis, & finem domini vidiſtis.

Matth.27. Noluit enim de cruce deſcendere dominus,etiam ſi Iudæi promiſerint ſeſe credituros,ſi de cru-
Luc.9 ce deſcenderet. Proin,qui manum ad aratrum miſit, & retroſpexerit non eſt aptus regno dei.
Geñ 19 Et vxor Loth,quia retroſpexit,conuerſa eſt in ſtatuam ſalis. Nolite ergo per impatientiam fugere,nolite retrocædere,& dabit dominus vobis coronam vitæ, Amen.

Sermo.XX.

A

SERMO XX.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c.

ARGVMENTVM.

De visitatione infirmorum.



Eclaratum est superioribus aliquot sermonibus nobis, quo pacto Satan afflixerit Iobem hunc nostrum, non modo in rebus, sed & corpore, quod percussus erat vlcere pessimo, & quomodo sese gesserit vxor illius, restat vt nunc audiamus, quid in his necessitatibus egerint amici eius. Et ecce sic Iobis tradit historia: Audiētes tres amici Iob omne malū, quod accidisset ei, venerūt singuli de loco suo, Eliphas, s. Themanites, & Baldach Suites, & Sophar Naamathites (conduxerāt em̄ vt pariter venientes, visitarent eum, & consolarētur) Quumq; eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissisq; vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cœlum, & sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebat ei verbum, videbant enim dolorem esse vehementem. Habes ex hac parte historię veterem esse consuetudinem, visitare ægrotos, & consolari mœrentes. Sic Tobias ille de tribu & ciuitate Nephthalim, quum esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum in captiuitate, quotidie pergebat ad concaptiuos fratres, impertiebatur eis bona sua, vnicuiq; prout poterat de facultatibus suis, esurientes alebat, nudisq; vestimenta præbebat, & consolabatur eos. Sic Helisæus propheta, sciens viduam non habere quod ederet, multiplicabat oleum, vt redderet illa creditoribus. Et quādo viduæ mortuus erat filius, in consolationem eius suscitauit eum mirabili modo, ponens os suum super os pueri, oculos suos super oculos pueri, similiter manus super manus. Et simili modo Helias Thesbites, sciens in Sarepta mulierem egere farina ac oleo, multiplicauit ei farinam & oleum, ita vt hydria farinæ non defecerit, lechytusq; olei nō sit diminutus. Quumq; eidem viduę simili ratione mortuus est puer, ecce clamauit ad dn̄m, & exaudiuit dominus vocem Helię reuersaq; est anima pueri intra eum, & reuixit. Quomodo vero dominus & saluator noster visitauerit infirmos etiam mortuos, sacra Euangelij testatur historia. Sic etem̄ visitat socrum Petri febricitantem. Sic visitat claudum illum, qui iuxta probaticam piscinam ad motum aquę per angelum, iacuerat triginta octo annis. Sic consolatur viduam, cuius filius vnicus efferebatur ad sepulturam in Naum, Sic vadit in Bethaniam, vt Lazarum suscitet, ac Martham simul & Magdalenam cosolaretur. Quin infirmorum visitationem tam bonum & laudabile opus esse probat, vt etiā inter hęc opera misericordiæ, quę olim in valle Iosaphat enumerabit, quū sederit in sede maiestatis suæ, ouibus quę ad dexterā erūt, in sua benedictiōe dicturus sit: Infirmus erā, & visitastis me. His vero qui ad sinistrā erunt, dicet: Infirmus erā, & nō visitastis me. Propterea ite maledicti in ignē æternū. Bonū est itaq; visitare infirmos & consolari eos, id quod perfecte Paulus fecisse legitur, quando ad ægrotos venire non poterat, sudariola & semicinctia misit, vt ponerētur sup infirmos. Ipse deniq; Petrus hāc grām habuit, vt etiā illius vmbra sanaret ægrotos, & Apostolorꝝ erat officiū, super ægros imponere manus, vt bene haberēt. Sed si quisquis velit visitare infirmos, & consolari eos, primo loco studere debet, vt ægrotantē ad patrem misericordiarꝝ & deum totius consolatiōis inuitet. Sic em̄ scriptura dicit Apostoli: Benedictus deus, pater misericordiarꝝ, & deus totius consolatiōis, qui consolat nos in omni tribulatione nostra. Nā etiam si deo permittēte ceciderit iustus, nō collidet, quia dn̄s supponit manū suā. Ob id in tribulatione diluuij, quum Noe vir iustus atq; perfectus esset, ostēdit illi dn̄s arcā de lignis leuigatis, ne simul & ipse diluuio periret. Deinde volēs ꝑdere Sodomā, virum innocentē Loth eduxit, ne & ille periret in igne. Cōsolatus est mirabili mō Danielē in lacu leonū. Cōsolatus itē est tres pueros in camino ignis. Ipsumq; Heliam subcinericio pane cōsolatus est ita, vt in illius fortitudine posset ambulare, vsq; ad montē dei Oreb. Sic vbi Iacob cū filijs esuriret, cōsolatus est illū per Ioseph, q ꝑpositus erat, mirabili dispositiōe dei regno Aegypti. Et quoties ppl'us Israel in mœrore fuit, aut quacūq; re indigeret, cōsolationē semꝑ accepit à dn̄o, id quod iuxta mare rubrū sacra docet historia. Nā vidētes Israelitæ currus Pharaonis & equites, flere cęperūt, sed trāsierūt illi siccis pedibus, habētes ex vtroq; latere muros ex aqua. Pharao aūt cū curribus suis submersus ē, quasi plumbū in aqs vehemetibus. Sic in deserto, quū nō haberēt q̄d māducarēt, pluit eis māna de cœlo, & panē angelorꝝ, panemq; de cęlo dedit eis, misitq; eis cibū in abundātia, & nō habētibus illis aquā, inuenerūt duodecim fontes in Helim, & ex aqua amarissima datur eis aqua dulcissi-

Iob. 2
Tobiæ. 1
3. Regū. 17
Marci. 8
Iohan. 5
Lucæ. 17
Iohan. 11
Matth. 25.
Acto. 19
Actorꝝ. 5
Marc. 16
2. Corꝝ. 1
Psal. 36
Gene. 16
Dan. 6
Daniel. 3
3. Regū. 19
Exod. 14
Exod. 16
Exodi. 15

dulcissima. Ex petra quoq; dura & arida, fluit aqua oĩm vberrima. Sic itaq; semp deus consola- D
tionis astitit afflictis ac desolatis. Vnde & de se & de spiritu sancto verba faciẽs, dñs inquit: Spũs
Esaiæ. 61 dñi super me, eo quòd vnxerit me, ad annũtiandum mansuetis misit me, vt mederer contritos
corde, & p̃dicarẽ captiuis indulgentiã, & clausi apertionẽ, vt p̃dicarẽ annũ placabilẽ, & diem
vltionis deo nostro, vt consolarer oĩes lugentes, & ponerẽ fortitudinẽ lugentibus Syon, & da
rem eis coronã pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palliũ laudis pro spiritu mœroris. Propte-
Luc. 4 rea itaq; Christus venit in hunc mundũ, vt p̃dicaret consolationẽ. Sic eñ non modo Esaiæ
prophetia dicit: Spiritus domini super me, eo q̃ vnxerit me, & misit me, vt consolarer oẽs lugẽ
tes, imò ipse saluator in synagoga euoluto volumine testatus est hoc illud idem, de semetipso,
Lucæ. 2 Lucæ. 4. Et ipse Symeon expectabat consolationem Israel. Vnde Propheta: Consolamini po
Esa. 40 pule meus, dicit dñs deus vester. Erant eñ in hoc hospitali magno, toto quidem mundo, ægro
ti multi, paralytici per accidiam, hydropici per auaritiã, cæci per inuidiã, leprosi febricitantes,
surdi & muti per impietatem. Propter hos oĩes venit ille medicus, vt sanaret corde contritos.
Erant captiui multi, sed eduxit illos de carcere, quẽ lymbũ patrum vocamus, solutis inferni do
Ephe. 4 loribus. Captiuam eñ duxit captiuitatem ascendẽs in altũ. Clamabant illi patres in lymbo, vt
disrumperet cœlos, & mitteret eum, qui mittẽdus erat: Clamabãt illi sursum: Rorate cœli desup
& nubes pluant iustum, aperiat̃ terra, & germinet saluatorem. Veniente hoc consolatore gaudẽt
Lucæ. 2 sunt angeli, nempẽ multitudo militiæ cœlestis exercitus, cecinit: Gloria in excelsis deo, & inter
ra pax hominibus bonæ voluntatis. Et ipsi pastores gaudẽt sunt. Symeon etiam inter vlnas con
solationem accipiẽs, benedixit & ait: Nunc dimittis seruum tuum dñe, secũdum verbũ tuum in E
Lucæ. 1 pace. Et quid dicam? Iohannes ipse nondum natus, quando Maria grauida cum festinatione
Hiereñi. 3. transierat montana, exultauit in vtero Elisabeth, ad salutationẽ Mariæ. Quod si forsan obieceris
Matth. 2 esse scriptum per Prophetam, & in Euangelio repetitũ: Vox in Rama audita est, vlulatus & plo
ratus multus. Rachel plorans filios suos, noluit consolari, quia non sunt. Non ergo consolatio
plena fuit, nato Christo domino, potissimũ hac ratione, q̃ Herodes pueros innocentes, perin-
de vt porcos ac porcellos mactari fecit, ad quæ tibi rñdeo, verum esse; quando Herodes iussit
occidi pueros, iuxta Bethlehẽ à bimatu & infra, quũ eẽt illusus à Magis. Rachel. i. Bethlehemi
tæ mulieres & matres eiulabant. Siquidem Rachel in Bethlehem sepulta est in via, quæ dicitur
Ephrata, ipsa est Bethlehem, & hæc plorabat filios suos, sed ne deesset illis consolatio, subdidit
Hiere. 3 Propheta: Hæc dicit dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est
merces operi tuo, filijs tuis ob filium regis æterni. Et iterum: Reuertere virgo Israel, reuertere
Hieremñ. 31 ad ciuitates tuas istas, quia creauit dominus nouum super terram. Fœmina circundabit virum.
Hoc autem nouum super terram, & nunquàm auditũ est, virginem tunc infantem deum in suo
Matthæ. 11 gestasse vtero, illumq; ædidisse mundo. Vides itaq; vt etiam in hisce ploratibus non desit conso
latio, Vnde propter ægrotos iam sanitati restitutos, dñs Iohanni renuntiat, dicẽs: Cæci vidẽt,
Matth. 5 surdi audiunt, leprosi mundant̃, & pauperes euãgelizant̃. Quod si quis in hac valle lachrymaꝝ
Lucæ. 16 lugeat, hanc habet ex ore Christi consolationem, quod in monte aperiens os suum, dixit:
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et ad Apostolos: Tristitia vestra vertetur in gau
Psalm. 22 dium. Sic ad diuitẽ in inferno: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus similiter
mala, ideo ille consolatur, tu cruciaris. Et hoc est, quod Dauid clamat ad dñm: Virga tua & ba- F
2. Thes. 4. culus tuus, ipsa me consolata sunt. Et ob hoc opus consolationis bonũ, toties Paulus docet Apo
stolus, dicẽs: Consolamini pusillanimos, cõsolamini inuicẽ in verbis istis, sic oĩes viri boni cõ
solati sunt fratres & proximos suos. Ea propter Ioseph laudatur ob id, quod post mortẽ patris
Genesis. 50 mœrore confectos fratres consolatus est, & blande ac leniter eis loquutus. Sic post mortem filij
2. Regũ. 12 sui Dauid, consolatus est Bersabee vxorẽ suam. Sed primus & potior consolator est ipse deus, q̃
Psal. 45 nostrum refugiũ est, nostra virtus est, adiutor in opportunitatibus, & in tribulatione, qui solus la
borem & dolorem considerat, qui suum infirmũ solo verbo, sola manuum impositione sanare,
& sanitati restituere potest. Ad hunc itaq; medicum, vt expertum, confugiẽdum est omnibus.
Ipse enim est medicus & resina in Galaad, qui vulnera nostra lauit ac emundauit, vlcera pecca-
torum nostrorum. Optandum est itaq; oĩbus vt sit mens sana in corpore sano, Amen.

SERMO XXI.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̃.

ARGVMENTVM

De luctu in aduersis.

Hesterno



A Esterno sermone tractauimus quamobrem tres amici condixerint, vt venirent ad consolandum Iobem in afflictione sua, maxime vt consolarentur eum, & quo sese exhiberent, quasi vere compatiētes. Ecce tria fecerūt, plorant, scindunt vestes, & super capita sua puluerē spargunt. Sic plorauit Ioseph super collum Beniamin, & sup singulos frēs Genē. 45
suos. Sic plorat Martha, sic Maria plorat ad monumētum foris, & au Iohan. 20
dit in terra dicentem dominum: Quid ploras? Sic quasi compatiendo plorant mulieres, quando dominus baiulabat crucem, quibus ait dominus: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos & fi- Lucæ. 23
lios vestros. Sciderunt itaque vestes, simili modo compatientes tres amici, id quod in superioribus declaratum est. Quando autem puluerem sparserunt super capita, tristitiæ signum erat. Siquidem antiquis patribus solenne erat, vt si quando aduersa contigissent, puluerem super capita mitterent. Quando enim filij Israel vsurpauerunt de anathemate & percuterentur ab hostibus, cor etiam populi præ timore liquefactum esset, Iosue scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca domini, tam ipse quàm omnis Israel. Miseruntq; puluerem super capita sua, dicentes: Heu domine deus &c. Sic homo qui venit de Iosue. 7
castris Saul à cęde Amalech, nuntians Dauidi Saulem esse mortuum, venit conscissa veste, & 2. Regū. 1
puluere consperſus caput. Sic Thamar soror Amon, asperſit capiti cinerem suo. Sic ad aduen- 2. Regū. 13
tum Holophernis, Heliachim, atq; sacerdotes domini, præcinxere se cilicijs, & erat cinis super capita eorum. Sic Mardochæus, quando debebat interfici populus Israel, paruuli etiam & mu-
B lieres, vno die à puero vsq; ad senem, scidit vestimenta sua, indutusq; sacco, spargit cinerem ca- Iudith. 4
piti, ostendens amaritudinnem animi sui. Sic Hieremias iubet, vt se cinere aspergant, id quod Hester. 3
ita diligenter plerique exequuti sunt, vt nonnunquàm in cinere omino sederent. Sic Niniuitarū Hester. 4
rex sedit in cinere, ad prædicationē Ionæ. Et hoc est, quod dñs ait: Væ tibi Corozaim, væ tibi Hiere. 25
Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone, factæ essent virtutes, quę factæ sunt in vobis, olim in cilicio Ionæ. 3
& cinere pœnīam egissent. Quare aūt cinere sese aspersserint, in promptu est, vt memores essent Matthæ. 11
sese mortales esse. Sic dñs ait: In sudore vultus tui, vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de
qua sumptus es, qa puluis es, & in puluerē reuerteris. Hinc cōsuetudo ecclesiæ venit, vt feria q̄rta Gene. 3.
cinerum in capite cuiusq; cinis supra capita Christifidelium aspergat, quo sit memor homo, se
cinerem esse. Sic Abrahā pro Sodomitis intercedere volens, inter cætera dicit: Loquar ad dñm, Genē 18
quum sim puluis & cinis. Sic Iesus filius Syrach: Quid superbis terra & cinis, & omnis homo ter Eccl. 10
ra & cinis. Et ipse Dauid: Recordatus est dñs, qm puluis sumus. Homo sicut fœnum, dies eius Eccl. 17
tanquàm flos agri. Salomon autem filius eius: Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, Psalm. 102
anteq̄ veniat tempus afflictionis tuæ, & anteq̄ conteratur hydria super fontem, & conterat ro- Eccl. 12
ta super cisternam, & reuertat puluis in terram vnde erat. Habetis itaq; quid sibi velit in scriptu
ra puluis & cinis, super capita mœrentium. At hic discere oportet, non solum patiēter ferenda
esse aduersa, sed & in aduersis compatiēdum esse proximo, id quod à principio tres amici fe-
cisse leguntur. Sic enim docet Apostolus: Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Sic Romañ. 12
C Aegyptij fleuere cum Ioseph, quādo Iacob mortuus erat. Sic fleuit omnis multitudo videns oc- Gene. 50
cubuisse Aaron in mōte Or. Sic fleuit dñs super ciuitatē Hierusalē per Apostiopesin, imperfectū Nume. 20
sermonem pronuntiās, & dicēs: Quoniam si cognouisses & tu. s. etiam fleres. Fleuit sup mor Lucę. 19
tuo Lazaro, fleuit & peccata nostra in cruce, & exauditus est pro sua reuerētia, vt & nos flere Iohan. 11
discamus in hac lachrymarum valle. Propterea dñs ad Apostolos ait: Plorabitis, mundus autē Hebræo. 5
gaudebit, sed tristitia vestra vertet in gaudium. Et hoc est, quod cecinit in psalmis Dauid: Qui Iohan. 16
seminat in lachrymis, in exultatione metet. Euntes ibant & flebant, mittētes semina sua. Veniē Psal. 125
tes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Per compassionem itaq; sic do-
cente Paulo: Cum flentibus flendum est nobis. Vnde ad Hebræos ita scribit: Charitas fraterni- Hebræ. 13
tatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc em̄ quidam placuerunt ange-
lis hospitio receptis, mementote vinctorū tanquā simul vincti, & laborantium tanquàm & ipsi
in corpore morantes, in alio vero loco sic ait: In corpore pro inuicem solicita sunt membra, & si 1. Corī. 12
quid patitur vnum membrum, compatiunt omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, &
membra de membro. Et ipse Petrus: Estote in fide omnes vnanimes, compatientes, fraternita- 1. Petr. 3
tis amatores. Quare parabola serui, cui dimissa fuerunt decē millia talenta, nolentis donare con- Matthę. 18
seruo cētum denarios, eo cecidit, vt quis condoleat, compatiaturq; proximo suo, alioqui datur
tortoribus. Et propterea dānat ille sacerdos, etiā ille leuita, vidētes hoiem vulneratū à latronib⁹ Lucę. 10
inter Hierusalē & Hiericho, q non alligarūt vulnera eius. Laudat autē ille Samaritanus, qui mise
cordia motus est super vulneratum, & appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vi
num, & imponens iumento suo duxit in stabulum, & curam eius egit. Sic laudantur obstetrices Exod. 1
quæ noluerunt occidere pueros Israelitarū misericordia motæ. Vnde dñs ædificauit illis domos. Gene. 18
Sic laudat Abraham Sodomitis compatiēs, & gradatim à quinquaginta ad decem descendēs.

In nouo

2. Cor. 11 In nouo testamento vero, non parum laudis habet Apostolus, quod non modo patiens, sed compatiens erat fratribus. Sic enim ait ille: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Et in alio loco: Romañ. 9 Veritatem dico in Christo Iesu non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor in corde meo. Optabam enim ego ipse anathema esse, à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati secundum carnem. Ediuerso vero vituperantur fratres Ioseph, videntes afflictionem eius, & non condoluerunt illi. Vnde veGenes. 42 niente manu domini tandem super eos, sic inter cætera dicunt: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus. Idcirco venit super nos tribulatio ista. E quibus vnus Ruben ait: Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me, en sanguis eius exquiritur. Compatiendum est itaq; Ecc. 4 proximo nostro, quem quum solum & solitarium, tristemq; videris, eidem assistas, vt eundem Matthæ. 7 consoleris, vt solus ille non sit, ne quum ceciderit, non habeat subleuantem se. Siquidem qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis. Quod si quis compatiatur proximo suo, etiam compatietur ei dominus. Fiat, Fiat.

SERMO XXII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c.

ARGVMENTVM.

De compatientia ac condolentia.



Matth. 27 Lendum esse cum flentibus, & compatiendum ijs, qui afflicti sunt, heri tradidimus. Hoc enim ad Christianum hominem pertinet, ne simi lis fiat ijs, qui irridebant, & qui blasphemabant dominum pendẽtem in cruce, nutantes capitibus, ac dicẽtes: Vah, qui destruis templum? Titum. j Sed non satis est contristari cum proximo, & animo compati, sed Iob. 19 & hoc necessarium est, vt re ipsa, si necessitas postulauerit, misericordiam exerceas. Alioquin similis eris ijs, qui confitentur se nosse deum, factis vero negant. Ita non sine causa Iob ad suos amicos clamat: Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quàm vtile vero ac necessarium sit, misereri pauProuer. 18 perum, scriptura docet. Sic enim Salomon ait: Qui despicit proximum suum, peccat. Qui autProuer. 19 tem miseretur pauperi, beatus erit. Et iterum: Qui calumniatur egẽtem, exprobrat factori eius. Honorat autem eum, qui miseretur pauperis. Et in alio loco idem Salomon ait: Fœneratur domPsalm. 36 mino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinẽ suã reddet ei. Hanc vsurã, & si Dauid hisce verEsaiæ. 58 bis expresserit, dicens: Tota die miseretur iustus, & commodat, & semen illius in benedictione erit. Esaias autem propheta propius accessit, dicens: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam: Quum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc erumpet, quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te, tunc inuocabis & dominus exaudiet te, & clamabis, & dicPsalm. 40 cet: Ecce assum, quia misericors sum dominus deus tuus. Beatus est itaq; vir, qui intelligit super Matthę. 25 egenum & pauperum, in die enim mala liberabit eum dominus. Dominus autem in Euangelio, benedictionem hanc dat, vt ingrediantur regnum dei hi, qui miserti sunt pauperum, nam hi Tobiæ. 4 centuplum accipient, & vitam æternam possidebunt. Ipse Tobias ita docuit filium suum iuniorem: Noli auertere faciem tua ab vllo paupere, ita fiet, vt nec auertatur facies dei. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Prẽmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Vide & considera, auream Tobiæ senioris doctrinam, non vult enim nec patitur, vt filius Prouer. 21 suus auertat faciem suam ab vllo paupere. Proin recte scriptum est: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & idem clamabit, & non exaudietur. Cæterum quod docuit: Si multũ Prouer. 28 habuerit, det multum: si exiguum, parum. Sana doctrina: Qui enim dat pauperi, nõ indigebit. Qui vero despicit deprecantem, sustinebit penuriam. In hoc opere Iob ille noster exercitatissiIob 31 mus erat, inter cætera dicens: Si negaui quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam panis solus, & non comedit ex ea pupillus, quia ab infantia mecum creuit commiseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Si despexi prætereuntem, eo

quòd nõ

A q̄ non habuerit indumentum,& absq; operimento pauperē. Laudantur itaq; omnes, qui misereri sunt proximi sui & pauperū. Sic filia Pharaonis, videns fiscellam in Papyrione, & cernens in ea paruulū vagientē, qñ miserta est eius, & accepit puerū, matri cōmendās, adoptansq; eū in locum filij, vocauitq; Moysen, rem inde deo valde q̄ gratam fecit. Ob id ex primo Paralip. libro, eo, diuus & barbatus Hieronymus ille noster, hanc filiam Pharaonis Bithia vocat. i. filiam domini, quā accepit Mereth, & mater Moysi vocatur, & propterea filia domini interpretatur, propter bonā voluntatem quā in educando puero habuerat, & q̄ relicto idolorū cultu, ad dei cultum conuersa sit. Sic laudantur & obstetrices Aegyptiorū: sic laudatur ipse Dauid, qui cū Saule & cum Anon filio Naas misericordiam fecit: sic laudatur in Euangelio pater ille, qui misericordia motus, filium suū prodigū ad se reuertentē, blande & cū gaudio in gratiam recepit. Et primo loco laudatur dominus, qui vbiq; misericordiam suā exercuit, quā ita sibi peculiarem esse fecit, vt ad phariſæos ausus sit dicere: Euntes discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Vnde per omnes vicos per omnē regionē Iudææ, Samariæ, Galilææ, &c. misericordiam fecit. Sic vbi scribæ & phariſæi deprehenderant mulierem in adulterio, & hanc lapidare voluerūt, ecce misericors & miserator dñs inclinat se deorsum, bis digito scribens in terram. Et quū recessissent omnes, neq; condemnassent illam, ecce ait: Neq; ego te condemnabo, vade & noli amplius peccare. Sic quando turba sustinuerat eum triduo, & non habebat quod manducaret, ecce ne deficerent in via, si ieiuni redirent ac remitterentur, misertus est super eam, fecitq; grande miraculum, q̄ de septē panibus & paucis pisciculis satiauit quatuor millia hominū, p̄ter parB uulos & mulieres. Et nihilominus de fragmentis supererant septē sportæ plenæ. Sic miseretur cæcorū, claudorū, paralyticorū, præbens nobis exemplū, vt quemadmodū ipse misericors sit, & nos misericordes esse oporteat, ob id in monte docuit: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et, Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. Vnde Iacobus in sua canonica: Finem domini vidistis, quoniam misericors dñs & miserator. Quod vero diuites continuo misereri debeant, hoc idem docet Apostolus, dicens: Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris quæ venient vobis, diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimēta vestra à tineis comesta sunt, aurū & argentū vestrum eruginauit, & erugo eorū in testimoniū vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Quod si vllus Apostolorū causam hanc & patrocinium suscepit pauperū, aut eleemosynæ erogandæ aliquas rationes præscripsit vnquā, certe is erit Iacobus ille Apostolus. Docet em̄ pauperē in sordido habitu non esse despiciendum, non esse dicendū diuiti: Sede hic bene, pauperi autē: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedū meorum. Cæterū docet, quemadmodū Paulus etiam docuit, deum elegisse pauperes in hoc mundo, quales fuere Petrus, Andreas, &c. Porro idem Iacobus, non esse exhonorandos, non esse per potentiam opprimendos pauperes, & tandem in hæc verba scribit: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam. Et si frater & soror nudi sint & egeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefiatis & saturamini, non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Laudantur itaq; diuites, qui thesaurizant in cœlo sibi, vbi nec tinea nec erugo damna faciunt, aut vbi fures non effodiunt. Diuites itaq; sæpe eguerunt & esurierunt, inquirentes autem dominum, non minuentur omni bono. Et hoc est, quod dominus ita præcepit: Quum facis conC uiuium, prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neque vicinos, neq; diuites, ne forte ipsi te reuocent, & fiat retributio, Sed quando facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur em̄ tibi in resurrectione iustorum. Videtis itaq;, q̄ vtile, q̄ necessarium q̄ sit, non modo compati infirmitatibus & miserijs hominum, sed & misereri re ipsa pauperum. Nam non sine causa dictum est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Quod si misericordes hic & in hoc seculo fueritis, etiam in futuro misericordiam consequemini.

Exodi. 2

Exodi. 1 2. Reg. 10

Lucę. 15

Matth. 9

Iohan. 8

Matth. 15

Matthæ. 5

Iacobi. 5

Iacobi. 2

Ibidem.

Ibidem.

Matth 6.

Psalm. 33 Lucæ. 14.

Psalm. 111.

Fiat, fiat.

SERMO XXIII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c.

Verba sunt viri illius simplicis, recti, timentisq; deum, ac patientissimi Iob habitantis in Vsitide terra, Iob. j.

ARGVMENTVM.

De eleemosyna in pauperes.



Onnulla heri diximus de operibus misericordiæ,& quoniam grandis materia,& cuius toties scriptura meminit, vno & eo quidē breui sermone sufficienter declarari non potest,idcirco in vestram ædificationem nonnihil copiosius de eleemosyna(quæ Latinis misericordia sonat)hodie dicere constituimus. Sic spiritus sanctus per Tobiam de eleemosyna loquitur:Eleemosyna ab omni peccato,& à morte liberat, & non patietur animā ire in tenebras. Cæterum filius Sirach hoc modo loquutus est:Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Et rursus:Eleemosynam facere ne despicias. Atq; in alio loco:Eius,qui non est transgressus,qui transgredi potuisset, eleemosynas narrabit omnis ecclesia sanctorū. Quid q̄ iudicium dei super Nabuchodonosor regem latum duodecim mensibus,ob intuitum datæ eleemosynæ dilatum est. Et si rex ille Babylonis accessisset consilio Danielis,quando Daniel dixerat:Rex consilium meū placeat,& peccata tua eleemosynis redime,& iniustitias tuas miserationibus pauperū, & erit deus parcens peccatis tuis. Iam pie creditur,hunc omnem euasisse plagam. Quid dicam,tam potens est eleemosyna in immutando iudicio dei,q̄ potens erat pœnitentia Niniuitarū & fletus Ezechiæ regis contra Ionā & Esaiā prophetas, etiā si deus ille sit,qui solus dicere potest:Ego deus & nō mutor. Habes ita q̄ ex Tobia,ex filio Sirach,& ipso Daniele testimonia,quantū præstet dare eleemosynam, sed iam angelorū de cœlo testimonia patienter audi:Et Raphael ille angelus à medicina nomē habens,quando ad Tobiam loquitur, ait:Bona est oratio cū ieiunio & eleemosyna,magis q̄ thesauros auri recondere,quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata & facit inuenire vitam æternā. Quod si angelus ille tibi non sufficiat,audi noui testamenti angelū. Sic autē contigisse legitur in Cæsarea,q̄ illic fuerit vir quidam, nomine Cornelius Centurio cohortis,quæ dicitur Italica,religiosus & timens deum,faciens eleemosynas multas plebi,& deprecatus deum semper,is vidit in visu,quasi hora diei nona,angelum dei introeuntem ad se, & dicentem sibi:Corneli. At ille intuens eum,timore correptus,dixit:Quis es domine? Dixit autem illi:Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam,in conspectū dei, nunc mitte viros in Ioppe,& accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus,hic dicet tibi,quid te oporteat facere. Videsitaq;,vt etiam Ethnico & gentili homini profuerit eleemosyna, in cōspectu dei,ita testante de cœlis angelo. Quod si quis credere nolit, eleemosynam à morte liberare posse,videat aliud grande miraculum,quod in Ioppe contigisse legimus. Illic em̄ erat discipula quædam Thabita,aliàs interpretata Dorcas, ob id laudata plurimū, q̄ erat plena bonis operibus & eleemosynis,quas faciebat. Et factum est,vt infirmata moreretur,ad hanc vocatus Apostolus Petrus,qui tunc prope fuit in Lidda,audit & videt circunstare viduas,flentes & ostendētes ei tunicas & vestes,quas faciebat illis dorcas,motus est,vt ponens genua oraret,& conuersus ad cadauer,ait:Thabita surge. At illa aperuit oculos, & viso Petro resedit, dans aūt illi manum, erexit eam. Et quū vocasset sanctos ac viduas,assignauit eam viuam. Quod si adhuc nec angelis nec apostolicis miraculis,& testimonio sanctorū dei hominum credere volueris,audi quid pasim in Euangelio de eleemosyna prædicauerit dominus. Et ecce ad phariſeum sic ait dominus: Vos pharisæi,quod de foris est calicis & catini mundatis,quod autē intus est vestrum, plenū est rapina & iniquitate. Stulti,nonne qui fecit quod foris,etiam id quod intus est fecit? Veruntamē quod superest,date eleemosynam,& ecce omnia munda sunt vobis. Cæterū viam salutis ostendere volens,ait:Primum quærite regnū dei & iustitiam eius,vendite quæ possidetis,& date eleemosynam. Facite vobis sacculos,qui non veterascunt,thesaurū non deficientem in cœlis, quo fur non propiat,nec tinea corrumpit. Hoc est quod Zachæus ille q̄ primum hoc obtulit,vt e sua substantia dimidium bonorū daturus esset pauperibus,ilicò audit,salutē suæ domui factam esse, eo q̄ esset filius Abrahæ,qui angelos etiam conuiuio accepit in conualle Mambre,vbi tres licet apparuerint,vnum tamē solummodo adorauit,dicēs:Domine si inueni gratiam in oculis tuis? Ecce in testamento veteri:Si qui fecerunt eleemosynam in peregrinos & pauperes,bene habebant. Sic vbi Abraham tanta humanitate tractauerat angelos,meruit, vt si dumtaxat in Sodoma decē viri iusti inuenti fuissent,iam non interīsset Sodoma. Et Loth,quia duos angelos hospitio cæpit,ac tantam eleemosynam humanitatem q̄ eisdē impartiuit, vnde vt saluetur ab igne educitur extra vrbē in Segor. Sic suis hospitibus Helias & Heliſæus reddidere,non modo farinā & oleum,sed & restituere filios mortuos. Sic Raab illa meretrix,q̄ peregrinos Israelitas bene ac fideliter tractauit,melius habere cœpit,& illæsa mansit in domo sua,sed aduenientē domino,multa maiora promittuntur his qui fecerint eleemosynam. Qui em̄ amicos fecerit sibi de mammona iniquitatis,ita promittētē Christo, recipietur in æterna tabernacula. Et qui frangit esurienti panem suum,etiam si panes non fregerit,sed panē,(modo suus,non alienus,nec ex vsura, rapinis,latrocinijs,& malis artibus acquisitus sit)audiet benedictionem domini dicentis: Venite benedicti patris mei,accipite regnum. Simili modo fiet illi, qui etiam calicem aquæ frigidæ pauperi

Tobiæ.4
Eccle 3.
Eccle.7
Eccle.35

Danie.4

Ionæ.3
Esaiæ.38

Tob.12

Actor.10.

Acto.9

Luce.11.

Luce.12

Luce.19
Gene.18

1.Reg.17.
Iosue.6

Luc.16.
Esaiæ.58

Matth.25
Matth.10

A peri dederit. Et tanta est benignitas dei, vt etiam si cœlum sit sedes eius, ac terra scabellum pedum eius, qui & cœlū & terram implet, qui vbiq; est, (Si em̄ ascenderis, inquit propheta, in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades) nec sit interea, qui magnitudinem illius expendere possit, attamen si nudo pauperi tunicam dederis alteram, deo datam ac dominū esse vestitum arbitrari poteris. Ait enim: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Hæc eleemosy na, est illa pretiosissima & vnica margarita, quam si tu per gratiam dei inueneris, vendes omnia quæ habes, vt compares eam. Sunt quædam sed paucæ virtutes, quę hic & in futuro seculo prosunt ac vtiles sunt: quemadmodum pietas vtilis est, eo q̄ habet promissionem vitæ præsentis, quæ nunc est, & futuræ. Quinimo de eleemosyna hoc in comperto est, q̄ pro illa non modo datur vita æterna, thesaurus quidē optimus, sed etiam eleemosynario multiplicantur bona tpalia. Sic em̄ Dauid ait: Iunior fui, etenim consenui, & non vidi iustum derelictum, nec semē eius quærens panem. Sed beatus Apostolus Paulus dominicæ inspirationis gratia plenus: Qui administrat (inquit) semen seminanti, & panē ad edendum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ, vt in omnibus locupletemini. Et in alio loco: Qui parce seminat, parce & metet. Et hoc est quod dominus ait: Nolite cogitare, dicentes: Quid edemus & bibemus, aut quo vestiemur? hæc em̄ nationes quærunt, scit em̄ pater vester, quia omnibus his indigetis. Quod si dixeris, num ex voluntate ac dispositione dei sint pauperes, ecce tibi respondeo, tam in veteri q̄ in nouo testamento, ita voluisse dominū, vt pauperes essent. Sic em̄ in Deutero. legitur: Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco præ-

B cipio tibi, vt aperias manū tuam egeno & pauperi, qui tecū versatur in terra. In Euangelio vero dñs ad discipulos ait: Pauperes semper vobiscum habebitis, quibus si vultis, potestis benefacere. Pauperum ergo status ac conditio à deo est, id quod Anna in suo cantico nouit & dixit: Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublimat. Et verissimum omnium est, q̄ dominus de stercore erigit pauperē, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Domini em̄ sunt cardines orbis terræ. Voluit em̄, vt diuites egenis & pauperibus subuenirent. Sed ne quispiam erraret in modo dandi eleemosynam, tanquā fidus monitor ac fidelis præceptor, circa eleemosynam hæc docuit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioqui mercedē non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Quum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedē suam. Te autē faciente eleemosynam, nesciat finistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tu-

C us qui videt in abscondito, reddet tibi. Reddet quidē nobis mensuram bonam, confertam & coagitatam in sinū nostrum, Faxit hoc dominus deus, Amen.

Esaiæ. 66. Psal. 138. Matth. 25. Matth. 13. 1. Timot. 4. Psal. 36. 2. Cor. 9. Matth. 6. Deut. 15. Marci. 14. 1. Reg. 2. Psal. 112. Matth. 6. Lucæ. 6.

SERMO XXIIII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̄.

ARGVMENTVM.

Iobum non esse blasphemum nominis dei.



Rogressuri latius in sancti Iobis historia, sic scriptū inuenio: Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suæ, & loquutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies illa vertatur in tenebras, non requirat eam deus desuper. Est locus iste plerisq; lapis offensionis, arbitrantibus, hic grauiter hoc sermone peccasse Iob, asserētibus hunc maledixisse & blasphemasse deum, atq; diem creaturam dei. Sed mihi longe alia est sentētia: quippe nunquam inuenies hunc patientissimum maledixisse domino aut creaturæ dei, alioqui in fine libri quomodo potuisset ad Eliphā Themaniten dixisse dominus: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniam non estis loquuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Vides hic ex testimonio domini, Iob esse rectū loquutum. Quod si nonnulla dixerit, quæ modū excederēt scientiæ suę, adhuc non blasphemauit dominum. Quod si sermones eius penitius intuearis, honorifice de deo semper sensit. Dicit em̄: Verba mea dolore sunt plena, quia sagittæ domini in me sunt, & terrores domini militant contra me. Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei. Cæterum verę scio (inquit) quòd non iustificetur homo, comparatus deo, si voluerit contendere

Iob. 3. Iob. 42. Iob. 6. Iob. 7. Iob. 9.

cum eo,non poterit ei reſpondere vnum pro mille & vltra. Manus tuæ domine fecerunt me,& D
Iob. 10 plaſmauerunt me totum. Memento quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.
Nonne ſicut lac mulſiſti me,& ſicut caſeum me coagulaſti. Pelle & carnibus veſtiſti me,oſſibus
Iob.12. & neruis compegiſti me. Inſuper latius verba faciens,ſic ait: Quis ignorat,quod omnia hæc fe-
Iob.19 cerit manus domini,in cuius manu anima omnis viuẽtis,& ſpũs vniuerſæ carnis hominis. Etiã
ſi occiderit me(inquit)in ipſo ſperabo,& ipſe erit ſaluator meus. Scio quod redẽptor meus vi-
uit,& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſus circũdabor pelle mea, videbo deum
meum. Neq; facile video vllum extitiſſe vnquam,qui omnipotentiam dei,tam diſerte declama
Iob.24. uerit. Ab omnipotente dicit: Non ſunt abſcondita tẽpora,quemadmodũ in ſequentibus audie-
Iohelis.27. mus. Quid quod in medijs calamitatibus,quũ etiam eſſent amici conſolatores onerоſi,ait: Do-
nec ſupereſt halitus in me,& ſpũs dei in naribus meis,non loquentur labia mea iniquitatem,nec
lingua mea meditabitur mendaciũ,donec deficiam,non recedam ab innocentia mea. Iuſtifica-
tionem meam,quam cœpi tenere,non deſeram. Cõfideret ergo aliquis, num hi ſint ſermones,
quibus maledicatur deus. Non eſt itaq; verẽ,quod nonnulli prædicant,patientiã Iob obſcurare
volentes,quaſi bonus ille omniũ innocẽtiſſimus,maledixerit deo, quẽ ipſe ſuum redemptorem
ac ſaluatorem eſſe fatetur ingenue. Quod ſi hunc Iobem arbitraberis eẽ maledicũ atq; blaſphe
mum. Quid ergo de Hieremia dices,q ſimilibus forte tribus vncijs, amarioribus verbis vtẽs,ita
loquutus eſt: Maledicta dies,in qua natus ſum. Dies in qua peperit me mater mea, nõ ſit bene-
Hiere. 20. dicta. Maledictus qui annuntiauit patri meo,dicens: Natus eſt tibi puer maſculus,quaſi gaudio E
lætificauit eũ. Sit homo ille,vt ſunt ciuitates,quas ſubuertit dñs,& nõ pœnituit. Audiat clamorẽ
mane,& vlulatum in tẽpore meridiano,quia nõ me interfecit à vulua,vt fieret mihi mater mea
ſepulchrũ,& vulua eius,conceptus æternus. Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderẽ laborem &
dolorem,& conſumerentur in confuſione dies mei. Vides hic Hieremiã,paulo durius atq; rigi-
dius,atq; Iobem,nonnulla dixiſſe. Quid ergo dixit aut fecit Iob: Maledixit diei ſuo,non diei,de
Gene. 1. quo ſcriptura dicit: Vidit deus lucem,quod eſſet bona,& diuiſit lucẽ à tenebris,appellauitq; diẽ
lucẽ,& tenebras noctẽ,ſed diei ſuo,qui nõ fuit,quẽ non habuit,quem non poſſedit,qui in illius
poteſtate nõ fuit. Sua itaq; maledictione non nocuit,nõ maledicebat deũ,ſed potius benedice-
bat,dicẽs: Sit nomen dñi benedictũ. Neq; maledixit angelis,neq; cœlo,neq; terræ, neq; homi-
nibus,neq; pelago,nec maledixit diẽ mortis,finis aut exitus. Sed maledixit huic diei, in qua cõ-
ceptus eſt,q ſibi ea parte maledictus erat,quod in peccatis cõcepit eũ mater ſua,quẽadmodum
Pſalm. 50. ipſe Dauid ait: Ecce in iniqtatibus cõceptus ſum,& in peccatis cõcepit me mater mea. In Adã
eñ omnes peccauerũt,& poſt eum nati ſunt oñes filij iræ, ſola diua & ſuperbenedicta virgo,
cuius hodie conceptionis feſtũ agimus,ab originali peccato fuit immunis. Hieremias propheta
anteq̃ exiret de vulua matris,in vtero ſanctificatus eſt. Sic & de Iohãne Baptiſta credendũ eſt.
Sed adhuc vterq; in peccatis cõceptus eſt. Et hæc maledictio cõceptionis, in Iobe principium
habet ab ea maledictione,quam audierunt ex ore dei,primi parentes,in quibus oñes peccaue-
runt. Proin omnes egent gloria dei,ſuam ergo diem maledicit,quæ alioqui propter peccatũ fi- F
bi maledicta fuit. Pereat(inquit)dies,in qua natus ſum,& nox illa,in qua dictũ eſt: Ecce maſcu
lus,quod nuntiatũ eſt patri ſuo Zareth,& matri ſuæ Boſorræ. Sed hic quũ perire voluerit ea,
quæ nõ ſunt,quæq; non erant,ergo irreprehenſibilis erat. Perire eñ voluit hũc diem, qui tãto-
rum dolorũ,ac tantarũ tentationum fuit initium. Cæterũ quando natalis dies,iuxta veterũ con-
Gene. 40. ſuetudinẽ celebris erat,quẽadmodum Pharaoni,dies tertius natalis erat. Et Marci. 6. Huc per-
tinet,quod Herodes pro natali ſuo principibus cœnã opiparam appoſuerit,&c. Hunc forte na
talitium celebrauit & Iob,hunc vero perire volens, præ doloribus ait: Pereat dies,in qua natus
ſum. i. ceſſent hæc gaudia,hi triumphi natalis mei,quũ hodie tãtis calamitatibus,doloribusq; la-
borem. Ergo quũ vlcera illius,à planta pedis vſq; ad verticem talia ac tanta fuerint, vt Eliphas
Iob. 2. Themanorũ,Baldach Sauceorũ tyrãnus,& Sophar Numadorũ rex,nõ cognouerunt Iob,& cũ
eo ſederint in terra,ſeptẽ diebus & ſeptẽ noctibus,nihil loquẽtes. Videbant eñ dolorẽ eſſe ve-
hementẽ. Quis prohiberet tantis doloribus confectũ Iobem,quaſi è ſenſu carnis nõ potuiſſe di
cere quicq̃,quo ſuorũ dolorũ teſtimonia daret? ne forte quiſpiam diceret Iobem in apathian ce
cidiſſe,& vt patientia locũ in eo non haberet. Quod ſi blaſphemauerit nomen domini,vel ipm
dominum,vbi eſt ergo,quod dominus ad Satan ait: Ecce in manu tua eſt, veruntamen animã
Leuit. 24. illius ſerua. Nempe ſi blaſphemaſſet,iam illius anima ſeruata non eſſet. Porro in deum blaſphe-
mia ſic prohibita eſt,vt blaſphemus ducatur extra caſtra, & lapidibus obruat eum omnis po-
pulus. Et quia Sennacherib rex Aſſyriorũ blaſphemus erat,ob vnius blaſphemiæ peccatum,pe
riit magna pars exercitus illius. Cæterũ non ſine cauſa,neq; per cœlum, neq; per terrã,neq; p
ciuitatem Hieruſalem,iurandũ eſt,multo minus blaſphemandũ. Et tam deteſtabile crimen eſt
blaſphemia,vt ſit etiã vna blaſphemia,quæ neq; in hoc,neq; in futuro ſeculo quidem remitta-
tur. Abſit ergo longe à nobis,vt impingamus,ac inuramus eiuſmodi maculam,& blaſphemiæ
notam noſtro Iobi. Quia etiam videmus in domino & ſaluatore noſtro, quod pauere,tædere,
cõtriſtari,

A contristari,& mœstus esse cęperit,videns imminere suæ passionis tam immẽsos dolores. Vnde etiam ad discipulos,ait: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Et q̃ præ doloribus in agonia sudauit sanguinẽ. In medijs quoq; doloribus crucis,clamauit: Deus meus,deus meus, vt qd me dereliquisti,id quod nõ ex desperatione dixit,quẽadmodũ nõnulli Lutherani prædicauerũt hę retici,sed vt sui doloris,& suæ sensualitatis magnitudinẽ ostenderet. Non em̃ poterat esse derelictus à deo,q̃ deus erat,sed sensualitas eius ita derelicta est,vt sentiret alapas, flagella,passiones, verbera,vulnera,crucẽ,&c. Rogauit ille ter patrẽ,etiã prouolutus in terrã,vt transiret ab eo calix. Nõ mirę ergo,si Iob noster optauerit se,neq; cõceptum,neq; natũ esse, modo à tantis ex vlcere pessimo doloribus liber esset. Et quot putas hodierna die, etiã quotidie in medijs doloribus,etiã sine pctõ clamare: Vtinã natus ego nõ essem,ita vt etiã Iob clamauerit,vtinã mortuus essem. Interrogati ergo,num volũtati dei resistere velint,sese patientes exhibẽt. Nõ ergo quod maledixerit Iob ille noster dño deo,quippe in medijs verbis honorifice meminit dei. Nõ requirat eum(inqt)deus desuper,qũo ergo fuisset oblitus dñi dei sui? Maledicta est itaq; cuiusuis hominis prima natiuitas,propter peccatũ originale,solius Christi natiuitas,omniũ sanctissima est. Quemadmodũ em̃ hodiernũ Euangeliũ ex ordine docet: Tres sunt ibi tessaradecades generationũ,ex regibus,& patriarchis,iuxta Matthæum: Omnes em̃ generationes ab Abraham vsq; ad Dauid,generatiões quatuordecim,& à Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babylonis,generationes quatuordetim,& à transmigratione Babylonis vsq; ad Christũ,generationes quatuordecim. Et ipse cũ esset filius dei vere sanctus,vere benedictus erat, nõ enim ex virili semine,sed B mystico spiramine,verbũ dei factum est caro. Dixerat quippe ad Mariã angelus: Spũs sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi. Igitur quod nascetur ex te,sanctũ,vocabit filius dei. Solus ergo hic dies natiuitatis,vere sanctus erat ac benedictus. Iobi vero nostro,maledictus erat suæ natiuitatis dies,quia in ærumnis,in doloribus, & in peccatis peperit eum mater sua Bosorra. Hãc diem,hanc noctem,nõ apparuisse,sed pernisse cupit,ne cõplacentiam haberet in peccato. Loquutus est ergo Iob seruus domini labijs suis rectum coram domino, quod non ipsi soli dicimus,sed in fine libri,& ad finẽ tragœdiæ, bis testatus est dominus, & adhuc hæret Iob in hoc patientissimo thematis nostri dicto: Si bona suscepimus de manu dñi,mala quare non sustineamus. Id quod & nos in aduersitatibus ac doloribus nostris dicere conuenit. Et adijciet nobis dominus,quemadmodum Iobi duplicia. Fiat fiat. Matthæ. 1.

SERMO XXV.

Si bona suscepimus de manu domini,mala autem cur non sustineamus? &c. Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De omnipotẽtia dei optimi maximi.

C 

Eclaratũ est heri Iob nõ blasphemasse deũ, neq; vllã creaturam eius. Videbimus nũc,quid ipse de deo senserit. Et in professo est,hunc præ cæteris multis extulisse oĩpotentiã dei,vnde sic ait: Ad omnipotentẽ loquar. Et itęr: Aduersus impios. Quare impij viuũt,qui ducũt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendũt? Qui dixerũt deo: Recede à nobis,scientiã viarę tuarę nolumus. Quis est omnipotẽs,vt seruiam ei,& qd nobis prodest,si adorauerimus illum? Et itęr: Ab omnipotẽte non sunt abscondita tẽpora. Qui aũt nouerunt eum,ignorãt dies illius. Et in alio loco: Viuit deus oĩpotens,qui ad amaritudinẽ adduxit animam meã. Et itęr: Sicut fui in diebus adolescẽtiæ,quãdo secreto deus erat in tabernaculo meo. Quãdo oĩpotẽs erat mecũ,& in circuitu meo pueri mei. Pepigi fœdus(inqt)cũ oculis meis,vt ne cogitarẽ quidẽ de virgine. Quam em̃ partẽ haberet deus in me desuper,& hæreditatẽ omnipotẽs de excelsis. Vides itaq; Iobem hũc nostrũ, semp meminisse oĩpotẽtis,& in meliorẽ partẽ. Hoc fecere simili modo Tobias,Iudith,Noemi, ac pleriq; alij, cognoscẽtes deũ eẽ omnipotentẽ,quẽadmodũ & ipse dixit ad Abraham: Ego deus oĩpotẽs, ambula coram me,& esto pfectus. Ponã fœdus meũ inter me & te, & multiplicabo te vehemẽter nimis. Quid quod tranfitũ rubri maris cecinere filij Israel. Currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare,oĩpotens nomen eius. Et nos quotquot Christiani sumus è symbolo apostolorę fatemur,hũc esse deũ,patrẽ oĩpotentẽ,creatorẽ cœli & terræ. Siquidem iuxta cursum naturæ,ex nihilo nihil fit. Ipse vero deus omnipotens,in principio ex nihilo creauit cœlũ Iob. 13. Iob. 21 Iob. 24 Iob. 27. Iob. 29. Iob. 31. Gene. 17 Exod. 15

Esaiæ.40 & terram. Hanc omnipotentiam dei, valde egregie describit Esaias dicens: Quis mensus est pu D
gillo aquas, & cœlum palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit
in pondere montes, & colles in statera? Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius
fuit, & ostendit illi cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, &
erudiuit eum scientia, & viam prudentiæ ostendit illi. Ecce gentes sicut stilla situlæ, & quasi mo
mentum statere reputatæ sunt. Ecce insulæ quasi puluis exiguus, & libanus non sufficit ad suc-
cendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustū. Omnes gentes quasi nō sint, sic sunt
coram eo, & quasi nihili & inanæ reputatę sunt ei. Sed melius dominus de turbine dixit ad Iob:
Iob.38. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Quis posuit mensuras eius? Si nosti, vel qs te-
tendit super eā lineam, super quo bases illius solidatæ sunt. Quis conclusit ostijs mare, quando
erumpebat quasi de vulua procedens, quū ponerem nubem vestimentū eius, circūdedi illud ter
minis eius, & posui vectem & ostia, & dixi: Hucusq; venies & procedes amplius, & hic cōfrin-
ges tumentes fluctus tuos. Nunquid ingressus es profundū maris, & in nouissimis abyssi ambu
lasti? Nunquid ingressus es thesauros niuis? aut thesauros grandinis aspexisti? Quis dedit vehe-
mentissimo imbri cursum, & viam sonanti tonitrui? Quis est pater pluuiæ? vel quis genuit stil-
las roris? De cuius vtero egressa est glacies, & de cœlo gelu quis genuit? Nunquid coniungere va
lebis micantes stellas, pleiades, aut gyrum arcturi poteris dissipare? Nunquid nosti ordinē cœ- E
li? Quis dedit gallo intelligentiam? quis enarrabit cœlorū rationem, & concentū cœli quis dor-
mire faciet? Nunquid capies terræ prædā, & animā catulorū eius implebis, quādo cubant in an-
Iob.38.39. tris & specubus insidiantur? Quis præparat coruo escam suā, quando pulli eius clamāt ad deū
vagantes eō, quod nō habeant cibum? Nunquid nosti tēpus partus ibicum in petris, vel partu-
rientes ceruas obseruasti? Nunquid valet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur præsepe tuum?
Nunquid præbebis equo fortitudinē, aut circūdabis collo eius hinnitum? Nunquid per sapien-
tiam tuā plumescit accipiter, expandēs alas suas ad austrū? Nunquid ad præceptū tuū eleuatur
aquila, & in arduis ponet nidū suum? Iste est ille omnipotens dñs, de quo Maria cecinit, dicens:
Esa.14. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Deposuit em̄ luciferum, quando sedem suā po
Gene.3. nere voluit in aquilonem, & similis esse altissimo. Deposuit Adam & Euam, quando voluerunt
Gene.11. esse veluti dij, scientes bonum & malum. Deposuit fortem hūc venatorem Nembroth, quādo
præsumpsit ædificare turrim, cuius culmen pertingeret ad cœlū, ita vt quum eēt vnus populus
& vnū labium omniū, ita confuderit linguam eorū, vt non audiret vnusquisq; vocē proximi
Danie.4 sui. Et propterea vocatū est nomen loci illius Babel. Deposuit Nabuchodonosor de sede sua,
de regno suo, ita vt fœnum instar bouis alicuius comederit, & capilli in similitudinē aquilarum
Ezech.38. creuerint, vngues deniq; eius, quasi vngues auium fuerint. Sic deposuit superbum illum Senna-
cherib, blasphemū sub Ezechia rege Iuda, ita vt vna nocte amiserit de suo exercitu, cētū octo-
1.Para.32. gintaquinq; millia virorū, & hūc in fugam vertit, eum̄q; per proprios filios occidi fecit. Ipse est
Psalm.32. enim dominus fortis, potens in prælio. Cæterū adeo potens est, vt quæ alioquin secundū natu-
Matthæ.9 ram impossibilia sunt, apud deum possibilia fiant. Omnia em̄ possibilia sunt apud deum, inq;
Lucæ.18. dominus. Et id, quod est apud homines impossibile, possibile est apud deum. Potēs em̄ est deus
Matth.3. de lapidibus suscitare filios Abrahæ. Et ex hac parte dominus deus, solus beatus, & solus potēs
Lucę.3. est, ita docente ad Timotheum apostolo: Sic non est auditum à seculo, vt quis aperiret oculos F
1.Timot.6 cæci nati, hoc aūt tantummodo potuit ille, qui potest omnia, ad quem sine fine clamant angeli:
Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens, qui est, qui erat, & qui venturus est. Quiq;
de se dicit: Ego sum alpha & ω, principium & finis, dicit dñs deus, qui est, qui erat, & qui ventu-
Roma.4 rus est. Adeo deniq; potens, vt quæcunq; promisit, potens sit facere. Sic Abraham in repro-
missione dei non hæsitauit confidentia, quum fere centum eēt annorum, & esset mortua vulua
Saræ. Cessent igitur Capharnaitæ nostrorū tēporum, qui sua blasphema doctrina credere no-
luerint, in sacramento cœnæ nouissimæ, datum esse corpus domini, ac dari quotidie, etiā si pro-
miserit seruator noster, dicēs: Panis quē ego dabo, caro mea est. Hæc incredulitas plane est cō-
tra omnipotentiam dei, quasi non possit deus ex pane facere corpus, & ex vino sanguinem, qui
tamen solo verbo creauit cœlum, terram, firmamentū, lucem, luminaria magna, germen ac re-
liqua. Et solo illius verbo cœli firmati sunt, ac spiritu oris dei omnis virtus eorū. Cæterū hic sola
voluntate aquā sex hydriarum, in Chana Galileæ conuertit in vinum. Et quotidie multiplicat
semen terræ, ita vt mirabili modo granū proiectum in terram, sua multiplicatione fructum affe
rat tricesimum, sexagesimum, & aliquando centesimum. Imo granum sinapis, quod inter semi
na minimum est, ita crescere facit, vt etiā ex eo fiat arbor, in cuius frondibus aues ipsæ cœli nidi
ficāt. Iste est ille omnipotens, ad cuius vocē in nouissimo die hi, qui in monumentis sunt, pro-
cedent, & ad cuius imperium resurgent mortui. Hunc omnipotentē cognouit, laudauit, & extu
1.Petri.5. lit noster ille Iob. Ita & vos facite, ac iuxta doctrinā Petri, humiliamini sub potenti manu dei,
maxime in his, ac tantis tribulationibus vestris. Et ipse adeo potēs est, vt possit depositū vestrū
seruare in illum diem iustus iudex. Fiat fiat.

Sermo

A

SERMO XXVI.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̄.

ARGVMENTVM.

De potestatibus huius seculi.



Quoniam noster ille Iob toties meminit omnipotētis, id quod etiā amici, vtcūq; onerosi consolatores fecisse leguntur. Idcirco vt illius omnipotentiam plenius cognoscatis, etiam hoc sermone nōnulla de oīpotente dicturi sumus. Dicitur autem ab eo omnipotens, quod omniū rerum potestatem ac principatū teneat, per quem deniq; creata sunt Coloss.1
omnia visibilia & inuisibilia, siue dominatiōes, siue principatus, siue potestates, quia per ipsum secula instituta sunt, & ipsum instituit vniuersorum hęredem. Ipse est, qui vere dixit ad Pilatum: Non haberes in me vllam potestatem, nisi datum tibi esset desuper. Ipse est ille, q ascēsurus in cœlum, ait ad Apostolos: Data est mihi oīs potestas in cœlo Iohan.13
B & in terra. Propter quod sic Paulus docet Apostolus: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est eñ potestas, nisi à deo. Quæ autem sunt, à deo ordinata sunt. Itaq; qui Matth.28 Roman.13
resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Non ergo quis glorietur de potestate sua, quasi non acceperit ab omnipotente, quid enim habes, quod non accepisti? Sic enim Apostoli & Apostolici viri, potestatem habuerunt & habent, Lucæ.9
super spiritus immundos, super dæmonia, calcandi serpentes. Sed prima potestas est à domino deo. Ipse enim dominus & saluator noster docuit, sicuti potestatem habens, sic post primā Marc.16
potestatem domini, secunda est Apostolorum. Ita enim loquitur: Ego sum lux mundi. Ita & discipulis suis donat, vt ipsi quoq; lumen vocentur mundi, dicitq; ad eos: Vos estis lux mūdi. Deinde vitem veram se in Euangelio vocans, de credentibus tamen per Hieremiam loquitur: Ego autem plātaui te vineam frugiferam totam veram. Et quum sit panis viuus de cœlo descendēs, discipulis tamen dedit, vt appellentur panis. Vnde & Apostolus Paulus loquitur confidenter: Omnes eñ nos vnus panis sumus. In hunc igitur modum ingreditur potestas prima, & regnū in Hierusalem, vt & credentes in ea potestatem habeant & regnum. Num vero Iob ille noster fuerit in potestate constitutus, & quo pacto sese gesserit, forsan dubitabis. Visum est itaq; mihi, quum haberet ille familiam multam nimis, & esset excellentior inter omnes orientales, quod in potestate constitutus fuerit. Sic enim ait: Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Et iterum: Si leuaui super pupillum manum meam, etiam quum Iob.19 Iob.31
viderem me in porta superiorem. Consueuere enim in testamento veteri quondam, sicuti in pentatheuco & regum libris deprehendere licet, potestates ad iudicium in porta sedere, ac audire causas, inter hos Iob erat præcipuus. Sic enim ait: Si voluissem ire ad eos, sedebam primus, Iob.29
C quumq; sederem, quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Sed tamen audi nunc, vt sese gesserit in magistratu suo, quo cunctæ potestates addiscant, simili modo promouere iustitiam. In hæc enim verba ait: Liberaui pauperem vociferantem, pupillum, cui non erat adiutor, cor viduæ consolatus, iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Quis hic non videt Iobem fuisse iustissimum? Ad iustum enim iudicem, primo loco pertinet consolari viduas, ac tueri pupillos, & iuuare pauperes. Vnde sic præcepit dominus: Viduæ & pupillo non nocebitis. Si deseritis eos, vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Hieremias insuper hisce verbis conqueritur: Causam viduæ non iudicauerunt. Causam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Esaias autem propheta, ad iudices in Iuda & Hierusalem, hoc modo præcepit: Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox his, qui calumniantur mercedem mercēnarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. Et scisscitantibus nobis per scripturas, quanta cura semper deo fuerit de viduis, multa quidem deprehendimus in partem viduarum dicta & constituta esse. Vnde sic scriptū est: Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli. Non accipies ait dominus, Deuteronomij.24. loco pignoris viduæ vestimentum. Et per Zachariam: Viduam & pupillum & aduenam & pauperē, Exod.22 Hierem.7. Esaiæ.1. Malach.3 Zachari.7
nolite calumniari, & malum vir fratri suo nō cogitet in corde suo. Exemplum viduaꝝ fuere Iudith, & vidua Sareptana in testamento veteri. In nouo autē Anna vidua Phanuel, de qua legit,

quod deo seruierit in templo, ieiunijs, ac orationibus, pro illarum etiam patrocinio. Dominus D
Matthę. 23 item ait: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarę. Et non absq;
Lucæ. 21 mysterio dñs viduam pauperculam tantis verbis extollit, volens per oīa causam viduarę esse
saluam. Vnde potestas ab omnipotente venit ac datur, vt viduæ, pupilli, peregrini, pauperes,
Iob. 22 defensi sint melius. Licet enim Eliphas Themanites, per calumniā ad Iob dixerit, quod abstu-
lerit pignus fratrum suorum sine causa, & viduas dimiserit vacuas, ac lacertos pupillorum com-
minuerit. Sed hoc cōtra Iobem confinxit mendaciter, vt pleraq; alia. Verum est itaq;, quod de
seipso Iob ait: Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi
buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Discamus itaq; in Iobe nostro, viam iu-
stitiæ erga viduas & pauperes ac oppressos, & quales ij esse debeant, qui pro tribunali sedent, Ie-
Exodi. 18 thro socer Moysi docuisse videtur. Videns enim ille sedentem Moysen solum, à mane vsq; ad
vesperam, ait: Stulto labore consumeris, & tu, & populus iste, qui tecum est, vltra vires tuas est
negotium, solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea atq; cōsilia, & erit dominus te-
cum. Esto tu populo in ijs, quæ ad deum pertinent, vt referas, quę dicuntur ad eum, ostendasq;
populo cęrimonias, & ritum colendi, viamq; per quam ingredi debeāt, & opus, quod facere de
beant. Prouide autem de omni plebe viros, sapientes, & timentes deum, in quibus sit veritas, &
qui oderint auaritiam. Et constituas ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & de-
canos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi
minora tantummodo iudicent, leuiusq; sit tibi partito in alios onere. Iste Moyses vnus & prę-
cipuus est, qui vere gloriat se propter munera nō peruertisse iudicium, nec ob munera esse obcæca E
Numer. 16 tum. Vnde ad dñm ait: Tu scis, quod nec asellum quidē vnquā acceperim ab eis, nec afflixerim
Psal. 14 quenquàm eorum. Et solus ille habitabit in tabernaculo domini, & requiescet in mōte sancto.
1. Regū. 8 Qui munera super innocentes non accepit. Talis erat & Samuel propheta. Sed tales non erant
filij Samuelis, qui non ambulauerunt in vijs dei, sed declinauerunt post auaritiam, & peruerterūt
iudicium, propterea perdidere iudicium super Israel. Didicimus itaq; satis superq;, si quis in po-
testate constitutus sit, vt non sit acceptor personarum, nec peruersor iudicij, quòd si quis vere &
recte iudicauerit, remunerabit eum dominus deus iustus iudex. Fiat. Fiat.

SERMO XXVII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c.

ARGVMENTVM.

De omniscientia dei.



Iob. 10 On satis erat Iobi nostro, viro omniū innocentissimo egregie tractare
Iob. 24. ac pro laude dei, oīpotētiam dñi, quod is oīa potuerit ac possit, ex-
tollere. Quinetiā hoc instituit, vt idem dñs deus oīa sciat. Sic eīm aduer F
sus calumniatores, ollares, & fictitios amicos, ait: Nunquid deus indi-
get vestro mēdacio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciē eius
accipietis, & pro deo pdicare nitimini, aut placebit ei, quē cęlare nihil
potest? Et in alio loco: Scio (inquit deus) quia vniuersoꝝ memineris.
Et in fine, quando loquebatur ad dñm, sic dicit: Scio quia oīa potes,
& nulla te latet cogitatio. Ecce vt Iob oīpotentiam, & oīscīam in
deo simul cōiunxerit. Est eīm vtrūq; hoc proprium, & solius dei, vt oīa
Hieremī. 17 possit, & oīa quæcūq; voluit, huc vsq; fecerit. Cæterꝝ vt oīa nouerit, ac oīa sciat, nouit hęc
ille qui nihil ignorat, scit ille verę cogitatiōes hominū. Vnde p Hieremiā: Ego dñs scrutans cor,
Psalm. 7 & probans renes. Qui dat vnicuiq; iuxta vias suas. Prauum est cor hominū, & anusch. i. inscru-
tabile, quis cognoscet illud. Et ipse Dauid: Scrutans corda & renes deus, ait: Ipse est, qui nouit
abscondita cordis, & intuet cor. Et si Hali, Aben, Ragel, magnus ille medicus ac astronomus
imperitè pręsumpserit, p erectionē figurę cœli cognoscere cogitatiōes hoīm, frustra tñ ac teme
Gene. 6 rè tētauit. Nam hoc solius dei opus est, neq; de alio quoq; pręterq; de deo legit: neq; ipse nimirꝝ vi
derit multā esse malitiam hominum in terra, & q̄d cuncta cogitatio cordis, esset intenta ad ma-
lum omni tēpore. Sic in Euangelio, cogitantibus scribis circa paralyticum, ait dominus: Quid
Marci. 2 ista cogitatis in cordibus vris? Et ad Symeonem pharisæum intra se dicētem, nec palā loquē-
Lucæ. 7 tem: Hic si esset propheta, sciret vtique, quę & qualis est mulier, quę tangit eū, quia peccatrix est
mox extemporaneo respōso, dñs ait: Symō, habeo tibi aliq̄d dicere. Et murmurātibus pharisęis
ad voca-

A ad vocationem Matthæi publicani, simili modo respondit ad malas & peruersas cogitationes eorꝝ. Itaqꝫ in professo est, solius esse dei, nosse cogitationes hominum. Et fundatum est, quod dominus ait: Nihil opertum, quod non reueletur, & nihil occultum, quod non sciatur. Ipse est solus, ad quẽ vere Dauid orat: Ab occultis meis mũda me, & ab alienis parce seruo tuo. Ipse est q videt oĩa. Vnde quando scriptura de vidente verbum facit, aut deum, aut dei prophetam insinuat, quippe deus ipse est, qui vidit Adam in paradiso, etiam si se absconderit à facie eius. Ipse est, qui vidit Agar eiectam cum Ismaele filio suo plorantem. Ipse est, qui vidit Moysen in deserto ad montem Oreb. Ipse est, qui vidit Danielem in loco leonum esurientem. Ipse est, qui per visiones facit videre prophetas, & loquitur eis. Hinc visio Esaiæ prophetæ, & visiones prophetarum aliorum. Quod si quis dixerit hunc non videre secus, quàm si videat homo, quippe de cœlo descenderit, vt videret ac intelligeret, num de Sodomitis ita se res haberet, quemadmodum clamor venisset in cœlum. Sed & hic errare non oportet, Quippe propterea venit ac descendit non quasi eum lateret, & quanta mala perpetraret Sodoma, sed vt eam ad pœnitentiam reuocaret, daret quoqꝫ exemplum se velle condonare si pœniterent, aut si inuenti fuerint iusti decem. Et vt nemo vel puniret, vel etiam alium quemcunque damnaret, nisi comperta veritate rei, & ad plenum vsqꝫ discussa, idcirco descendisse legitur. Id quod & contra Nemroth fecisse dominum, simili modo scriptura attestatur. Quod si quis interrogauerit, vbi cogitationum sedes sit, ecce in promptu est ad hanc interrogationem respondisse dominum: De corde exeunt cogitationes malæ, eapropter omni cura, ac studio seruandum & custodiendum esse cor, consuluit ac prȩcepit Salomon. Cæterum quod nouerit corda dominus, multiplici scripturarum loco

B notissimũ est. Orant enim Apostoli ad Matthiæ electionem, & dicunt: Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum. Porro ad ipsos discipulos post resurrectionem ait: Vt quid cogitationes ascendunt in corda vestra? id quod vel ab initio mundi, cœpit monstrare deus ipse ad Cain vehementer iratum, ac mala cogitantem aduersus Abel, dicens: Quare iratus es? Et cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies? sin autem male statim in foribus peccatum tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Sciebat enim Cain aduersus Abelum, in corde cogitare malum ac prauum, nec habere cor mũdum. Nouerat enim abscondita cordis eius. Et hæc omnia reuelabit in die nouissimo, quum nihil apud hunc absconditum sit. Quod Hieremias expressit hisce verbis: Ecce tu fecisti cœlum & terram, in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento. Nihil enim apud te absconditum est, etiã si quis verbũ non loquat, adhuc gemitus eius nõ est absconditus. Ob id eleemosynarius (quẽadmodũ in superiori quodã sermone tractatũ est) si fecerit eleemosynã in abscondito, retributionẽ accipiet ab eo, q videt in abscondito. Eius em̃ oculi, cõtemplant bonos & malos, videtqꝫ oĩa. Et ipse discretor est cogitationũ. Nũ vel muscæ, vel cyniphes Aegyptiorꝝ sint, aut cameli, hoc est vel ptimi, aut secũdi motus. Primi quidẽ quũ in potestate nostra nõ sint, pctm̃ nõ faciũt. Quũ vero cõsensus accedit, pctm̃ fit. Vnde qui viderit mulierẽ, ad cõcupiscendũ eam, iam mœchatus est illam in corde suo. Ecce nõ simpliciter dicit: Qui videt mulierẽ, sed qui viderit ad cõcupiscendũ eã. Scrutator ergo cordiũ, solus est deus, quẽ nulla latet cogitatio. Hunc adores, hũc timeas, hunc venerare, & dabit tibi omne bonum, is qui summe bonus est. Fiat, Fiat.

Psalmo. 18
Gene. 3
Genes. 10
Matthę. 15
Prouer. 4
Actorꝝ. 4
Lucæ. 24
Genes. 4
Psalmo. 43
Eccl. 1
Hiere. 32
Psaml. 37
Matth. 6
2. Paral. 16
Hebr. 4
Exod. 8
Matthę. 5
Sapiæ. 1
Hebrꝝ. 4

C

SERMO XXVIII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̃.

ARGVMENTVM.

De redemptione Christi.



Vnt qui totũ Iobem ad id interpretantur, quod non tam Iob, quàm etiam tres amici prophetauerint aduentum Christi, vtpote, quòd is tanquàm saluator, tanquã redemptor venturus sit. Inter cætera nãqꝫ posteaquàm Iob declarasset omnipotentiam & omniscientiam dei, dicit: Ipse erit saluator meus. Et in alio loco: Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Ex quibus quidem verbis, & his sane paucissimis, tria præclara confessus est. Primum, quòd saluatorem prædicauit. Hoc idem & Esaias prophetat, dicens: Dicite filiæ Syon: Ecce saluator tuus venit. Ecce merces eius cum eo, & opus eius cum illo. Et Zacharię: Eccerex tuus venit tibi iustus & saluator. Ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Propter

Ionæ. 13
Iob. 19
Esa. 62
Zachari. 9
Matthę. 21

hunc sic

Esaiæ.45 Lucæ.2 hunc sic clamauere patres: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Nato illo de cœlo, clamat angelus ad pastores custodientes oues gregis: Ecce ego euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Chri- D

1.Iohan.4. Titum.2 stus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc est, quod in Iohanne pater misit filium suum saluatorē mundi. De hac re Paulus sic ad Titum: Apparuit gratia dei & saluatoris nostri oīnibus hominibus, erudiens nos. Et quem nos latinē saluatorem appellantes, Græci σωτῆρ, & Hebræi Iesua dicunt. Quod quidem nomen est super oīne nomen. Nemo enim hominum, imo neq; angelus

Matth.1 de cœlo saluare nos potuit. Solus ipse Iesus (testante angelo) nomen accepit, vt vocaretur Iesus, quod saluum faceret populum suum à peccatis eorum. Et ob id confidenter sic prædicat Pe-

Actorū.4. trus, stans in conspectu principum Israel: Hic est lapis reprobatus à vobis ędificantibus, hic factus est in caput anguli, & non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datū

Lucæ.19 Romañ.10 1.Timot.1. hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Ipse em̄ filius hominis, venit quærere & saluum facere, quod perierat. Et quicūq; inuocauerit hoc nomen dñi, saluus erit. Venit em̄ pc̄tores saluos facere, ipse est, qui vult omnes homines saluos fieri. Pro hac salute sunt multi quærentes, quid

Hiereſſi.14 Psam̄.9. Iohan.3 Esai.43. nos oporteat facere, vt saluemur. Nulla itaq; res est altior, aut sanctior, quàm nosse saluatorem, qualem cognouit Iob. Et hoc soli competit deo, qui saluator noster est, in tempore tribulationis, de quo sic legitur: Misit deus filiū suum, nō vt iudicet mundū, sed vt saluet mūdus per ipm. Et de quo dictum est: Hic est vere saluator. Nempe de seipso: Ego sum dominus deus tuus sanctus, Israel saluator tuus ait. Cæterum noster ille Iob, non solum saluatorem prædicat, sed & re-

Psalm̄.48 1.Timot.2 Ephesi.1 Hebrę.9 1.Cor.1 demptorem, qualem Psalmista prædicat, dicens: Dominus adiutor meus, & redemptor meus. Et hic est Christus, qui dedit redemptionem semetipsum pro nobis. Et in quo habemus redem- E ptionem per sanguinem eius. Non em̄ per sanguinem hircoꝝ, vituloꝝ, & arietum, introiuit in

Exodi.6 Esa.52 Hiere.26. 29. Dañ.9 Psalm̄.136 Lucæ.1 sancta sanctorum, sed p propriū sanguinem æterna redemptione inuenta. Inde facta est nobis sapientia, iustitia & redemptio. Ipse est ille redemptor qui in brachio excelso, redemit populum Israel captiuum, & vinctum in Aegypto. Ipse est, qui consolatus est populum suum, & redemit Israel. Ipse est, qui post septuaginta annos redemit, ac reduxit populum Israel ex Babylonia, qui alioqui cum ploratu cecinit, dicens: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Syon. Ipse est ille redemptor, qui patres sedentes in tenebris, & in vmbra mortis vinctos redemit, & ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Et adhuc testimo-

Psa.67.77 Psal.118. Psalm.135 Gala.3 Gala.4. Psalm.129 Titum.2 Iob.19 Iob.14. 1.Cor.15 nio Iobis, viuit ille redemptor, qui vita est nostra, qui redemit nos de manu tribulantis, à calumnijs hominum, ab inimicitijs hominū, ab inimicis nostris. Et Christus est, qui redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptura dicit: Maledictus oīnis, qui pēdet in ligno, vt in gētibus benedictio Abrahæ fieret, in Chro Iesu. Et vbi venit plenitudo tpis, misit deus filiū suū ex muliere, factū sub lege, vt eos q̄ sub lege erāt, redimeret, & vt adoptionē filioꝝ reciperemus. Copiosa est itaq; apud eū redēptio, q̄ etiā redemit Israel ex oībus iniqtatibus suis. Venit enim vt nos redimeret ab omni iniquitate. Insuper & postremo loco non solum cognouit saluatorem & redemptorem ille noster Iob, sed & ingenue fatetur se scire, quod de terra surrecturus sit. Resurrectionem itaq; credidit futuram in nouissimo die, quod si quispiam interrogauerit, quomodo Iob dicat: Homo quum dormierit non resurgit. Et hic confidenter exclamat: Scio quòd redēptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Oīnes quidē

F resurgemus (ait Paulus) & ecce tibi rñdeo: Hęc sibi inuicē contraria nō esse, si subiūcta statim in Iobe addat snīa, nā quū diceret: Homo quū dormierit, nō resurget, adiecit, donec atteraī cœlū, nō euigilabit neq; surgit de domo sua. Liquet em̄, q̄a nō resurgit, sed donec atteraī cœlū. Quia nisi mūdi huius finis aduenerit, humanū genus à somno mortis ad vitam nō euigilabit, nō ergo istud insinuat, quod oīni modo nō aliq̄n fit resurrecturus, sed eatenus dormiat homo, quatenus

Matthę.22 Lucæ.20. Marc.12 2.Timo.2 1.Corin.15 cœlū cōteraī. Credidit ergo resurrectionē, & ita credidit, vt sciret eā tandē aliq̄n futurā, quā tñ credere noluerūt Sadducęi. Et quā resurrectionē putauere nōnulli factā. Sed sicut stella à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuoꝝ. Hūc articulū fidei præclarū, etiā Apli posuerūt in symbolo, quē & nos credere oportet. Nā si resurrectio mortuoꝝ nō est, inanis est fides nostra, inanis est prædicatio nostra. Det deus, vt quum audita fuerit vox filij hominis in nouissimo die vt & nos prodeamus de monumentis, in resurrectionem vitæ. Amen.

SERMO XXIX.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̄.

ARGVMENTVM.

De resurrectione Christi & fidelium.

Tantæ



A Antæ excellentiæ est resurrectio mortuorum in nouissimo die, quam credit Iob, vt etiam audeat Apostolus subinferre: Si resurrectio mortuorum non est, inanis est fides nostra, inanis est prædicatio nostra. Ob id de tam excellenti & præstanti articulo fidei nostræ, etiam hoc præsenti sermone nonnulla dicemus. Resurrectio vero nostra pendet omnis à resurrectione Christi. Vnde quando dominus ad Martham ait: Resurget frater tuus, & ipsa dixisset: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Respondit Iesus: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Et, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors iam illi vltra non dominabitur. Quo pacto vero resurrecturi simus, nemo melius edisseruit, q̃ ipse Paulus doctor gentiũ, qui huius rei curam habuit, non mdiocrem, sic eñ ait: Quomodo resurgent mortui? quali autẽ corpore venient? Insipiens tu, quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus, quod futurum est seminas, sed nudum granum, vtpote tritici, aut alicuius cæterorum, Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuiq; seminum proprium corpus. Non enim omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium, & corpora cœlestia, & corpora terrestria, & alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium, alia claritas solis, alia lunæ, & alia claritas stellarum. Stella autem à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione, surgent in incorruptione, Seminatur in ignobilitate, surgent in gloria, Seminatur in infirmitate, surget in virtute, Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam viuentem, sed non prius quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes, Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portabimus & imaginẽ cœlestis. Hoc autem dico fratres, q̃ caro & sanguis regnũ dei possidere non possunt, neq; corruptio incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in momẽto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet eñ tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Thessalonicensibus autem sic scribit: Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habẽt. Si enim credimus q̃ Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hæc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu domini non præueniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu, & in voce archangeli & in tuba descendet de cœlo, & qui in Christo mortui sunt, resurgent primi, deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus, obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Cæterum sunt qui resurrectionem ex naturalibus rebus & illarum transmutatione persuadere nituntur, in exemplum trahentes, q̃ ex ouo pullus fiat, quum sit tamen ille longe dissimilis ab ouo. Sunt qui rugitum & clamorẽ leonis (quo eius catulus suscitatur) inducunt. Sic diuersi diuersa naturæ opera, pro resurrectione mortuorum docuere. Sed diuo Paulo non absre, visum est magis conuenire de semine, quod quum in terram proiñcitur, nudũ granum tritici videlicet, deus dat illi corpus. Didicerat hoc Paulus partim ex ore Christi pronuntiantis: Nisi granum frumẽti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solũ manet. Et re vera, licet quotidie fiat, mirabile tamen est, vt ex vno eodẽq; perpusillo semine crescat radix, culmus, arista, simul & tot semina introclusa suis paleis, quasi quibusdã habitaculis. Et sic ex vno semine sæpiuscule centum aut eo plura prouenisse experimẽto edocemur. Esaias, Daniel, & Iob, hanc resurrectionẽ fututam dudum p̃dicauere. Esaias siquidẽ ait: Resurgent mortui, & suscitabuntur qui in monumẽtis sunt. Daniel aũt: Resurgent qui sunt in puluere terræ, alij quidẽ euigilabunt in vitam æternam, alij aũt in opprobrium & confusionẽ æternam. Iob vero etsi nescierit horam diei nouissimæ (nam tẽpora & momẽta pater sibi retinuit in potestate sua) nouit generatim tamẽ futuram resurrectionẽ mortuorum. Veniente vero domino contra Saducæos, non credẽtes resurrectionẽ carnis, quẽadmodum nec Valentinus nec Manichæus crediderunt, dominus ait: Non legistis quoniam scriptũ est, deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob, deus autẽ non est mortuorum, sed viuorum. Et iterum Matth. 22. & Lucæ 20. In resurrectione mortuoꝝ, neq; nubent, neq; nubẽtur, sed erunt ficut angeli dei. Et deinde in alio loco: Veniet hora, quando mortui audient vocem filij dei, tunc hi qui in monumẽtis sunt, audient vocem filij dei, & qui bona fecerunt, ibunt in resurrectionẽ vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Hæc est illa vox filij dei, quę clamat ad Lazarum quadriduanũ mortuum, iam fœtentem: Lazare, veni foras, & prodit, qui ligatus erat institis. Hæc est illa vox filij dei, quæ puellæ dicit: Puella surge, & surrexit puella. Hæc est illa vox, q̃ ad filiũ viduæ clamat: Adolescẽs tibi dico surge, & surrexit. Licet eñ antea sub Helia & Helisæo prophetis fuerint suscitati mortui, & ad Helisæi ossa (qñ mortuũ corpus apponeret) mortuus surrexerit, tñ nulla tã efficax resurrectio

1. Corint. 15

Iohan. 11.

Roma. 6

1. Corint. 15

1. Thess. 4

Iohan. 12

Esaiæ. 26
Daniel. 12

Act. 1.

Iohan. 5

Iohan. 11
Lucæ. 8
Lucę. 7.

4. Reg. 13

ctio fuit, q̃ in filio hominis. Sicut em̃ Ionas fuit in ventre ceti, tribus diebus & tribus noctibus, ita D
Matthę. 12 Christus tertia die resurrexit à mortuis, & multa corpora sanctorũ prodierunt ex monumen-
Matth. 27 tis, & in Hierusalem apparuere multis. Christus itaq; primitiæ dormientium, suscitabit & nos in
1. Cor. 15 nouissimo die. Absit itaq; procul à catholicis omnibus, dubitare de futura resurrectione, de qua
Esaias, Daniel, Iob, Christus, Paulus, atq; alĳ, tam certa ac fidelia dedere testimonia. Nã si mor-
Ibidem tui non resurgent, inanis est fides nostra, inanis est prædicatio nostra, falsi testes dei sumus, mi-
serabiliores sumus omnibus hominibus. Quid aũt sibi voluerit dominus, hoc proferre testimo-
Exodi. 3 nium, quod pro resurrectione citat esse dictum: Deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, vide
Matth. 22 tur ambiguum, vel non satis ad resurrectionis pertinere veritatem. Vbi ait, Ego sum deus Abra
ham, & deus Isaac, & deus Iacob, & quasi hoc prolato, probauerit quod volebat, statim q̃ intu-
lerit, Non est deus mortuorũ, sed viuentium, Cuius rei turbæ quoq; circunstantes mysteriũ co-
gnoscentes, admiratæ sunt de doctrina & responsis illius. Sed constat, Sadducæos nec angelum
nec spiritũ nec resurrectionẽ corporũ confitentes, animarũ quoq; interitum prædicasse. Hi quo-
q; tantum libros Moysi recipiebant, prophetarũ vaticinia respuentes. Stultũ ergo erat, inde pro
ferre testimonia, cuius authoritatẽ non sequebantur. Porro ad æternitatẽ animarũ probandam,
de Moyse ponit exemplum: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Statim q̃ in
fert, Non est mortuorũ deus, sed viuentium. Vt quũ probauerit animas permanere post mor-
tem. Neq; em̃ poterat fieri, vt eorũ esset deus, qui nequaquã subsisterent, consequenter introdu-
ceretur, & corporũ resurrectio, quæ cũ animabus bona malave gesserunt. Det itaq; dñs & salua
tor noster, vt nos omnes in nouissimo die resurgamus, induti fulgida veste nuptiali, & cõregne- E
mus Christo, ac gaudeamus in æternũ & vltra. Fiat, fiat.

SERMO XXX.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̃.

ARGVMENTVM.

De breuitate vitæ humanæ.



Iob. 19

XactAm hebdomadam fere totam quotidianis prædicationibus hac cogitatione consumpsimus, vt manifestũ fieret ac apertum omnibus, quid de dei omnipotẽtia, quidve de illius omniscientia cognouerit ac prædicarit Iob, in mediis doloribus, angustijs, afflictionibusq;. Sic q̃ deo duce, tandẽ venimus ad id, q̃ tria se scire ac agnoscere dixit: Saluatorem quidẽ, redemptorem, & q̃ de terra surrecturus esset in nouissimo die, q̃ q̃ pelle propria circundatus esset, quæ omnia non sine F
spiritu dei agnita, & quasi per spiritum prophetiæ dicta fuere. Restat nunc, vt ab æternis, diuinis, & his quæ supra nos sunt, ad huius vitæ transitoria trãseamus. Nec argumentũ aptius seu commodius se no-
bis offert, q̃ illud quod omnium nationũ sapientiores valde solicite anxĳ fuerint, vt saltem ali-
qua ex parte describerent vitam hominis. Meminit item eius rei Ouidius Naso, hoc præter cæ
tera carmine disticho.

Nec quæ præterĳt cursu reuocabitur vnda,
Nec quæ præterĳt hora redire potest.

Et paulo post.

Vtendum est ætate cito pede labitur ætas,
Nec bona tam sequitur q̃ bona prima fuit.

Exodi. 3 Hæc etsi dicta sint ab Ethnico homine, pulchra tamen & sancta res est, ab Aegyptijs gentilib⁹ & idololatris tanquã iniustis possessoribus auferre aurũ & argentum, ac vasa quæq; pretiosiora, quod ex permissione ac imperio domini fecere Israelitæ. Sic em̃ ad Moysen pro exitu Israelis ab Aegypto dñs ait: Quum egrediemini, non exibitis vacui, sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua vasa aurea ac argẽtea, & vestes, ponetis eos super filios ac filias vestras & spo liabitis Aegyptum, id quod etiam Israelitæ fecerunt, per quod intelligi mystice datur, si quando secretiora mysteria etiam bene ac prudenter dicta sint apud gentiles, vt etiam illa nobis accom modare possimus, ita vt meliora carpamus & legamus, quasi e spinis rosas, id quod etiam Paulum ex Epimenide ac Menandro, cæteris q̃ fecisse prophanis notissimũ est, qui integros ac me

dios

A dios versus ex illis mutuare non formidauit. Quod si sapientum Ethnicorꝫ testimonia, cum aliqua materia locũ habent, iudicio meo, dum de vita mortalium agitur, nihil proprius, nihilq; aptius & cõmodius arbitror eẽ dictum, q̃ quod de illa sentire nõ modo philosophi, sed & poetæ præstantiores. Inter cęteros vero Aethnicos Marcus Ter. Varro non inscite putauit hominem esse bullam, eo magis & senem. Nonnulli vnum diem, alij tẽporis punctum. Pindarus itẽ vmbræ somniũ. Aeschylus apud Stobeum vmbram. Et vt verbo complectar, diuersi diuersa enũtiatione breuitatem vitæ definierunt. Inter Hebræos vero omnium sapiẽtissimus Salomon, vanitatem vanitatum eẽ credidit. Inter apostolos quoq; Iacobus adiudicauit vitam hominis esse vaporem ad modicũ apparentem. Sed quantũ mea fert opinio, nemo est, qui sanctius ac religiosius, etiã in medijs doloribus, q̃ Iob ille noster depinxisse videatur lubricam illam fragilitatẽ vitæ huius terrenæ. Repetitis em̃ vicibus clamat: Militiam esse vitam hominis super terram, ita vt sint hominis sicut mercenarij dies. Cæterꝫ inquit, homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nũquam in eodem statu permanet. Breues dies hominis sunt. Et iterꝫ Eliphæ respondens, ait: Spiritus meus attenuabitur, dies mei abbreuiabuntur, solum mihi supereſt sepulchrum. Et iterum: Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt & non viderunt bonum, pertranſierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam. Ex quibus quidem verbis, non atramento, sed literis aureis excribendis cognoscere dedit speculum patientiæ ille Iob, breues esse dies hominis, & quod homo de muliere natus breui viuat tẽpore. Nemo est itaq;, q iusta occasione du-

B bitare possit, quàm vere hoc dixerit vir ille sanctus ac maximus philosophus (veram em̃ sapiẽtiam amauit) recte ergo philosophi nomen habet. Si em̃ nostra tempora contuleris ad ea, quæ mox à principio conditi orbis fuere, deprehendes exiguũ ac perbreue eẽ vitæ nostræ. Quum em̃ hominibus eẽt replenda terra, Adam vixit annos noningentos triginta. Seth noningentos duodecim. Enoch vixit noningentos quinq;. Chainan noningentos decem. Malaleel octingẽtos annos, & nonagintaquinq;. Iared vixit noningentos sexagintaduos annos. Lamech septingentos, septuagintaseptem. Ipse vero Mathusalem, ætate sua oñes excelluit. Vixit em̃ noningentos sexagintanouem annos, nec millesimũ annũ attigit. Et oñes hi vixerunt ante diluuium, quod sub Noe venit, cuius ætas nongentorꝫ quinq; annorꝫ extitisse legitur, & mortuus est. Nostram & sub seculo nostro vitã, si tã longæuis hominibus cõparaueris, tum velis nolis fatebere breues eẽ dies nostros. Etsi post diluuium inuenti sint viri ac mulieres, qui cẽtum & viginti annos superauerint. Inter quos primus erat Noe, qui vixit post diluuiũ centum quinquaginta annis. Et Iob ille noster, etiam post tot ærumnas exanclatas & angustias perpessas, centũ & quadraginta annis vixit, viditq; filios suos, & filios filiorꝫ suorꝫ, vsq; ad quartã generationẽ, nihilominus ipse testatus est, breues dies hominis eẽ. Dauid aũt multo post tẽpore veniens ac viuẽs, inter cætera dicit: Dies annorꝫ nostrorꝫ, in ipsis septuaginta anni, si autẽ in potentatibus octoginta anni, amplius eorꝫ labor & dolor. Insuper ad hæc sapiens ille filius Syrach: Numerus dierum (inquit) vt multũ centũ anni, quasi gutta aquæ maris deputati sunt. Et sicut calculus arenę sic exigui anni in die æui. Declaratur hoc loco breue tẽpus, breues annos, breues dies eẽ, si æternitati conferas. Mille em̃ anni ante oculos tuos, tanq̃ dies hesterna, quæ præterijt. Et custodia

C in nocte, quæ pro nihilo habetur, eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret & arescat. Huc quadrat sentẽtia Esaiæ, quando sic inter reliqua dicit: Omnis caro fœnũ, & oñis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnũ, & cecidit flos. Vides itaq;, quando Iob ille noster paucitatẽ dierꝫ suorum breues esse dixit, vt etiã pleriq; alij similia & consonantia testimonia in mediũ attulerint? At nunc demũ testamenti noui scripturas, ac diuina oracula penitius introspiciamus, & inueniemus non pauca, quæ ad rem instituta faciunt. Quippe Paulus ille noster, breue tẽpus eẽ nostrum affirmat, quodq; etiam breue ac plusquàm momentaneum dici mereatur, tempus quidẽ tribulationis nostræ. Petrus ea de re simul verba faciẽs, ad dispersos in gẽtibus, ita scribit: Vnus dies apud dominũ, sicut mille anni, & mille anni, sicut dies vnus. Et hoc est, quod toties de diebus æternitatis, de tẽporibus seculorum, de seculis seculorꝫ scriptura dicit, & quotidie circa finem psalmorꝫ canit ecclesia, in & p omnia secula seculorum. Hoc est illud Selah Hebræũ, quod tot difficultates scripturã interpretantibus fecit. Dominus em̃ regnum habet, cuius finis non est. Et quẽadmodum cecinere hi, q rubrum mare transierunt: Dominus regnabit in æternum & vltra. Non vt vltra æternitatis tẽpus aliquid sit, sed vt ineffabilitas æterni temporis pronuntietur. Idcirco dictum est, dominum regnaturum in æternũ & vltra. Quod si æterno ęuo comparaueris vitam hominum, etiam eorum omnium, quorum annos ante diluuium declarauimus, respectu æui nihil est, perinde q̃q; res est, quasi præsumas guttam aquæ toti mari comparare. Breues itaq; dies hominis sunt. Id quod etiam Ezechias ille rex Iuda, & Hierusalẽ in dimidio dierum suorum sese cognouit. Qui quum ex Dauide didicisset, annos hominis esse in gemitibus, ac recte comparari araneæ. Vere dicere potuit, etiam post inducias & prolongationẽ vitæ. Ad quindecim annos pręcisa est vita mea, ve-

Iob. 7
Iob. 14.
Iob. 17.
Iob. 9
Gene. 5.
Gene. 9.
Iob. vlt.
Psalm. 89
Eccl. 18
Psalm. 89
Esa. 40.
Ionæ. 19
1. Corꝫ. 7.
2. Pet. 3.
Selah.
Exod. 15
Ezech. 38.

mea,veluti à texente tela succiditur.Hæc etsi dixerit in amaritudine animæ suæ,verissima tamẽ D
hæc sunt,quæ in medijs gemitibus clamauit.Declarat enim esse verum,quod in Poeta legitur,
de tribus parcis figmentum non vsq; adeo ineptum,quando omnes fere etiam in hoc consen-
tiunt,quod Clotho colum baiulet,Lachesis trahat,Atropos autem abrumpat. Quod si te ad
saluatoris nostri dicta,prædicationesq; ac pia monita conuerteris,inuenies neminem absolutius
ac perfectius loquutũ esse de vita hominis.Quid enim aliud voluit hæc de diuite parabola,q̃ post
lætas segetes,vberes agros,& messem copiosissimã,voluit ædificare ac reparare horrea.Et au-
Luc.12 diuit horribile dictũ:Stulte,hac nocte repetent animã tuam à te,& quæ cõgregasti,cuius erũt?
Non dixit ipse dominus,post multos & longos annos, post canos tuos repetent animã tuam
à te.Sed stulte,hac nocte repetẽt animam à te,adijciens,& quæ congregasti,cuius erunt? Non
equidem abs re censetur toties præcepisse dominũ:Vigilate.Id quod etsi aliquoties duntaxat in
præsentia discipulorũ dixerit,tamen non solum dixit illud apostolis,sed & reliquis atq; adeo no
Marci.14 bis omnibus.Ita enim ait:Quod vobis dico,vigilate,omnibus dico,vigilate.Nescitis enim quãdo
Luc.12. tempus veniet,quando filius hominis sit venturus,quando hora veniet. Quod si paterfamilias
sciret,qua hora fur veniret,vigilaret vtiq;,nec pateretur perfodi domum suam . Recte ergo ac
sanctissime toties Iob ille noster ad suos amicos tres, certe calumniatores ac onerosos consola-
tores repetit, breues esse dies hominis,& q̃ dies eius breuiati sint,etiam hominẽ de muliere na- E
tum,breui viuere tẽpore.Det nobis dominus deus,cuius regni non erit finis, vt & cum illo vi-
uamus,per infinita secula seculorum,Amen.

SERMO XXXI.

Si bona suscepimus de manu domini,mala autem cur non sustineamus? &c.Iob.ij.

ARGVMENTVM.

De varijs tribulationibus sancti Iobis.

Iob.14. 
On satis est Iobi nostro,dixisse hominem de muliere natum,breui vi-
uere tempore,etiam hoc adiecit, quod repleretur ille multis miserijs,
id quod alterum apud Hebræos hominis nomẽ indicat.Nã etsi apud
Hebræos primus homo dicatur Adam,ab eo vero nomẽ accepit,q̃d
Adam terra subruffa sit.Nam in agro Damasceno formatus est Adã
ex terra subruffa,sed alio nomine vocat homo, Enosch.Sic ipse Iob,
quũ diceret esse vitam hominis in terra militiam,vtitur hac dictione,
Enosch,quæ quidẽ significat afflictum,tribulatum,infirmatum,quod
ille inter continuas tribulationes,& necessitates versetur, quarum om
nium specimen & exẽplum Iob ille noster portauit.Iob enim signifi- F
cat valde dolentẽ & infirmatum.Vix enim vnum aut alterũ inuenies per totam scripturam , cui
tot ac tanta mala,ac tales aduersitates contigerint. Quippe non satis erat hũc perdidisse boues
asinas,oues,camelos,filios & filias,quin vltra hæc omnia quantumuis calamitosa,percussus est
Iob. 2 vlcere pessimo,non quidem ab vna parte corporis,aut altera,vt apostemate seu pleuryfi labo-
rasse eum in latere diceres,sed à planta pedis vsq; ad verticẽ capitis eius,ita vt saniem testa ab-
radere propris manibus coactus sit.Hæc quantũ ex verbis eius coniecturare licet,duntaxat ab
Iob.7 extrema parte corporis afflictus est.Imo etiam Sinanchi(quam nos squinantiam vocamus)la
Iob. 9. borauit,id enim ex eo manifestius fit,quod nõ potuit glutire saliuam propriã.Proculdubio q̃d
præ tumore faucium,halitus intercluſus eẽt. Cæterũ non desunt, qui putẽt eum fuisse Asmati-
cum.Dicit enim sibi non concedi requiescere spiritum eius(præ nimio dolore cum festinato suſ-
pirio repetitos,& quasi conscios flatus de pulmone emittebat)Sic ergo Satan,quãtum in eo fue
rat,Iobem hunc nostrũ etiã ab interiori strangulare ac perdere cœpit,fecisset q; proculdubio iu
xta consuetudinẽ eius.Sed prohibitus à domino,nõ potuit tangere animã,hoc est vitam illius.
In his maximis tribulatiõibus vxorẽ,seruos,vicinos,notos & amicos,aduersarios habuit.Vxor
Iob. 2. enim consuluit,vt malediceret dño & moreretur.Vnde de ipsa sic loquitur:Halitum meum ex-
Iob.19. horruit vxor mea.De fratribus,propinquis,vicinis,& inquilinis sic ait:Fratres meos longe fecit
à me,& noti mei,quasi alieni recesserunt à me.Dereliquerunt me propinqui mei,& qui nouerãt
me,obliti sunt mei.Inquilini domus meæ,& ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me,& quasi
peregrinus fui in oculis eorũ.Seruum meum vocaui,& non respondit, ore proprio deprecabar
illum.Stulti despiciebant me,& quum ab eis recessissem, detrahebant mihi.Abominati sunt me

quondã

A quondã confiliarij mei,& quẽ maxime diligebam, aduerſatus eſt mihi. Etiã inter cætera adiecit: Orabam filios vteri mei, ſiue vt alij poſuere, inuocabã blandiens filios vteri mei. Sed ne forte impingas in lapidẽ, ſi filij ſui perierãt in ruina domus, quomodo potuit eos inuocare, vt ſubueniret, vt aſſiſteret, vt cõſolarentur. At hic noli errare. Cõſuetudinis em̃ eſt ſcripturæ ſanctæ, vt in ea filij appellentur, etiã nepotes,& pronepotes,& illi qui ſunt de longiori ſerie nati, vt Iair, Iudith. 10
qui eſt vnus de illis quatuordecim, poſt Ioſue iudicibus. Et quum eũ legamus in Numeris eſſe filium Manaſſe, in Geneſi vero, vbi Generatio Iacob numerat, ſiue in Paralipomenis illa deſcribitur, ecce ſic legitur: Ioſeph genuit Manaſſen. Manaſſes vero Machir. Porro Machir Galaad Et Galaad Eſron. Eſron aũt Segor. Et Segor Iair. Sicut ecõtrario, aui,& proaui, attauiq; patres dicuntur. Attẽdamus hoc etiã familiare eẽ in ſcripturis diuinis, vt etiã remotioris gradus nepotes, ac in linea deſcendẽti venientes, filij dicant. Sic & ipſe dñs Ieſus, qui dicitur filius Dauid, etiã filius Abrahæ dictus eſt. Proin, qm̃ filios vteri ſui dixit ad ſe, quaſi ad fontem & originẽ poſteritatis ſuæ reſpexit. Sicut & deus ad Dauid ait: Quũ filij ſui ex Maria virgine futurã, annũtiaret, Numer. 1. Pſal. 131.
dicens: De fructu ventris tui ponã ſuper ſedẽ tuam. Potuit & illos ventris ſui filios dicere, quos ſapientiæ ſuæ doctrina, tanq; ſemine de vtero cordis ſui formauerat, habens in ſe p gratiã dei,
formã ſcientiæ,& diſciplinã naturalis legis in veritate. Sicut & ipſe de eiſdẽ ait: Super ipſos ſtil Iob. 29.
labat eloquium meũ,& expectabant me, ſicut pluuiam,& os ſuum aperiebãt, quaſi ad imbrem ſerotinum. Et hi ergo filij, ſiue diſcipuli facti ſunt inimici, quos orabã vtiq;, ſiue blandiẽs deprecabar, vt mihi eos gratos & placabiles facerẽ. Quis ergo nõ videt in tot ac tantis neceſſitatib⁹,
B anguſtijs & afflictionibu, Iobem nõ veriſſime dictũ eẽ Iobem. i. dolentem. Qui & inter cætera Iob. 19.
dicit: Pelli meæ cõſumptis carnibus adhæſit os meũ,& derelicta ſunt tantum labia circa dentes meos. Porro, tres amici valde quantũ in eis erat pturbauere animũ eius. Fuerũt illi quidẽ de genere Eſau, quorum vnus ille Eliphas naſcitur de Ada vxore eiuſdem Eſau,& regnauit in Theman, vnde & dictus eſt Themanites. Alius dictus eſt Baldath. Tertius vero Sophor, qui licet ad Iob. 2.
cõſolandũ veniſſent, onerоſi tamen & verboſi conſolatores, ipſi Iobi plus moleſtiæ, q̃ leuaminis attulerũt. Innocẽti ſiquidem Iobi calumnioſe & mẽdaciter multa impingebãt. Vnde illos onerоſos cõſolatores vocat, verboſos deniq; & fabricatores mendaciorũ. Adſcribebãt em̃ Iobi noſtro ſcelera nõnulla ac pctã, ſed falſo, de qbus nunq̃ ipſe cogitauerat, minus hęc perpetrauerat.
Et ſicut Iob figura fuit Chriſti ac dñicæ paſſionis, ita etiã tres amici, figura fuerũt, ac ſunt hæreticorũ in eccleſia dei. Sicut em̃ ex noïe & multis verbis amici Iobis, priuilegium ſanctitatis vſurpant ac prætexunt, ita hæretici adulterãtes,& cauponãtes verbũ dei, falſa veris miſcent, vertẽtes 2. Cor. 4. Eſaiæ. 1.
argentũ in ſcoriam,& vinũ in aquã. Dicitur ex noïe primus Iobis amicus Eliphas. i. dei mei aurum. Sic & hæretici, hoc pretioſiori metallo gloriantur, quaſi doctrinæ illorũ, ac dogmata ex aurea pluuia Iouis deciderit. Et putãt eſſe aurũ, & auro præſtãtius, quicqd illi loquantur. Secundus amicus erat ille Baldath, qui interpretat vetuſtas, vel antiquitas, ita lactatores hæretici, ab eccleſia recedentes, plerũq; gloriant, ſe nihil aliud ſentire, vel docere, q̃ quod primitiua docuerit eccleſia. Et tamen interim ea, quæ in ſacramẽtis,& ſacramẽtarijs rebus, p manus apoſtolorũ & mar
C tyrum, certa traditione ad nos venerũt, inſultant id facientes, quod fecit ipſe Baldath. Cæterum tertius amicus erat Sophor, vera figura hæreticorũ. Sophor em̃ ſpeculator eſt vel buccina, ſic & cõtinuo hæretici gloriant ſeſe ſpeculatores, tubas & buccinas eẽ veri Euangelij. Et quũ illi nihil ſint, nihilq; ſapiant, perſuadent tamẽ ſibi, ſe eſſe omnia,& ſup oms̃,& ſe ſolos ſapere, ſuntq; ſapientes in oculis proprijs,& gloriãtur propria laude, quẽadmodum (prohdolor) infiniti proxi pemodum hæretici noſtrorũ temporũ quotidie faciũt, quãdo ex Euangelio male intellecto, novas & iam dudum dãnatas hæreſes ſtruunt. Et quẽadmodum amici tres pleraq; veta miſcuere falſis, ita vt etiã nonnullæ prophetiæ de illorũ ore pronuntiatæ ſint. Ita & hæretici nõnulla vera & Euangelica miſcẽt, nõ intelligentes, quod eloquia dñi debeant eſſe caſta, non ex parte, ſed vndiq; ignita & igne purgata, purgata quidẽ inſtar argenti ſeptuplũ, & quod poſteriora dorſi Pſalm. 11.
eius debeãt eſſe in pallore auri. Audi partẽ calumniarũ & mendaciorũ, quibus oneratur, & grauatus eſt à tribus amicis ſuis Iob, ita vt melius hæreticos agnoſcere poſſis,& ab eis tanq̃ ſerpẽ- Iob. 1.
tibus & ſcorpionibus cauere tibi. Habebat ille Iob ex teſtimonio dñi hanc laudẽ, q̃d eẽt vir ille ſimplex, rectus, ac timens deũ, recedens à malo, ſeruus domini, innocens,& quod non eſſet ei bonitate ſimilis in terra. Hoc dñs etiam altera vice teſtatus eſt. Sed amici Iobis non contenti teſtimonio domini, traduxere Iobem,& in faciem exprobrati ſunt illi, quod ob peccata ſua pateret tanta mala. Et ipſe Sophar Naamathites cœpit à conuitijs, peruertitq; verba Iobis. Quãdo em̃ Iob. 11.
Iob dixit, ſe nihil feciſſe impie, infert ille Iobem dixiſſe, ſe iuſtum eẽ. Eliphas autẽ, hunc fine timore dei vixiſſe dixit,& exprobrauerunt illi, quaſi rapuiſſet & prædaſſet aliena,& quod vim viduis feciſſet ac intuliſſet iniurias. Quũ vero ſe Iob inſontem ſciret, malũ, quod nõ perpetrauerat, excuſſit à ſe. Eliphas em̃ dixit ad Iob: Abſtuliſti pignus fratrũ tuorũ ſine cauſa, nudos ſpoliaſti Iob. 22.
veſtibus, eſurienti ſubtraxiſti panem, viduas dimiſiſti vacuas, lacertos pupillorũ cõminuiſti. Ab his tamen innocẽs erat Iob. Quid quod ei obijcit hoc, quaſi dixiſſet, omnia non noſſe deũ. Quũ

tamen eidem in mẽtem nunq̃ venerit,hæc & his similia dicere vel perpetrare. Sed ecce in hac disputatione,hoc cõmune fuit Iobi nostro,vt licet apertis mendacijs, fuerit diuexatus ab amicis. Semper tamẽ & in omni responso cauet,ne incipiat aspere loqui,sed patienter. Et in primis vicesimosexto capite,quando agebatur de iniuria illata deo, tum sermonẽ cœpit asperius. Baldath em̃ Suites,nõnulla dixerat cõtra deum, & propterea iusta indignatione commotus Iob,nõnulla dicit seuerius. Vnde docemur,quod ob iniuriam & blasphemiam illatã deo iuste aliquando commoueri possumus. Ipse vero Iob,quum nõ esset sibi conscius tantorũ scelerum,constanter diffitebatur & negabat. Cæterum quando nonnulla dixere ,quæ visa sunt illi dicta mendaciter & confícta,& dicta calumnioſe, etiam aduersus deum,ac diuinam maiestatẽ conniuere noluit,ne taciturnitate sua videretur approbare confícta,mendaciter & impie dicta. Et hæc videtur esse tota contentio trium amicorum & Iobis. Vnde nõ aliud discere habemus, quàm si quæ dicta fuerint,ac inaudita,quæ à vero discrepãt,ac deũ tangunt,vt veritati testimonium perhibeamus,ne tacendo consentire videamur,id quod in passione dominica factum eẽ à domino saluatore nostro legimus,qui coram præside,coram pontifice, & coram concilio tacuit,vsquequo de honore dei ageretur,& postularet ipsa rei necessitas. Habetis itaq̃,q̃s & quales figurarint amici tres,ad quorum iniurias,sese patiẽtissimum ostendit ipse Iob,vt ab eius exemplo,& ipsi patientiam addiscamus. Fiat fiat.

SERMO XXXII.

Si bona suscepimus de manu domini,mala autem cur non sustineamus? &c̃.

ARGVMENTVM.

De mendacio diaboli filio.



Iob. 1. Iob. 6. Iob. 21 Psalm̃. 68. Iob. 13.

Væ & qualia falso impinxerint Iobi nostro amici tres,partim proximo ad vos habito sermone didiciſtis. Iob aũt,qui labijs nõ peccauit, neq; stultũ quid contra deũ loquutus est, quin potius rectum, taxat illos de mendacio,quum esset ille veritatis amator. Vnde ad eos inqt: Quare detraxistis sermonibus veritatis. Et in alio loco: Quomodo cõsolamini me frustra,quũ responsio vestra ostensa sit repugnare veritati. Propter quod eos mendaciorũ fabricatores appellat: Zelus enim domus dei comedit eum. Vnde subiungit: Nunquid deus indiget vestro mẽdacio,vt pro illo loquamini dolos. Odiuit itaq; Iob om̃e mẽ F dacium,veritatem autẽ magnopere laudauit, & ad astra vsq; extulit, vt & nos ipsi veritatem sectemur,simusq; veraces,omne cauentes mendacium. Pretiosa quidẽ res,veritas est. Quippe si Euangelio Nicodemi crediderimus,ad Pilati interrogationẽ,qua interrogatum est: Quid eẽt veritas? Respondit dominus: Veritatem nõ inueniri in terra,sed hanc habere sedem in cœlo. Quid quod ipse dñs veritas est. Sic em̃ de seipso dicit: Ego sum via,veritas & vita. Deinde: Omnis sermo eius veritas est. De qua Dauid in psalmis: Principium verborum tuorũ veritas. Hæc est illa veritas,quæ manet in æternũ. Quemadmodum verbum & cõsilium domini,legũtur in æternũ manere. Vnde omnium hæreticorũ dogmata,quum instabilia sint,instar arundinis vento agitatæ,peruersa sunt ac sine fide,id quod nostrorũ temporũ hæretici,quorũ figura fuere tres amici Iob,plenissime probãt. Quippe instar Athenienſium,rerũ nouarũ cupidi sunt,semper noua & cõtradictoria sibi depromẽtes,cõtra doctrinã apostoli gloriantis,suum sermonẽ apud Corinthios non fuisse,est & non,sed est est,non non. Quàm fortis autem res ipsa sit veritas,indicat & docet historia Darij regis Persarũ, qui mane surgens,trium pueroꝝ scripturã inuenit,quorũ primus & vnus scripsit: Vinum eẽ forte, quod hoc præualeret omnibus hominibus,eo quod seduceret mentem ,quòd regum orphanorum'q; mentẽ vanam faceret , quòd omnium aduersitatum ac infortunij obliuionem induceret. Secundus vero fortitudinem regis cuncta præcellere,quod dominaretur multis,quod qui victi essent,afferant regi spolia. Cæterũ,tertius longo sermone tradidit,mulierẽ sua fortitudine excellere cunctos. Quartus autem,quia tres scripserant,forte eẽ vinum,fortem esse regem,fortem esse mulierẽ, is tandẽ adiecit,super omnia vincere veritatẽ. Idcirco iudicatus est,esse sapientior omnibus,eo quod veritas maneret,& inualesceret in æternũ. Nec esset apud eam acceptio personarũ,sed quod ea faceret omnibus quæ iusta sunt. Nec in eius iudicio iniquum est,sed fortitudo,& regnum,& potestas,& maiestas in secula seculorũ. Vnde Salomon: Labium veritatis firmum,& propterea de

Iohan. 14. Iohan. 17. Psal. 118. Psalm̃. 116. Esaiæ. 40 Actorũ 17. 2. Corũ. 1. 3. Esdræ. 3. 3. Esd. 3. 4 Prouer. 14

impijs

A impijs & malignis atq; dolosis, Dauid ait: Nõ est in ore eorũ veritas, cor eorũ vanum est, sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebant. De se vero sic rogat: Ne auferas de ore meo verbũ veritatis. Talis etiã erat Tobias, q viam veritatis nõ deseruit. Talis debet eẽ põ tifex, in cuius rationali necesse est, vt appareat iudicij doctrina ac veritas. Tales debent eẽ iudices, & qui in magistratibus sunt, iuxta cõsilium Ietro soceri Moysi, q cõsuluit, vt Moyses prouideret sibi de omni plebe viros, in quibus eẽt veritas. Et ad Christianũ maxime pertinet, semper sequi veritatem. Nempe per Moysen lex data est. Gratia vero & veritas, per Iesum Christum. Et iste verax erat, viãq; dei in veritate docuit, vidimusq; gloriã eius, quasi vnigeniti à patre, plenũ gratia & veritate. Vnde ipse est lux vera, q̃ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mundũ. Ipse est vitis vera, ipse est vere saluator, vere propheta. Illius caro vere est cibus, & sanguis eius vere est potus. Mendaces aũt, quantũ ipse detestatus sit, sermo ad Iudæos in Iohanne indicat: Ad scribas eñ & pharisæos verba faciẽs, inquit: Si veritatẽ dico vobis, quare nõ creditis. Et quũ obiecissent illi, q̃d Samaritanus eẽt, & dæmoniũ haberet. Respõdit: Est pater meus, q glorificat me, & nõ cognouistis eũ, ego aũt cognoui eũ. Et si dixero, quia non scio eũ, ero vobis similis mẽdax. Vnde vero mendaciũ aliquãdo cœperit habere principiũ, idẽ docuit dñs & saluator noster, dicẽs: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate nõ stetit, quia nõ est veritas in eo. Quũ loquit mẽdaciũ, ex propijs loquit, quia mẽdax est & pater eius. Ab initio vero sic deprehendit esse mendax. Serpens eñ ille diabolus, callidior erat cũctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus deus, qui dixit ad

B mulierem: Cur præcepit vobis deus, vt nõ comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorũ, quæ sunt in paradiso, vescimur. De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis deus ne comederemus, & ne tãgeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem, nequaq̃ morte moriemini. Scit eñ deus, q̃ in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dñ, scientes bonum & malum. Vides hic quomodo pater mendaciorum, suo figmento seduxerit Euam. Et ita quoties deprehenderis lo qui diabolum, semper mendacia miscet. Sic promittit in monte excelso etiam saluatori: Si procidens adorauerit eum, se velle dare regna mundi, quũ tamen ille dare promissa, ac eisdẽ satisfacere minime posset. Sic de Iobe Satan, quũ verbũ faceret, mentitur continuo. Sicut ergo veritas ex deo est. Imo ipsa veritas Christus est, sic omne mendaciũ ex patre diabolo est. Veritas itaq; imitanda est, mendacium vero vitandum. Fiat fiat.

Psal. 5
Psal. 118
Tobiæ. 5
Exod. 18
Iohan. 1
Iohan. 14
Iohan. 4.
Iohan. 6.
Iohan. 8.
Gene. 3.
Matthæ. 4

SERMO XXXIII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c. Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De falso testimonio.

C 

Vantæ excellentiæ sit veritas hesterno sermone tractatũ est ab exemplo veracissimi & omniũ patiẽtissimi nostri Iobis. Quũ aũt vero falsum, & veritati mendaciũ oppositа & cõtraria sint, & noster ille Iob interea nõ solũ veritatem extollat, sed & mendacia cõfutet ac reprobet, eapropter visum est, ad causam pertinere nõ paꝛ, si de mẽdacio modis oñibus cauẽdo, sermonẽ instituamus. Fuere ac sunt, q menda cioꝛ triplicem fecere gradũ, vtpote, quod sit mendaciũ quoddã, q̃d ioci & facetiæ causa pronuntiet, id quod fabulã dicere possumus, & tale mendaciũ facetum, quod nõ modo animalia, sed & res inanimatas loqui facit, si pro bonis moribus, & ad virtutes instituatur, nõ admodum damnandũ est, modo verba scurrilia & otiosa nõ proferat. Nam & simile quiddã in sacris inuenitur literis, scilicet de Rhamno in hæc verba, Ierunt ligna, vt vngerent super se regem. Dixerũtq; oliuæ: Impera nobis. Quæ respondit: Nunquid possum deserere pinguedinem meã, qua & dñ vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arborem ficum: Veni & super nos regnũ accipe. Quæ respõdit eis: Nunquid possum deserere dulcedinẽ meam, fructusq; suauissimos, & ire, vt inter cętera ligna promouear? Loquutaq; sunt ligna ad vitem: Veni & impera nobis. Quæ respõdit eis: Nunquid possum deserere vinũ meũ quod lætificat deũ & homines, & inter ligna cętera promoueri? Dixerũtq; oĩa ligna ad Rhamnum: Veni & impera sup nos. Quæ respondit eis: Si vere me regẽ vobis cõstituistis, venite sub

Iudicũ. 9.

vmbra mea,requieſcite,ſi aũt nõ vultis,egrediatur ignis de Rhamno, & deuoret cedros Líba- D
ni. Quod Ioathan facit,vt ligna loquãtur,fabuloſum & quaſi Aeſopicũ eſt,at habet in ſe latens
aduerſus Abimelech & Sichimitas myſteriũ. Eſt inſuper mendaciũ, & id quidẽ tertium, quod
olim veteres dixere officioſum. Hoc eſt,ſi rem aperte vanã faceto aliquo dicterio ita condias,vt
pro vero & germano iperitis obtrudatur. Sed de his longe q̃ fœliciſſime diſſeruit Lucianus ille
deoꝝ & hominũ irriſor,in opere de veris narrationibus,præterea & in alijs quibuſdã ſuis dia-
logis,vtpote in Icaro Menippo,& de his,qui mercede conducti ſunt. Hæc aũt ſunt mera men-
dacia,quamuis à Luciano aduerſus aulicos,eorũq; nugas ac mores potiſſimũ ea inuentione tra
hantur,quod alter alteri,etiã ſi ad mortẽ vſq; aduerſetur,nõ modo p̃ iugera, ſed integra ſtadia
manũ præbere velit,nihilominus hoc videri queat oſculũ,eiuſmodi,quod Iudas Iſcariothis de-
Lucę.22 dit filio hominis & ſaluatori noſtro. Sed de his,quæ foris ſunt,nihil ad nos. Eapropter viſum
1.Corꝝ.5. eſt hoc declarare mendacium,quod aduerſaṫ om̃ibus modis deo,iudicio,ac iuſtitiæ eius. Et eſt
falſum teſtimoniũ,quod inter præcepta decalogi prohibitũ eſt hiſce verbis: Nõ loqueris con-
tra proximum tuum falſum teſtimonium. Id quod & in Deuteronomio repetitum eſt. Tale
Exodi.20. falſum teſtimonium dedit vxor Pharaonis aduerſus Ioſeph innocentem, quaſi reliquiſſet pal-
Deute.5. lium volens coire cum illa,& aufugiſſet. Tale falſum teſtimonium dedit Ieſabel aduerſus Na-
Gene.39. both Ieſraelitam,quaſi ille benedixiſſet deum & regem. Tale teſtimonium dedere duo ſeniores E
3.Reg.21 aduerſus Suſannã,quæ tamen ex iudicio Danielis liberata eſt. Tale teſtimoniũ dederũt duo fal
Daniel.13. ſi teſtes,ac etiã multi alij aduerſus Ieſum,dicentes: Quoniã nos audiuimus eũ,dicentẽ: Ego diſ-
Marci.14 ſoluam templũ hoc manufactũ,& poſt triduũ aliud nõ manfactum reædificabo. Sed non erat
Matth.26 cõueniens teſtimoniũ illoꝝ,& hoc falſum teſtimoniũ grande peccatũ eſt. Sic em̃ ſcriptũ exti-
tit: Sex ſunt quæ odit dñs, & ſeptimũ deteſtaṫ anima eius, oculos ſublimes, linguã mendacem,
Prouer.6. manus effundentes innoxium ſanguinem,cor machinans cogitationes peſſimas,pedes veloces
ad currendũ in malum,proferentẽ mendacia,teſtem fallacem, & eum,q̃ ſeminat inter fratres
Prouer.19 diſcordias. Et in alio loco: Teſtis falſus nõ erit impunitus,& qui mendacia loquitur,nõ effugiet,
Prouer.25 falſus teſtis peribit. Et iterꝝ: Iaculum,gladius,& ſagitta acuta,homo qui loquitur cõtra proximũ
ſuum falſum teſtimoniũ. Nec abs re ẽ,quod dicitur,teſtem falſum, irritare deũ,illudere iudici,&
Prouer.19 decipere proximũ. Sic em̃ à Salomone dictũ eſt: Teſtis iniquus deridet iudicũ,& os impiorum
deuorat iniquitatẽ. Fit itaq; plerũq; periurus,qui falſus eſt teſtis,nec regnũ dei poſſidere poteſt.
Tales fuere tres amici cõtra Iob,qui de rebus multis accuſauere Iobem coram dño,q̃ tamẽ in-
nocens erat. Cõſuetudo itaq; eſt pſeudoprophetarꝝ,quales hæretici ſunt,falſum proferre teſti-
monium. Sic fuere,qui dixerant etiam tẽpore Pauli,iam factã eſſe reſurrectionem. Et tempori-
bus noſtris nõ ignoratis,catabaptiſtas cõſtanter prædicaſſe nouiſſimũ diem venturum ad feſta
Pentecoſtes,anni tricẽſimi proxime præteriti. Sed ſummopere cauendũ eſſe, ab id genus pro-
phetis mendacioꝝ fabricatoribus,iubet ſeruator noſter Chriſtus. Sic em̃ ait: Attendite à falſis
prophetis,qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium,intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. Hos futu
Matth.24. ros aliquoties inſinuat dñs, dicẽs: Multi pſeudoprophetæ ſurgent. Tales etiã aliquoties prædi-
1.Iohan.4 xit Iohãnes,futuros in ſua canonica. Et Paulus horum meminit: Quod in hypocriſi loquantur
1.Timot.4 mendaciũ. Petrus aũt ſic de ea re loquiſ: Fuere pſeudoprophetæ in populo,ſicut & in vobis e- F
2.Petri.2 runt magiſtri mendaces,qui introducent ſectas perditionis,& multi ſequentur eorum luxurias,
per quos via veritatis blaſphemabitur,& hoc proprie hæreticoꝝ eſt noſtroꝝ tempoꝝ,qui car
nem,ac deſideria,ac opera carnis prædicant. Et hoc falſum teſtimoniũ, etiã in rebus huius ſecu
Deute.19 li pœnã habet ex iudicio dei valde rigidam. Sic em̃ legitur p̃cepiſſe dñm: Non ſtabit teſtis vnus
contra aliquẽ,quicquid illud peccati & facinoris fuerit,ſed in ore duoꝝ aut trium, ſtabit omne
verbum. Si ſteterit mendax teſtis cõtra hominẽ,accuſans eũ præuaricationis,ſtabunt ambo,q̃-
rum cauſa eſt,ante dñm in cõſpectu ſacerdotum & iudicum,qui fuerint in diebus illis, quum̃q;
diligentiſſime perſcrutantes inuenerint,falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuũ mendacium,
reddent ei,ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri
timorem habeant,& nequaq̃ talia audeant facere. Non miſereberis eius, ſed animã pro anima,
oculum pro oculo,dentem pro dente,manũ pro manu,pedem pro pede exiges. Sicut itaq; Iob
laudatur ab eo,quod ἀληθ/αμ,hoc eſt,veritatẽ amauerit. Sic amici tres vituperantur,quod men-
1.Mach.jj daciorum ſtudioſi fuerint. Sic vituperaṫ Demetri⁹ in libris Machabęorum: quod ſederit in ſede
Acto.5. regni ſui,& mẽtitus eſt om̃ia quæ dixit: Sic reprobaṫ Ananias à Petro,q̃d ille inſtigante Satana
Titum.1. tẽtauerit mẽtiri ſpiritui ſancto. Sic & Cretẽſes ſemp mẽdaces, parum laudis habẽt in Paulo,&
Hiere.5 oẽs falſi prophetæ,q̃ prophetauere mendaciũ tã in Eſaia,Hieremia,ac Ezechiele. Sed ipſe deus
Eſaiæ.9 qui iuxta verbũ Balaam,nõ quaſi homo mẽtitur, imo impoſſibile eſt eum mentiri, nouit deci-
Ezech.13. pientem,& eum qui decipitur. Nouerat enim Balaam deus,in cuius ore poſuit,vt pro maledi-
Numer.3. ctione,quam Balach rex ab eo expetebat,benediceret Iſraelem. Nouerat vtiq; & hunc,qui de-
Titũ.1 cipiebat,& illum qui dei iuſto iudicio decipiebatur. Nouerat & Achab regẽ,qui à pſeudopro-
Hebræ.6. phetis decipiebatur,vt iret in prælium temerarius,& periret, qui prophetas dei contemſerat.

Nam

A Nam dixit deus ad ſpiritum malum, qui futurus erat mendax in ore prophetarū: Vade & prę- 3.Reg.22
ualebis, & fac. Per Ezechielem quoq; prophetam dominus ait: Et propheta quū errauerit, & lo Ezech.14
quutus fuerit verbū ego dominus decepi prophetam illum. Meritū enim populi præceptoris præcedit, vt talis propheta, imò pſeudopropheta in perditionem ſibi credentiū falſa denūtiet, vt qui nolunt audire deū, & prophetas dicentes vera, pſeudoprophetarum fallacibus vaticinationibus includant. Secundū Salomonem, qui de deo ait, & illuſores ipſe deludit. Et iuxta ipſius domini ſermonem: Si ambulauerint ad me peruerſi, & ego ambulabo ad eos corde Prouerb.3
peruerſo. Pauli ad Theſſalonicenſes (quū de homine peccati, & perditionis filio loqueretur, 2.Theſſ.2
quem Antichriſtū doctores intelligūt eccleſiæ futurū) ſermo in ſubſequentibus, de perfidis & infidelibus huiuſmodi eſt dicentis: Eo quod dilectionem veritatis non receperūt, vt ſalui fierent, ideo mittit illis deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicent omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerūt iniquitati, & de ſimilibus horū ad Romanos ſcribens, Romañ.1
ait: Tradidit eos deos in deſideria cordis eorū. Itemq; tradidit eos deus in reprobū ſenſum, vt faciant, quæ non congruūt. Filij quoq; Iſrael, ſicut in libro Iudicū legimus, æquiſſimo iudicio Iudicū.20
dei decepti ſunt. Et quū iuſta cauſa propter vxorem Ieuitis contra Beniamitas congregati fuiſſent, vt ſcelus, quod in ea tribu perpetratū fuerat, puniretur, de ipſis prius eſt vindicatū. Nam
E interrogauerunt deū, vtrū ne aduerſus fratres ſuos bellū committerent, qui tam nefande ipſis, qui interrogauerūt primo prælio duodecim millia, altera etiam vice ſecundū interrogationem ſuam, deiq; reſponſionem proceſſerūt ad bellum. Et iterū de eis decem & octo millia ceciderūt. Quum ergo iuſtiſſimè permoti fuerint contra flagitioſos, tamen decipiunt, vt vadant ad præ-
B lium, & illic ſecundum ſua merita proſternuntur. Quia prius idololatriæ crimen, quod nuper in iniuriam dei fuerat admiſſum, per homines puniri debuerat &c. Habes itaq; de deteſtabili pernicioſo mendacio, quod in proximi perniciem plerunq; profertur, quid tibi ſentiendum ſit. Iohan.14
Nihil itaq; conſultius fuerit, quàm viam veritatis nunquàm deſerere, & Chriſtus qui verax, & 2.Timo.4
vera veritas eſt, retribuet in illo die iuſtus iudex. Amen.

SERMO XXXIIII.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? &c.

ARGVMENTVM.

De patientia & humilitate.



C Irtuoſiſſimus ille Iob noſter, quemadmodū veritatis amator, & mendaciorum oſor extitit, ita etiam humilitatem ſequutus eſt, ac omnem ſuperbiā abiecit & deteſtatus eſt. Vnde quàm primū ei de turbine dominus loquutus eſt, ait: Ago pœnitentiam in fauilla & cinere, & oñe Iob.42
ſublime (inquit) videt dominus. Et quanto arrogantiores fuere amici, tanto humiliora loquutus eſt Iob, vt & nos diſcamus ſimili modo virtutem humilitatis imitari. Eſt autem humilitas ea ac tanta virtus, vt perpetuo ſuper eam reſpiciat dominus. Habitat enim ille in excelſis, Pſal.112
ſed ſemper humilia reſpicit in cœlo & in terra. Sic Lya lippis oculis Pſalm.137
dudum deſpecta, quando genuit Ruben, ait: Vidit dominus humilitatem meam. Sic Iſraelitæ confitentur & dicunt: Afflixerunt nos Aegyptij, & perſequuti ſunt, Gene.29
imponentes onera grauiſſima, & clamauimus ad dominum deum patrum noſtrorum, qui exaudiuit nos, & reſpexit humilitatem noſtram & laborem atq; anguſtias. Siquidem rex Aegyptiorum grauauit Iſrael ſupra modum, duris operibus luti & lateris. Cogebantur enim ædificare ciuitates Phyton & Rameſſen. Propter quod aſcendit clamor Iſraelitarum ad deum, & Exod.2
ipſe audiuit gemitum eorum. Sic reſpexit dominus ſuper Iudith mulierem ſeſe humiliantem. Iudith.8
Sic reſpexit ſuper Achab humiliatum, quando dixit ad prophetam Heliam: Nonne vidiſti 3.Regū.21
Achab humiliatum coram me? Sic in Niniuitas reſpexit, quando regem Niniuitarum ſedere vidit in ſacco ac cinere. Vidit enim (inquit ſcriptura) deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Et in Euangelio, quæ ſeſe ad angelū agnouit ancillam eſſe domini, dicit inter reliqua: Reſpexit Lucæ.1
dñs humilitatē ancillæ ſuæ, ecce eñ ex hoc beatā me dicēt oēs generatiōes. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Sic mirū eſt, q̄d de Saule legit: Saul q̄ppe interp̄tatus eſt excelſus. Vir eñ procerę ſtaturę fuit, ac excelſus erat, & ab humero ſurſum eminebat ſup omnē populū. 1.Regū.9

j.Regũ. jſ Nec dominus illud attendit, ſed aduertit ad hoc, quod ipſe humilis erat. Vnde Samuel ad Saulẽ D
aitꝫ Nonne quũ paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Vnxitq; te domi-
nus in regem ſuper Iſrael, & miſit te dñs in viam &c. Ecce vt hic in Saulo dominus non aduer
tit, quod eſſet is excelſæ & eminentis ſtaturæ. Sed & Samuel, quando impleuerat cornu ſuum
oleo, veniſſetq; ad Iſai Bethlehemitẽ, volens nouũ ac futurũ vngere regem, ſanctificauit Iſai, &
j.Regũ. jó filios eius, & vocauit eos ad ſacrificiũ, quumq; ingreſſi eſſent, vidit Heliab, & ait: Num coram
domino eſt Chriſtus eius? Et dixit dominus ad Samuelem: Ne reſpicias vultũ eius, neq; altitudi
nem ſtaturæ eius, quoniam abieci eũ, neq; iuxta intuitũ hominis ego iudico. Homo enim vi-
det ea, quæ parent, dominus aũt intuetur cor. Et vocauit Iſai Aminadab, & adduxit eum co-
ram Samuele, qui dixit: Nec hũc elegit dominus. Adduxit itaq; Iſai ſeptem filios ſuos coram
Samuele, & ait Samuel ad Iſai: Non elegit dominus ex iſtis. Dixitq; Samuel ad Iſai: Nunquid
iam completi ſunt filij? Qui reſpondit: Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Et ait Sa-
muel ad Iſai: Mitte & adduc eũ, nec enim diſcũbemus, priuſquàm ille veniat. Miſit ergo & ad-
duxit eũ. Erat autem rufus & pulcher aſpectu, decoraq; facie, & ait dominus: Surge, & vnge
eum, ipſe eſt enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrũ eius, & directus
Lucæ. jó eſt ſpiritus domini à die illa in Dauid. Simili modo Zachæus ille, qui ſtatura puſillus erat, ſuæ
domui ſalutem accepit, quod iam eſſet humilis erga dominũ in corde ſuo. Quippe vera humi-
litas locũ habere cœpit in Euangelio. Sic enim exclamat ipſe dominus & magiſter noſter:
Matthæ. jj Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis cor
de. Nonne magna humilitas eſt, quũ eẽt ęqualis deo. Imo ipe deus humiliauit ſemetipm, & ex-
Philip. z inaniuit, formam ſerui accipiens, humiliauitq; ſeſe vſq; ad mortem, mortem aũt crucis. Ad fe- E
ſtum natiuitatis domini audies, vt ille dominus dominantiũ, iuxta præſepe in diuerſorio Beth-
Matth. z lehemitico, vagiens infans pannis inuoluitur. Fugit in Aegyptũ ac redit, deq; ſua paupertate
Matthæ. 8 verbũ faciens, inquit: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non
Lucæ. 9. habet, vbi caput ſuũ reclinet. Quid quod ferè per omnẽ prædicationem humilitatem docuit.
Vnde diſceptantibus diſcipulis, quis eoꝝ eſſe maior videret, docuit: Qui maior eſt veſtrũ, ſit ſi
Matthę. 18 cuti minor. Statuit quoq; paruulũ in medio eoꝝ, dicens: Quicũq; humiliauerit ſe ſicut paruulus
iſte, hic eſt maior in regno cœloꝝ, & ad matrem ac filios Zebedæi, volentes ſedere, vnus ad de
Matthę. 20 xteram, alter ad ſiniſtrã, ait: Neſcitis qd petatis. Poteſtis bibere calicẽ, quem ego bibiturus ſum?
Imo vt re ipſa ſuam humilitatem perfecte probaret. Ecce ſurrexit à cœna, ponens veſtimẽta
Iohan. j3 ſua, accepit lintheũ, pręcinxit ſe, miſit aquã in peluim, & lauit pedes diſcipuloꝝ, & exterſit ſe lin
theo, quo erat pręcinctus, & ait: Scitis qd fecerim vobis, vos vocatis me magiſter & dñe, & be-
ne dicitis. Sum etem. Si ergo ego laui pedes veſtros dñs & magiſter, & vos debetis alter alteri-
us lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis.
Amẽ amẽ dico vobis, nõ eſt ſeruus maior dño ſuo, nec Apl'us eſt maior eo, q miſit illũ. Dedit
Lucæ. 14 ipe regulã ſaluatiõis vniuerſalẽ, inquiẽs plus ſemel. Ois q ſeſe humiliat, exaltabit, & q ſe exaltat
humiliabit. Vnde parabolas hac de re nõnullas dixit, & prędicauit, vtpote, de duobus aſcendẽti
bus in templũ, quoꝝ vnus phariſæus, alter publicanus erat. Publicanus nõ audebat erigere ocu-
Lucæ. 18. los in cœlũ, & humiliauit ſe, dicẽs: Deus propitius eſto mihi pctõri. Deſcẽdit de tẽplo iuſtifica
tus. Phariſæus aũt arrogãs hypocrita, quũ gloriaret ſuperbe de ieiunio, de decimis ſolutis, deſcẽ
Lucæ. 14 dit à templo minimè iuſtificatus. Sic parabola recitatur de ijs, qui vocant ad nuptias, vt non F
Lucæ. 15 oporteat ꝯ primũ, ſed vltimũ locum occupent. Sic de filio prodigo reuertenti & humilianti ſe-
Lucæ. 8 ſe coram patre pulchram induxit ſaluator parabolam. Ita benignus erat ac pius, dñs & ſalua-
Lucæ. 7 tor noſter in omnes, qui ſeſe humiliabant, id quod exempla de muliere fluxum patienti, de pec-
Iohan. 8 catrice in ciuitate, de muliere in adulterio deprehẽſa, de muliere Chananæa, ac alijs oĩbus ple-
Matthæ 15 niſſimè docent. Sic ergo per vtrũq; teſtamentũ, ſemper cor contritũ & humiliatũ non deſpe-
Pſalm 50 xit dominus. Dicit enim per Eſaiam: Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem, pauperculũ, & cor-
Eſaiæ. 66 de contritum? Humiliamini itaq; iuxta doctrinam Petri Apoſtoli, ſub potenti manu dei. Nem
j.Petri. 5 pẽ quemadmodũ Iacobus, atq; idem Petrus docuere Apoſtoli, eiſdem verbis, eademq; ſentẽtia
Iacobi. 4. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiam. Quod ſi vos cũ Iobe noſtro in fauilla & cine-
j.Petri. 5 re ſedentes, humiliati fueritis, dabitur vobis gratia, & gloria ſempiterna, Amen.

SERMO XXXV.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? &c.

ARGVMENTVM.

De ſecretiſſimis ac altiſſimis naturæ rebus.

Humiltas



A Vmilitas quanta sit virtus, quam noster ille Iob valde diligenter obseruauit, auditum est hesterna prædicatione. Quod vero superbiam, qua nihil deterius, nihilq; sceleſtius, deteſtatus fuerit, hoc multis patet ex verbis. Eſt autem ſuperbia peccatum, quod inter mortalia primũ ac prçcipuum locum habet. Sunt qui ſuperbiunt in ijs, quæ ad deum pertinent, quales hypocritæ ſunt multi, bona quidem facientes, nõ in alium finem, quàm quòd videantur ab hominibus. Qui quidem orãt in angulis platearum ſtantes, quiq; eleemoſynam erogant, canẽtes tuba ante ſe, qui ieiunijs exterminant facies ſuas, vt appareant ieiunãtes Hi omnes receperunt mercedem ſuam. Horum meminit grauiſſime dominus, quòd hi dilatent philacteria, magnificent fimbrias, ambiant primos recubitus in cœnis, primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro. Sunt qui ſuperbe agunt in ijs donis, quæ acceperũt à domino deo, præſumentes de ſe ſapiẽtiam, ac ſciẽtiam rerum altiſſimarum, volentes aliquando diſputare cum deo, cui tamen ad mille vix vnum reſpondẽt, contra quos ſcriptura dicit: Altiora te ne quæſieris, & noli altum ſapere, ſed time, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentiẽtes, & ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Tales fuere ſuperbi amici Iob, qui quum haberent oculos nycticoracis, res diuinas ſupra captum proprium tractare voluerunt, aduerſus quorum temeritatem, noſter ille Iob, multas præclaras dixit ſententias. Cæterum ne quis de deo, ac rebus diuinæ maieſtatis ſuperbe nimis verba facere attentet, ecce ad ignorantiam noſtram de turbine, ſic ad Iobem loquitur dominus.

Matth. 23
Matth. 6
Matthç. 23
Eccl. 3.
Roman. 12
Prouer. 25

IOB CAPITE XXXVIII.

B Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? Accinge ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & reſponde mihi: Vbi eras, quãdo ponebam fundamenta terræ? Indica mihi, ſi habes intelligentiam: Quis poſuit menſuras eius ſi noſti, vel quis tetendit ſuper eam lineam? Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? Aut quis demiſit lapidem angularem eius, quum me laudarẽt ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij dei? Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat, quaſi de vulua procedens, cum ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud, quaſi pannis infantiæ obuoluerem? Circũdedi illud terminis meis, & poſui veſtem & oſtia, & dixi: Vſq; huc venies & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Nunquid poſt ortũ tuũ præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locũ ſuum, & tenuiſti concutiens extrema terræ, excuſſiſti impios ex ea? Reſtituetur vt lutum ſignaculum, & ſtabit ſicut veſtimẽtum. Auferetur ab impijs lux ſua, & brachium excelſum confringetur. Nunquid ingreſſus es profundum maris, & in nouiſſimis abyſſi deambulaſti? Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti? Nunqd cõſideraſti latitudinem terrç? Indica mihi ſi noſti oĩa, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit, vt ducas vnumquodq; ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius. Sciebas tũc, quod naſciturus eſſes, & numerum tuorum noueras? Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus hoſtis in diem pugnæ & belli? Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram, Quis dedit
C vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui, vt plueret ſuper terram, abſq; homine in deſerto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret in viam deſolatam, & produceret herbas virentes? Quis eſt pluuiæ pater, vel quis genuit ſtillas roris? De cuius vtero egreſſa eſt glacies, & gelu de cœlo, quis genuit? In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur. Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris diſſipare? Nunquid producis Luciferum in tempore ſuo, & veſperum ſuper fines terræ conſurgere facis? Nunquid noſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Nunqd eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuerentia dicent tibi, aſſumus? Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli, quis dormire faciet? Quando fundabatur puluis in terram, & glebe compingebantur? Nunquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur? Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad deum vagientes, eò quòd non habeant cibos?

IOB CAPITE XXXIX.

Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obſeruaſti? Dinumeraſti menſes conceptus earũ, & ſcisti tempus partus earũ. Incuruant ad fœtum & pariũt, & rugitus emittunt. Separantur filij earum, & pergũt ad paſtum, egrediuntur & reuertentur ad eas.

Quis di

Quis dimisit onagrum liberum,& vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum,& ta D
bernacula eius in terra salsuginis? Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non
audit. Circumspicit mõtes pascuæ suæ,& virẽtia quæq; perquirit. Nunquid volet Rhinoceros
seruire tibi,aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid alligabis Rhinocerotam ad arandum lo
ro tuo, aut confringet glebas vallium post te? Nunquid fidutiã habebit in magna fortitudi-
ne eius,& derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi,qñ semẽtem reddat tibi,& aream tu
am cõgreget? Penna strutionis similis est pẽnis herodij & ancipitris, quãdo dereliquit ouа sua
in terra,tu forsitan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur quòd pes cõculcet ea,aut bestia agri cõ-
terat. Duratur ad filios suos,quasi nõ sint sui,frustra laborauit,nullo timore cogẽte. Priuauit eñ
eam deus sapiẽtia,nec dedit illi intelligẽtiam. Quum tempus fuerit,in altum alas erigit, deridet
equum & ascẽsorem eius. Nunquid præbebis equo fortitudinem,aut circũdabis collo eius hin-
nitum? Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Gloria narium eius terror,terram vngula fodit.
Exultat audacter,in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cædit gladio. Super
ipsum sonabit pharetra,vibrabit hasta & clypeus. Feruẽs & fremẽs sorbet terram, nec reputat
tubæ sonore clágorem. Vbi audierit buccinam,dicit vah,procul odoratur bellum,exhortatio-
nem ducum & vlulatum exercitus. Nunquid per sapiẽtiam tuam plumescit accipiter expandẽs
alas suas ad austrum? Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila,& in arduis ponet nidum
suum? In petris manet,in præruptis filicibus commoratur,atq; inacceſſis rupibus. Inde cõtem-
platur escam,& de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambũt sanguinem,& vbicũq; cada- E
uer fuerit,statim adest. Et adiecit dñs,& loquutus est ad Iob: Nunquid, qui contẽdit cum deo,
tam facile cõquiescit. Vtiq; qui arguit deum,debet & respõdere ei. Respondẽs aũt Iob dño,di-
xit: Qui leuiter loquutus sum,respondere quid possum. Manum meam ponam super os meũ.
Vnum loquutus sum,quod vtinam non dixissem,& alterum,quibus vltra non addam.

2.Reg.24. Sunt præterea,qui in rebus huiusmodi sese efferũt. Sic Dauid numerat populum. Sic Senna
Esaię.36 cherib aspernatur Ezechiam,ac potẽtiam eius. Sic Nabuchodonosor fecit sibi erigi statuam,vt
Daniel.3 adoraretur. Sed vix vllum deprehẽdes vitium, quod tam frequẽter ac grauiter punitum sit,ac
Esaię.14 ipsa superbia. Quippe quãdo Lucifer in cœlum conscẽdere præsumpsit, ac supra astra dei ex-
altare solium,sedere in mõte testamẽti,in lateribus aquilonis, & esse similis altissimo, detrusus
est ad infernũ profundi laci. Vnde de eo dicitur: Detracta est ad inferos superbia tua. Sic Adã
Genes.3 & Eua,quãdo voluerũt scire,veluti dij bonum & malum,eiecti sunt ex paradiso,vbi collocauit
dominus Cherubin, & flammeum gladium, ac versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.
Gene.11. Et quando Nemroth voluit ædificare turrim,confusione linguarum confusus est. Nabuchodo
Daniel.4 nosor superbe agens,in bestiam mutatus est. Sic & Sodomis, Tyro & Tyriorum principi con
Ezechi.28 tigisse scriptura dicit. Et ita superbiam ipse detestatur dominus: Vt qui superbierit,nolens obe
Deuter.17 dire sacerdotis imperio,morte plectendus erat,nec maior est superbia,quàm impiorum. Vidi
Psam.36 enim(inquit Psaltes ille regius)impiũ surperexaltatum & eleuatum,sicut cedros Lybani,& ec-
ce transiui,& non erat,quæsiui eum,& non est inuentus locus eius. Impius etiam raro diu dura-
4.Regũ.15 re potest. Sic percutitur Zacharias rex Israel. Sic occisus est Manahen. Sic Ozeas. Et non abs
Eccl.10. re Iesus filius Syrach,inter cætera docuit: Initium omnis peccati esse superbiam. Quippe hęc
tam in cœlo quàm in terra,primum casum experta est. Et hæc fuit iniquitas Sodomæ,de qua
Ezech.16 iterum filius Syrach ait: Odibilis coram deo est & hominibus superbia. Et in Daniele legitur: F
Dani.4 Sic magnificasse Nabuchodonosor dominum, quod ille posset gradientes in superbia humi-
1.Regũ.17. liare. Sic humiliauit Goliam hunc Philistæum,cuius altitudo sex cubitorum fuit & palmæ,cu-
Esaiæ.36 ius cassis ærea fuit super caput eius,cuius hastile quasi liciatorium texentum erat. Sic humiliauit
ipsum Sennacherib, & omnes qui voluere sese extollere aduersus deum. Sic quando Israelitæ
Deutero.3 tumebant superbia,& ascenderunt aduersus Amorræum in montem, ceciderunt de Seyr vsq;
Lucæ.1. Horma. Hinc venit, quod diua virgo cecinit: Disperfit superbos mente cordis sui. Hinc orat
Psalm.35 Dauid: Non veniat(inquit)mihi pes superbiæ. Sciebat enim quod dominus retribueret abun-
danter facientibus superbiam, semperq; resistit superbis. Eò venit, quòd de saluatore nostro
Lucæ.3 prophetatum est: Quod omnis mons & omnis collis humiliabitur,& erunt praua in directum,
Matth.3 & aspera in vias planas. Eò nanq; veniente, non est auditus clamor in plateis, sed omnia quæ
humilitatis erant,cœperunt habere locum. Abijciamus itaque omnem spiritum superbiæ,&
humiliemus nos in fauilla & cinere. Reprehendamus & emendemus quoque nos,& eueniet
nobis,quemadmodum Iobi & amicis suis euenisse legimus. Posteaquàm enim Iob pœniten-
tiam egit in fauilla & cinere,loquutus est dominus,ad Eliphan Themanitem,dicens: Iratus est
furor meus in te,& in duos amicos tuos,quoniam non estis loquuti coram me rectum,sicut ser
uus meus Iob. Sumite ergo septem thauros, & septem arietes,& ite ad seruum meum Iob, &
offerte holocaustum pro vobis. Id nihil aliud ostendit,quàm quod ad pœnitentiam nostram
dominus, velit auertere furorem suum, iramq; suam à nobis.

Fiat. Fiat.

A

SERMO XXXVI.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? &c̃.

ARGVMENTVM.

De orationibus viuorum ac mortuorum.



Poſteaquàm vidit dominus Iobem eſſe patientem, in omnibus aduerſitatibus ſuis, neq; turbatum eſſe ſupra modum à malis, imò peſſimis nuntijs, neq; ab vxore, nec ab amicis, vlceribus, ſquinãtia, aſmate, ſeruis, ancillis, vicinis, conſiliarijs, & inquilinis, & ſi quę inſipiẽter ex affectu & ſenſu fragilitatis carnis loquutus fuerit, ſeſe tamen in fauilla & cinere pœnitentiam agere velle obtulit. Sed quid facit ille pius & benignus dominus? qui quum probaſſet ſeruũ ſuũ Iobem, quẽadmodũ aurum in fornace, nõ interea voluit derelinquere iuſtum. Et qui ſemper noluit mortem peccatoris, quin potius magis vt conuertatur, & viuat, is iam ad pœnitẽtiam prouocat & pœnitendi formam, etiam non rogatus, nec interpellatus oſtendit. Poſtremo, finem tragœdiæ ſanctiſſimo, felici, & perhi Ezechi. 18

B lari exitu claudit. Siquidem ad Eliphan Themanitem, primũ & prȩcipuum inter tres, dominus Iob. 42
tria dicit: Primũ ſeſe iratum eſſe in ipſum Eliphan, ac reliquos Iobis duos amicos, quod non eſſent iſti loquuti coram ſe rectum, ſicut ſeruus eius Iob. Qua parte diſcẽdum eſt cunctis, ob linguam & ſermonem hominis, ſæpe iraſci & commoueri dominũ. Vnde Dauid: Prohibe linguã Pſal. 33
tuam à malo. Vſi ſunt illi lingua mendaci, quam odit ſemper dominus. Lingua fallaci, quę nõ Prouer. 6
amat veritatem. Lingua deniq; partim hȩretica. Vnde quum in Euangelio dominus muti lin- Prouer. 26
guam tetigiſſet, non parua laus eſt, quod is ſoluto vinculo linguæ loquebatur recte. Sic recte Marci. 7.
loquutus eſt Iob: Vnde non mediocris laus eſt, quòd aliquoties illi dictum eſt: Iob nõ peccaſſe Iob. 1
labijs ſuis, & quod nihil ſtulte loquutus ſit coram domino, ſed rectum loquutus ille ſit. Hęc ſunt Canti. 4.
iſta labia, non modo fauus diſtillans, ſed & lilia diſtillantia, & vere beata. Beatus enim eſt, qui Iob. 42.
non pecauit labijs ſuis. Cæterum prȩcepit ac iniunxit ita dominus: Sumite vobis ſeptem thauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis. Res enim non parui myſterij eſt, quod amicis iniũgitur, vt thauros ac arietes cornupetas afferãt. Impetierant eñ cornubus nõ modo dolẽtem, & valde afflictum Iobem, ſed & partim ipſum dñm deũ. Mira res eſt, etiã in myſterijs maximis, vt pro peccatis oues, aliquãdo hirci, quãdoq; atqueadeo ſæpenumero vacca ruffa, tandem vero arietes, & thauri oblati ſint. Iſtis vero onerоſis conſolatoribus iniũgitur, qui admodum grauiter læſere Iobem, vt thauros ac arietes afferãt in holocauſtum, id quod in alio libro ſacrificiorũ tractare cõſtituimus. Hoc inſtitutũ in aliud tempus reijcientes, ne liber ab hac hiſtoria Iobis intra paucos dies per nos ædẽdus, in vniuerſum creſcat, q ſummã rerum veluti primis digitis dũtaxat enarrare voluimus. Poſtremo vero loco dñs ait:

C Iob ſeruus meus orabit pro vobis, faciẽ eius ſuſcipiã, vt nõ vobis imputet ſtultitia, neq; eñ lo- Iob. 42
quuti eſtis corã me rectũ, ſicut ſeruus meus Iob. Ecce ad tot ac tantas commẽdationes de Iobe, hoc etiã accedit, quod adeo præpotẽs ſit Iob, & ita potẽter præualeat, vt etiã illius interceſſio tantũ pſtiterit, quãdo pro amicis oraret ſeruus ſuus Iob, vt velit ipſe deus cõdonare oĩa, & ſuſcipere faciẽ Iobis interpellãtis. Hæc res maximæ cõſolationis partem habet, vt ſi oremus pro inuicem, exaudiamur. Vana itaq; & plane hæretica opinio eſt eorũ, qui aliquãdo non ſolum orationes proprias, ſed & interceſſiones pro fratribus damnãt, quaſi nihil ad deum valeret oratio, ac deprecatio iuſti aſſidua. Non eſt oĩm eleemoſynã dare, quãdo paupertas aliquãdo prohibeat Iacobi. 5
nec oĩm eſt ieiunare, quum ægritudo corporis, ac aliæ res aliquãdo impedimẽtum prȩſtẽt. Sed orare dominum, ita commune eſt, vt nemini neq; diuitum, neq; pauperum, neq; bene aut male habentium, vlla ſit excuſatio. Et hic ab exemplo Iobis diſcimus, vt alter pro altero oret. Nam aduerſus irã dei, ipſe deus voluit ac pcepit, vt ipſe Iob oraret pro amicis ſuis. Sic ad Abimelech regem in Gerare, dñs ait: Quod pro illo eſſet oraturus Abraham. Sic toties aduerſus ranas, to- Gene. 20
nitrua, ac reliquas Aegypti plagas orat Moyſes. Et dum iraſceret dñs contra Iſrael propter vi- Ecci. 8. & 9
tulum: orat iterũ Moyſes, & placatus eſt dñs, ne faceret malum, quod fuerat loquutus aduerſus Exod. 32
populum. Et quum affligeretur populus per ſerpẽtes ignitos, orauit Moyſes pro populo, & dixit dominus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno, qui percuſſus aſpexerit eũ, Numer. 21
viuet. Et vbi ignis domini deuorauit extremam partem caſtrorum, orauit Moyſes, & abſorptus eſt ignis. Sic vbi oraſſet Heliſæus pro vita pueri, aperuit oculos pueri dñs: Orabat eccleſia ſine 4. Regũ. 6
intermiſſiõe pro Petro, & liberatus ẽ. Sic ipſe Paulus, vt oremus pro inuicẽ docuit. Idẽ q̃q; ſuos Acto. 16

Roma-

Romañ. 15 Romanos, atq; alios hortatus est vehemẽter, vt ipsi orarent pro eo. Deinde licet habeamus ad- D
1. Cor. 2 uocatum, qui pro nobis interpellat ad patrem, nihilominus angelorum ac sanctorum oratio-
nes ac intercessiones, efficacissime valent. De angelis enim, quia ex Daniele notissimum est, &
prouincijs, & hominibus, datos esse angelos, propterea nemini dubium esse debet, quod ange-
lus assistens ante faciem dei, potest pro quolibet peccatore, in flagellis castigationum posito in-
tercedere. Ipsi enim est cura iniuncta à deo, vel maxime, vt hominibus, vel diuersis nationibus
Hebræo. 1 defensionis suæ custodia opem ferant. Sicut & in sancti Danielis visionibus continetur. De qui
bus dicit Apostolus: Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter
eos, qui hæreditatem capient salutis? Exempla autem rerum præsentium, de quibus nũc loqui-
mur, in scripturis dominicis retinemus. Vbi legimus in somnijs homines fuisse correptos, vt
Daniel. 2 Nabuchodonosor regem superbissimum, & Laban, qui de generis sui interitu disponebat. Et
Gene. 31 Abimelech regem, qui sancti Abrahæ domum contaminare tẽtabat, & vxorem Pilati, quæ ait
Genes. 20 ad eum de domino Iesu Christo: Nihil tibi & iusto illi, multa eñ passa sum per somnium pro-
Matthę. 27 pter eum. Et ad Magos in Euãgelio, in somnis dictum est, vt nõ ad Herodem, sed per aliam
Matth. 2 viam redirẽt, in regionem suam. Fideles enim viri in somnijs à domino instruũtur, vt Iacob pa
triarcha, cui deus ait: Reducam te in domum patris tui. Et mira res est, inueniri nõnunquàm
Gene. 30 propter Dauid, Iacob, ac complures alios dominum peperciſſe ciuitati vel hominibus. Vnde
3. Regũ. 11 ad Salomonem dominus ait: Quia nõ custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ man-
daui tibi. Disrumperis, Scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamẽ in diebus
tuis, nõ faciam propter Dauid seruum meum, & Hierusalem, quam elegi. Vides ne, vt etiã pro
3. Regũ. 15 pter Dauidem, qui dudum mortuus fuerat, nõ scinditur regnum Salomonis. Sic Abiæ propter E
4. Regũ. 19 Dauid, dedit dñs lucernã in Hierusalem, vt suscitaret filiũ eius post eum, staretq; in Hierusalem,
eo quòd fecisset Dauid rectum in oculis domini. Et veniẽte Sennacherib aduersus Hierusalem
dominus inter cætera dicit: Protegam vrbem hãc, & saluabo eam, propter me, & propter Da
Esaiæ. 37 uid seruum meum. Id quoq; repetitum est per Esaiam prophetam. Et ipse Esaias, quum de
Esa. 45 Cyro prophetaret, ait: Ego dominus, qui voco nomen tuum Israel, propter seruum meum Ia
cob, & Israel electum meum. Ecce vt etiam propter Dauid, propter Iacob, qui iam mortui fue
rant nõnulla fecit dominus. Tenẽt enim Hebræi, quod illi etiam, alibi continuo rogent deum,
Genesi. 48 id quod etiam ex benedictione Iacob probare volunt. Quum enim ille benedixisset Ephraim,
& Manasse, commutatis manibus, ait: Deus, in cuius cõspectu ambulauerunt patres mei, Abra-
ham & Isaac, deus qui pascit me ab adolescentia mea, vsq; in pñtẽ diem. Angelus, qui eruit
me de cũctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomẽ meum. Nomina quoq;
Lib. 4. ca. vltimo patrum meorum Abraham & Isaac, & crescãt in multitudinem super terram. Sic ex Macha-
bæorum libro manifestum est: Quòd Hieremias propheta, iam dudum mortuus, multum orat
Esaiæ. 36 pro populo, & intercessione Dauidis dudum defuncti, saluatur Ezechias, cum tota Hierosoly-
Ezech. 14 ma. Ezechiel ille propheta, trium efficaciter orantium meminit: Noe quidem, Danielis, & Io-
bis tandem nostri, dicens: Si fuerint tres viri isti in medio, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua
liberabũt animas suas, ait dominus exercituum. Sed hic quęritur, quum Abraham, Isaac, & Ia-
cob, Moyses quoq;, & cæteri patriarchæ, ac prophetæ iusti fuerint, cur horum tantummodo
fiat mentio, id quod facile soluitur. Noe enim, imminẽs orbi terrarum diluuium (quia oñis ter
ra vias domini prohibere nõ potuit. Sed filios, qui forsitan eiusdem virtutis erant, & ob semi F
narium humani generis habuit reseruatos. Daniel quoq; imminentem captiuitatem populi Iu
dæorum, nullis fletibus mitigauit. Sed & Iob nõ propter peccata, sed ob probationem, nec do
mum, nec filios liberauit. Alij autem dicunt: Quia hi tantum tres viri, & prospera, & aduersa,
& rursum prospera conspexerunt. idcirco pariter nominati, & illud ipsum latenter significari,
vt quemadmodum illi, & bona, & mala, & rursum læta viderunt, sic & populum Israel, qui pri
us bonis fruitus erat, postea captiuitatis iugum sustinuisse, cui si pœnitentiam egerit, pristina fe
licitas promittitur. Quod si Noe, & Daniel, & Iob, pariter congregati, in vno loco positi, pec-
catricem terram, hoc est eos, qui in terra habitant, non possunt iræ dei subtrahere, quid dicen-
dum est de his, qui putant merito parentum, atque virtutum, posse filios peccatores de gehennæ
ignibus liberari? Vnde nec peccatorem filium, iustus pater poterit liberare, nec sanctæ cõuersa-
tionis mater impudicæ filiæ dabit præmia pudicitiæ. Et e contrario parentum vitia, filijs nõ no-
Ezechi. 18 cebunt, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Loth in Sodomis habitans, sed & spiritu, &
Genesis 19 carne peregrinus, vxorem, quia post tergum respexerat, non liberauit, sed tantum filios, qui
non peccauerant forsitan. Quum & Iosias ipse, vir sanctus, non solum peccatorem populum
2. Paral. 35 suis virtutibus nõ saluauit, sed & ipse in peccatis illius mortuus est. Ad priora, vnde aliquãdo di
gressi sumus redeũtes, docemus, intercessionẽ tum viuorũ tum mortuorũ, nequaq; aspernandã
esse. Oremus itaq; cum Iobe nõ modo pro amicis nostris, sed & his, qui persequuti sunt & ali-
quãdo oderunt nos, q; si bonum pro malo reddiderimus, iam pater ille cœlestis procul dubio di
mittet etiam nobis debita nostra, & liberabit nos ab omni malo, Amen.

Sermo

SERMO XVIII.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c̃.

ARGVMENTVM.

De efficacia pœnitentiæ ac orationum.



Ræceperat dominus tribus amicis Iob, vt offerrent illi septem tauros & septẽ arietes. Abierũt ergo Eliphas Themanites, & Baldath Suites, & Sophar Naamathites, feceruntq; ficut loquutus fuerat dñs ad eos, & suscepit dominus faciem Iob. Dominus quoq; conuersus est ad pœnitentiam Iobis, quum oraret ille pro amicis suis. Sunt in hoc loco nonnulla discenda vobis. Primum, quod laudantur amici tres, eo quod obedierint voci domini. Obedientia erga dominum, illiusq; imperium ac præcepta, res valde vtilis atq; laudabilis est. Abraham eñ obediens domino, audit: Benedicentur in semine tuo oñes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Et itez: Benedicent in semine tuo oẽs gẽtes terræ, eo ꝙd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit p̃cepta & mãdata mea, & cerimonias, legesq; seruauerit. Vnde Samuel inter cætera dicit ad Saulẽ: Nũquid vult dñs holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci dñi? Melior est eñ obedientia q̃ victimæ, & auscultare magis, q̃ offerre adipem arietum. Quoniam quasi peacatũ ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Vnde per inobedientiam vnius hominis Adæ, mors intrauit in mundum. Quod vero Christus factus est obediens vsq; ad mortem, vnde per illius obedientiam, vita venit in mundum. Quod Salomon atq; cæteri reges multi, non obedierunt voci domini, propterea scissa sunt regna eorum. Obediendum esse domino, fere oẽs creaturæ docent. Quippe eo ordine, eoq; cursu & natura sunt, quibus à principio mundi erant. Sic sol suo motu continuo currit atq; mouetur, nec nisi sub Iosue & Ezechia stetit aut retrocessit. Quid quod ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, faciunt verbũ eius? Constitutum est à principio, vt esset dies ac nox, hyems & æstas, & ita fieri videmus. Vnde Dauid: Ordinatione tua perseuerant dies. Et in Euangelio: Venti & mare obediunt domino. Imperat eñ eis, & fit tranquillitas magna. Ad populum Israel obedientem, magna est repromissio. Siquidem sic ait dominus: En propono in cõspectu vestro benedictionem & maledictionem. Benedictionem, si obedieritis mandatis domini vestri, quæ ego hodie præcipio vobis. Et itez: Si audieris vocẽ domini dei tui, vt facias atq; custodias omnia mandata eius, benedictus tu in ciuitate, ac benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusq; iumentorz tuorum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit dominus inimicos tuos, qui consurgunt aduersum te corruẽtes in conspectu tuo. Per vnam viam venient cõtra te, & per septem fugient à facie tua. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum. Simile quid dam Esaias prophetauit, dicens: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os domini loquutũ est. Vides ergo ab exemplo trium amicorz, q̃ vtile sit obedire domino? Cæterum (iuxta Iobis historiam) conuersus est dominus ad pœnitentiam Iobis. Magna quidem res est, & potẽs apud deum pœnitentia. Si eñ impius egerit pœnitentiam ab omnibus malis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea (inquit dominus) & fecerit iudiciũ & iustitiam, vita viuet, & non morietur, omniũ iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua, quam recordatus est, viuet. Nũquid voluntatis meæ est mors impij (dicit dominus deus) & non vt cõuertatur à vijs suis, & viuat? Et hoc est quod legitur: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Conuertimini ad me, & salui eritis. Conuertimini & venite. Conuertimini filij hominum. Conuertimini & agite pœnitentiã. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Conuertimini à vijs vestris pessimis. Ad nostram itaq; conuersionem, conuertetur etiam dominus, qui propter peccata nostra auertit faciẽ suam à nobis. Reuertimini ad me (inquit per Malachiam) & ego reuertar ad vos. Ipse enim est dominus nolens aliquos perire, sed omnes vocat ad pœnitentiam. Sic ad pœnitentiã Niniuitarz conuersus est dominus, vt nõ fecerit, quod facere voluit. Vnde laudantur Niniuitæ, quod pœnitentiã egerint in prædicatione Ionæ. Quid quod Iohannis Baptistæ, Christi discipulorz ac apostolorz omnium, præcipue Petri ac Pauli in prædicando thema fuit, vt agerent pœnitentiam, vt fierent fructus ligni, pœni-

Iob. 42

Gene. 22
Gene 26.

1. Regũ. 15

Roman. 5
Philip. 2
1. Reg. 18
3. Regũ. 15

Psal. 148

Psal. 118.
Matth. 8.
Deute. 11
Deuter. 28

Esaiæ. 1.

Ezech. 18

Esaiæ. 45
Esaiæ. 21
Psal. 89
Ezech. 18
Ezech. 13
Malach. 3
2. Petri. 3

Matth. 12

Apoca. 2. 2. Regū. 12 tentia? Et ipſe Iohannes in Apocalypſi ſua, verbum faciens ad angelū eccleſiæ Epheſinæ: Memor eſto, vnde excideris, & pœnitentiã age, & prima opera fac. Sic Dauid vnico verbo de peccato dolens, quando dicit: Peccaui, ſuper peccato Vriæ. Mox audit prophetam ſibi dicentem: Tranſtulit dominus peccatum tuū. Sic ad latronem in cruce ita orantem: Memento mei dñe, dum veneris in regnum tuum. Reſpondit dominus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in para diſo. Sic mulieri peccatrici dicit: Dimittuntur ei peccata multa. Sic ad paralyticum: Confide, remittuntur tibi peccata tua. Erequentiſſimum itaq; eſt in Euangelio, ad pœnitentiã remitti peccata. Ipſe enim eſt & erat agnus dei, qui tollit peccata mundi. Iam vt ſummatim dicã, lobis hiſtoria docet, conuerſum eſſe dominum, alioqui ira & furore cõmotum, vbi oraret Iob, qua parte docemur orationem iuſtorum multum valere apud dominum. Orauit enim Helias, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & mẽſes ſex. Et iterum: Orat vt plueret, & venit pluuia de cœlo. Anna quum eſſet amaro animo ac ſterilis, orauit ad dominū flens largiter, accepit Samuelem prophetam. Sic Daniel tribus vicibus in die flectens genua, orando multa impetrauit. Sic Ionas orat in ventre ceti, & proĵcitur in aridam. Et dies me deficeret, ſi recenſere velim omnia, quæ per orationem obtenta ſunt. Eſt & genus dæmoniorum, quod non niſi p orationem & ieiuniū eĵcitur. Sunt & alia multa, quæ noſtris præcationibus obtineri poſſunt. Oremus itaq;, pœnitentiam agentes, conuerſi ad dominum, & ipſe conuertetur ad nos. Quod ſi etiam fuerint peccata noſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Et ſi fuerint rubra quaſi vermicus, veluti lana alba erunt. Fiat fiat. D E

Lucæ. 23 Luc. 7. Matth. 9 Iohan. 1. Iacobi. 5. 3. Regū. 17. 3. Regum. 1 Danielis. 6 Ionę. 2. Matth. 17. Marc. 9 Eſaiæ. 1.

SERMO XXXVIII.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem cur non ſuſtineamus? &c.

ARGVMENTVM.

De retributione dei.

Iob. vlt. Exodi. 20.



Acra Iobis hiſtoria, poſt reliqua dicit: Addidit quoq; dñs Iob omnia quæcũq; fuerunt ei, duplicia. Vetus quidem & tritum de deo prouerbium eſt: Quomodo deus nihil impunitum, aut inultum relinquat, & nullum bonū finat irremuneratum. Id quod in Iobe noſtro nũc oſtẽdere cœpit. Cui poſt tantam patientiam addidit omnia duplicia. Habet iſtud prouerbium in ſacris literis optima fundamenta. Sic em̃ ſcriptum eſt: Ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me, & faciẽs miſericordiã in ĵs, qui diligunt me, & cuſtodiũt præcepta mea. Vides hic deū zelotem viſitare iniquitatem, in tertiam & quartã generationem? Sed hoc ita intelligas: Si filĵ perſeuerauerint in iniquitate patrũ, alioquin filius nõ portabit iniquitatẽ patris ſui. Et ob id ſolus dicitur deus vltionum. Vnde [illegible]idt: Deus vltionũ dominus, deus vltionum libere egit. Et Eſaias: Ecce deus noſter vltionem [illegible]ucet retributionis. Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tũc ſaliet ſicut ceruus, claudus ipſe, & [illegible]ta erit lingua mutorum, ipſe eſt qui vlciſcitur ſanguinẽ ſanctoꝝ ſuorum. Sic vlciſcebatur omnem ſanguinem Abel, quando Cain fecit eſſe vagum & profugum ſuper terram. Ipſe eſt, qui ſolus ait: Mihi vindictam, & ego retribuam, mea eſt vltio, & ego retribuam. Sic vlciſcebatur iniuriã in Pharaone, quem cum ſuis curribus & equitibus ſubmerſit in mare rubrum, tanq; plumbũ in aquas vehementes. Sic vlciſcitur idololatriã populi Iſraelitici, immolantis vitulo aureo. Ipſe eſt, de quo dominus in Euangelio dicit: Faciet deus vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac nocte. Ob id quum ipſe eſſet, qui vindicaret ac retribueret, vindicis nomẽ habet. Proterea iuſſit, vt Petrus gladium euaginatum, in vaginam mitteret. Et ob id inter cætera docuit: Si quis te percuſſerit in maxillam dexteram, præbe ei & alteram. Ipſe eſt, qui prohibuit, ne qs iraſceretur fratri ſuo, neve quis ei dicat, Racha. Ne quis illum vocet fatuum. Ipſe eſt, q docuit pallium eſſe dimittendum vnà cum tunica, potius q̃ quis in iudicio contendat. Et ſi quis angariauerit te ad mille paſſus, vade cum illo & alia duo. Non enim ille vult, vt quis ſeſe ipſum vindicet, ſed vt ipſi domino ſit plena vindicãdi poteſtas. Habet ille tamen laneos pedes ad vindicandum. Semper enim ſua longanimitate & patientia expectat pœnitentiam. Plus ergo ſemel in ſcriptura legitur: Mihi vindictam, & ego retribuam. Vides itaq; deū vltionum iuſtum eſſe iudicem, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera eius. Cæterum remunerator & retributor eſt omniũ.

Ezech. 18 Pſalm. 93 Eſa. 35. Deuter. 32 Gene. 4. Romañ. 12 Deuter 32 Ezech. 9. Exodi. 15. Lucę. 18 1. Theſſ. 4. Eccle. 35 Matth. 5 Macro. lib 1. ſatur. Valerius li. 1.

A omnium. Præceperat ille olim Abrahæ, dicens: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Id autem non sine dolore fieri poterat, sed quasi pro retributione adiecit: Faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuũ, & eris benedictus, & benedicam benedicẽtibus tibi. Ioseph quum sedecim esset annoꝝ, posteaq̃ vidit in somno manipulos fratrũ adorare manipulum suũ, venditur Ismahelitis & Madianitis, ac ducitur in Aegyptum, illicq̃ iniuste recluditur in carcerẽ, sed orta fame in Aegypto, fit altera manus Pharaonis regis Aegyptiorum, & constituitur super vniuersam terrã Aegypti. Veꝝ post quadraginta annos, quibus populus Israel erat in deserto, dñs dedit illis terram fluẽtem lacte & melle. Sed vt aliquando & plus semel intellexistis, remunerationes in testamẽto veteri, plerũq̃ terrenæ & transitoriæ fuerunt, vnde benedicebantur in horreis, in cellis vinarijs, in vineis, in agris, in pecoribus, iumẽtis, in fructu vẽtris. Sed veniente domino saluatore nostro, longe pretiosior remuneratio audita est. Quando eñ Petrus ad dominũ ait: Ecce nos reliquimus oñia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis oia, & sequuti estis me, in regeneratione, quũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et oñis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrẽ, vel matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meũ, centuplum accipiet, & vitã æternam possidebit. Ecce duplicia dabantur Iobi nostro. Hic vero centuplum retribuitur. Hæc est illa mensura cõferta, & bona, & superfluens, quæ dabitur vnicuiq̃ Gene. 12. Gene. 37. Matth. 19. Luc. 18.

B in suum sinum. Qua eñ mensura mensi fueritis, remetietur & vobis. Hæc est illa retributio vitę æternæ, quam remunerator bonoꝝ omnium promisit nobis. Et hoc est, quod clamat ad discipulos in monte: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra est copiosa in cœlis. Ipse est eñ nobis omnibus merces magna nimis. Nec sunt condignæ passiones, vel Iobis, vel alterius, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quippe nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis descendit, quæ præparauit deus diligẽtibus se. Rogate itaq̃ dominum deum, vt & vobis dominus, non modo cum Iobe duplicia det, sed & vt centuplum accipientes vitam æternã tandem possidere valeatis. Fiat fiat. Luc. 6. Matth. 7 Hebr. 11 Luc. 6. Gene. 15 Roman. 8 1. Corint. 2

SERMO XXXIX.

Si bona suscepimus de manu domini, mala autem cur non sustineamus? &c. Iob. ij.

ARGVMENTVM.

De vera & ficta amicitia.

C 

Osteaq̃ dominus ex omnibus amissis quæcunq̃ illa fuerint, duplicia reddidit. Venerunt ad eũ omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerãt eum, vt comederẽt cum eo panẽ in domo eiꝰ, mouentes super eum caput, consolati sunt eum super omni malo, q̃ intulerat dñs super eum. Dederunt q̃ ei vnusquisq̃ ouem vnã, & inaurem auream vnam. Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Quippe de suis amicis & fratribus, Iob in medijs tentationibus hisce verbis lamẽtatus est: Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerũt me propinqui mei, & qui me nouerũt, obliti sunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, sicut alienũ habuerunt, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meũ vocaui, & nõ respondit, ore proprio deprecabar illum. Halitum meũ exhorruit vxor mea, & rogabã filios vteri mei. Stulti q̃q̃ despiciebant me, & quũ ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondã consiliarij mei, & quem maxime diligebã, aduersatus est mihi. Cæteꝝ in alio loco sic ait: Derident me iuniores tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus gregis mei. Etsi hac parte Iob videatur esse figura Christi, quod ille per prophetã vere dixit: Amici mei & proximi mei aduersum me steterunt. Et per Hieremiam: Omnes amici mei spreuerunt mei. Et q edebat panem suum, magnificauit super eum supplantationem. Hinc eum, in quem introiuit Satanas, adoritur hisce verbis: Amice, ad quid venisti? Iuda, filium hominis osculo tradis? Tamen in hac historia iuxta literam discere potes, quo pacto tempore fœlici, multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris. Fuere multi, qui libros de amicitia scripsere. Inter q̃s Theophrastus tria de amicitia volumina scripsit. Cicero vnũ de amicitia librum ædidit, quẽ Lelium Iob. vlt. Psal. 79. Iob. 19 Iob. 30. Psalm. 37. Trenoꝝ. 1. Psal. 40. Matth. 26

inſcripſit. Et Lyricus ille poeta, putauit eſſe amicũ dimidiũ animi. Sed oẽs hi, inter amicos, tum D
veros, tum fucatos, magna fecere diſcrimina, arbitrãtes verũ amicũ diu quæri, vix inueniri, difficile ſeruari. Tum quod oporteat amico vti, nõ ſecus ac vino veteri, vt in ſuauitate bibatur. Diſputãt illi amicitiã de bono, vtili, & honeſto cõſtitui, inferẽtes poſtremo, nõ fidẽdum amico, niſi quo cũ modiũ ſalis abſumpſeris. Scriptura tamen noſtra plus ſemel meminit eorũ amicorũ, qui
Eſaiæ. 29. venenũ in animis, mel vero lingua tegũt. Qui labijs honorãt, & cor eorũ longe eſt. Sic eñ ſcri-
Ecci. 6. ptum legimus: Eſt amicus ſocius mẽſæ, & nõ permanebit in die neceſſitatis, id quod ille etiam
Ecci. 9 nouit, dicens: Diffugiunt cadis cũ fœce ſiccatis amici. Alibi: Vinũ nouum, nouus amicus, vete-
Ecci. 37. raſcet, & cũ ſuauitate bibes illud. Cæterũ in alio loco Ieſus filius Syrach, Omnis amicus dicet, &
Ecci. 25 ego amicitiã copulaui. Sed eſt amicus ſolo nomine amicus. Sed vere beatus eſt ille vir, qui inue
nerit amicũ verũ, qui eſt alter ego, quo cũ ſecreta cordis, tuto, quaſi cũ ſeipſo cõmunicare poſſit.
Quo pacto vero ſit tibi tractandus amicus, docuere multi. Sic eñ inimicum tractare oportet,
vt olim eũ fieri amicũ poſſe arbitreris. Amicũ autẽ ita tractare cõuenit, vt cogites ꝑpetuo, hunc
poſſe fieri inimicũ. Quãdoq; eñ inter firmiſſimos ac veteres amicos, diſſenſiones oriũtur, id q̃d
etiã ſanctis eueniſſe apoſtolis, ſcriptura teſtatur: Facta eſt eñ cõtentio inter diſcipulos, qs vide-
Matth. 20. retur eorũ eẽ maior, & decẽ ſuper filios Zebedæi indignati ſunt, q̃d petijſſent illi ſedere ad de-
Galat. 2 xteram ac ſiniſtrã. Paulus etiã nõ abs re reſtitit in faciẽ Petri. Paulus etiã & Barnabas, propter
Actorũ. 15. Iohannẽ cognomẽto Marcum ſtomachati ſunt, & ſeparauit eos nauigatio, q̃s Chriſti Euange
lium copulabat. Quũ itaq; verus amicus, rara fit auis in terra, nigroq; ſimillima cygno, fitq; ꝑ-
Iuue. ſat. 6 tioſus theſaurus, q fidelis amicus eſt. Eapropter homini nihil melius, nihil vtilius eſt, q̃ vt fiat a-
micus dei. Sic Abraham teſte Iudith muliere, quũ tentatus eẽt, per innumeras q̃q; tribulationes E
Iudith. 8. probatus dei amicus effectus eſt, vel, vt inquit Iacobus apoſtolus: Credidit Abraham deo, & re
Iacobi. 2. putatũ eſt illi ad iuſtitiã, & amicus dei appellatus eſt. Porro de Moyſe ſic legitur: Sicut ſolet ho
qui homo ad amicũ ſuũ, ſic loquutus eſt Moyſes dño facie ad faciẽ. Præter hos duos, quũ in ter
Exodi. 33 ra nõ eſſet pax, paucos inuenies, q̃s vocauerit ſcriptura amicos dei. Sed veniente ſaluatore, non
ſolũ Lazarũ dñs amicũ vocat, imo & ad apoſtolos in Euãgelio ſaluator ait: Iam nõ dicam vos
Iohan. 15 ſeruos, qm̃ ſeruus neſcit, quid faciat dñs ſuus, ſed dicã vos amicos, qm̃ perſeueraſtis mecum in
Iohan. 11. oñibus tentationibus meis. Delicata eſt amicitia, quæ amicorũ fœlicitates & amicitias ſequitur.
Iſtiuſmodi hoïes nõ mihi vidẽtur amicos, ſed ſeipſos diligere. Conſideremus attentius verba
dñi, ſed dicã vos (inqt) amicos, reddit q̃q; cauſas, quare illos amicos vocet, qa perſeueraſtis mecũ
in tẽtatione. Et nõ huc vſq; ſtetiſtis, ſed in oñibus (inqt) tẽtationibus meis. Euenit quippe in-
terdum, vt q nobiſcũ perſeuerauit in vna tẽtatione, alijs victus recedat. Vides hic ex ore Chri,
vt ſi velis eẽ verus amicus dei, neceſſe ſit, vt in tribulatione ꝑſeueres. Cæterũ, quãdo idem velle
& idem nolle, firmã amicitiã faciat ac ſeruet, etiã hoc requiritur, vt illud exequaris, q̃d tibi præ-
Iohan. 15 ceptum eſt. Sic eñ ad apl̃os iterũ ait: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis oñia quæcũq; præcepi vo
Pſalm̃. 138. bis. Nec parua res eſt, eẽ amicũ dei. Nimis eñ honorati ſunt amici tui deus, cecinit ille cytha-
Matth. 12. rœdus regius, & nimis cõfortatus eſt principatus eorũ. Hæc amicitia facit, vt efficiamur mater,
frater, ac filij dei. Quũ eñ quidã dixiſſet dño: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærẽtes
te, reſpõdit, quæ eſt mater mea, & q ſunt fratres mei, & extendẽs manũ in diſcipulos ſuos, di-
xit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicũq; eñ fecerit voluntatẽ patris mei, q in cœlis eſt, ipſe F
eñ meus frater, ſoror, & mater eſt. De hoc ſcriptura dicit, q̃ nõ cõfunditur eos vocare fratres,
Hebr. 2 dicẽs: Nuntiabo tuũ nomen fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Quippe poſt reſurre-
Oſee. 13 ctionem ad mulieres iuxta monumentũ ait: Ite, nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi
Pſalm̃. 21. me videbũt. Veriores itaq; fratres dñi ſunt hi, qui faciunt voluntatẽ eius. Et ſi fratres oẽs, quaſi
Matth. 28. cõcordibus votis, & vniuerſæ ſorores, etiã amici & noti venerũt ad Iobem noſtrũ, & præ ad-
miratione mouerint capita ſua, verã tamen amicitiã non videntur præ ſe tuliſſe. Quippe vene-
runt ad cõſolandum eũ, qui iam ſuam cõſolationem accepit à dño. Dederũt vnuſquiſq; ouem
vnam, & inaurem aureã vnam, quũ tamẽ dediſſet illi dñs quatuordecim millia ouium, ac ſub-
ſtãtiã multã nimis. Adulatores itaq; puto fuiſſe oẽs, qui quum cecidiſſent lambroceres de cœlo
ſuper Iob, perſequuti ſunt illũ, nunc vero rebus melius habere ceptis, veniunt, cõſolantur, & tã-
quam muſcæ ad odorem culinæ aduolant, quærũt deniq; eum cui dñs benedixit. Id equidem
Græci multo Latinis ſignificantiores, eiuſmodi ſenario obiter, nec minus eleganter expreſſerũt,
τῶμ ἐυτυχ ὄνσωμ πάμτες εἰσὶ συγγενὲς. i. amicis cognatus eſt, vel quilibet, ita vt ἐυτυχία ſcite πολύ-
φιλ☉ dicatur. Sed vnde digreſſa eſt, eo noſtra redeat oratio. Filijs itaq; huius ſeculi, nihil eſt cõ
ſultius, q̃ quod perpetuo ſtudeant, vt in album amicorũ dei, vbi vere liber eſt vitæ, aſcribantur.
Romañ. 8. Nam ſi deus pro illis fuerit, quis contra eos erit? Quod vero boniq; æquiq; fecerit noſter Iob
quando noti & fratres venientes, cum eo panem comederunt, id plane conſtantiſſimæ eius pa,
tientiæ attribuendum erit, vtpote qui reddiderit bonum pro malo. Ad cuius exemplum noſtrã
omnem vitam ita componere debemus, vt illius veſtigijs inſiſtentes patientiæ vberrimũ præ-
mium, hoc eſt vitam æternam conſequamur. Fiat fiat.

Sermo

A

SERMO XL.

Dominus benedixit nouissimis Iob, magis quam principio eius. Quippe facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, mille iuga boum, & mille asinæ, Iob vltimo.

ARGVMENTVM.

De prouidentia dei & cæca fortuna.



B

Vdistis ac vidistis Iobem nostrum aliquãdiu sedẽtem in cinere, adeo vlcerosum à planta pedis vsq; ad verticem, vt etiã testa saniem abraserit. Heri auditum est, eum esse ac sedere cum fratribus, sororibus, ac notis, comedentẽ panem, & accipiẽtem oues ac inaures. Audistis eum instigante Satana, perdidisse oues, boues, camelos, asinas, & reliqua omnia, vt iam nihil aliud supereſſe clamarit, q̃ ipsum sepulchrũ. Sed quid fecit dominus, qui non deserit sperantes in se? Dat illi tam efficacem benedictionem, quod etiam rerum omniũ amissarum antea, iam de integro duplicia accipiat. Dat insuper ei maximũ numerum ouium, camelorum, boum, & asinarum, tãti pretij, vt si singula iuxta legitimum valorem computaueris, vel ex ciphra, vel proiectilibus, vnamquãq; ouem pro dimidio floreno, habebis aureos septem millia. Quod si par boum eo modo æstimaueris, vt vnum par, duodecim valeat aureos, iam illico in ratione subducta cõstabũt duodecim millia aureorum. Quod si camelũ putes valere sexaginta aureos, reperies in cõputatione totius summæ, ter centena & sexaginta millia aureo. Et ad hæc si mille asinas ita vendideris, vt vna asina dũtaxat decẽ aureos faciat, habebis ex illis decem millia aureorum. Hæc in vnũ si colligas, redegerisq; summam, habebis in summa summarum, Iobem nostrum benedictione domini, solummodo in quatuor generibus iumentorum & armentorum possediſſe, ter centena octogintanouẽ millia aureorum, demptis reliquis diuitiarum thesauris. Quum enim antea præcelluisset orientales omnes, ac fuisset illi familia multa nimis, iamq; recepisset duplicata omnia, facile coniectare potes, quãtæ diuitiæ Iobi nostro, alioqui repleto multis miseriis, contigerint. Sed quandoquidem priores diuitias omnes, agnouit esse datas à domino, benedixisseq; nomen eius, dicens: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomẽ domini benedictum. Proin, remunerator bonorum omnium, qui non finit interire iustum, & semen eius quærere panem, sua sancta benedictione etiam secunda vice, hunc benedixit. Ideo quicunq; in virum prædiuitem eue ctus fuerit, nequaq̃ fortunæ, sed deo ascribat, oportet. Fuere Stoici ac Epicurei, qui negauere prouidentiam dei. Fuere atq; vtinam hodie non sint, qui omnia deæ fortunæ tribuerunt. Hinc est,

C

quod in Hemistichio legitur: Audaces fortuna iuuat. Hinc est illa rota fortunæ, qua quatuor status hominũ affixi sunt. Ascendens enim se regnaturum sperat. In summo, qui est, se regnare gloriatur, qui vero precipitatur à summo se regnasse lamentatur. Is vero, qui locum tenet infimũ, se sine regno esse clamat. Hinc versus ille cantatur frequentissime: Regnabo, regno, regnaui, sum sine regno. Hinc illa fortunæ pictura, quæ cæca pingitur, ac sedẽs in sede volubili. Quippe passibus ambiguis fortuna volubilis errat. Hinc, Si fortuna volet, fies de cõsule Rhetor, Si volet hæc eadem, fies de rhetore consul. Sed hic mortui poetę sepeliant mortuos suos, bibantq; de cisterna veteri, ex paludibus & puteis, nõ habẽtibus & non retinẽtibus aquas. Nos hauriemus aquas de fontibus saluatoris, quorum aquæ saliunt in vitam æternam. Sint illi in tenebris. Nos vero filij lucis ambulemus cum eo, qui hodie natus ac ortus est sol, illuminans omnem hominẽ venientem in hunc mundum, qui & hodie est illuminans populum, qui habitabat olim in tenebris & in vmbra mortis. Et cuius hodie claritas ad medium silentiũ noctis, miro terribiliq; modo pastores circumfulsit, pastores quidem custodientes vigilias noctis. Et inueniemus fortunam, nec masculum, nec fœminam esse, minus deam aliquam. Sit ipsa cæca perpetuo, habeatq; duces cæcos cæcorum, & si millies in adagio Germanorum aliquorum sit. Vver das gluck hadt, fuert die braut haim. Sed huc cum primis pertinet adagium hoc. Dormientis rete trahit, de ijs nimirum quos citra omnem sudorem ac puluerem fortuna ipsa beat. Quidam vero originem eius dicti ad Timotheum Imperatorem Athenienſium reijciũt, cui ob incredibiles fortunæ successus cognomen inditũ est εὐτυχῆ. i. fœlicis. In huius autẽ inuidiã non defuerunt, qui fortunam ad rete cogentem vrbes, illoq; iuxta dormiente pingerent. Quos ille fic elusit (authore Plutarcho) vt diceret: Si eiusmodi vrbes dormiens capio, quid me facturum arbitramini si vigilauero? Nos vero, quorum salus ab vno & vnico Iesu Christo saluatore nostro, tanquàm ex cardine pendet,

Iob. 1.

Iob. 17.

Iob. 1.
Hebræ. 11.
Psal. 36.

Ausoni⁹ in epigrãmatibus.
Iuue. sat. 7
Lucę. 9.
Hiere. 2
Esaiæ. 12
Iob. 7
Iohan. 1.
Esaiæ. 9.
Matth. 4
Sapiæ. 18
Lucę. 2.

prouidentiam potius dei Opt. Max. probemus quàm fortunæ inane nomen attendamus. Ipſe enim dominus eſt, qui pauperẽ facit & ditat, ipſe eſt, qui de ſtercore erigit pauperem, vt ſedeat D
Pſal. ĵĵz. cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Ipſius enim, & nequaquàm fortunæ (etiamſi Pythagorei ac Necromantici millies rotam fortunæ pinxerint) ſunt cardines orbis terræ. Quod au-
Gene. z7. tem diuitiæ, ac panis, victuſq; quotidianus, à deo ſint, hoc multiplici ſcriptura probatur. Benedicens eñ Iſaac filium ſuũ Iacob, ait: Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, vini, & olei, & ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus. Eſto dominus fratrũ tuorum, & incuruentur ante te filĵ matris tuæ. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus. Et qui
Matth. ĵ3 benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Ecce hic optat Iſaac, vt deus det non ipſa fortuna, de rore cœli abundantiam, quippe ſine humore terræ, etiam ex parabola de ſemine cadente ſuper petram, nullus naſcitur fructus. Pluuiã itaq; & rorem deſuper expectare oportet. Non eñ quatuor illa flumina de terreſtri, ſed cœleſti, iuxta quorundam non tamen meam ſententiam, paradiſo irrigant vniuerſam terram, id eſt, quatuor partes orbis terrarum.

Ipſe enim eſt, qui dat niuem ſicut lanam, nebulam ſicut cinerem ſpargit. Qui operit cœlum
Pſal. 146. nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Vides hic
Eſaiæ. 45 quomodo is, quem hodie rorarunt cœli, quem iuſtum nubes pluerunt, quem germinauit ſaluatorem terra, ipſe eſt, qui ſolus aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione. Hoc
Pſal. 144 1. Corĩ. 3. idem diuus Paulus cognouit, dicẽs: Neq; q plantat, neq; qui rigat eſt aliquid, ſed q incrementũ E
2. Corĩ. 9 dat deus, ipſe eſt qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicat ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ, vt in omnibus locupletati abundetis, in omnem ſimplicitatem. Ipſe eſt, qui manna & panem de cœlo, & ex cœleſti fornace iam coctum, & angelicis manibus piſtum demiſit, quo aliti ſunt in deſerto Iſraelitæ
Deuter. 8 Pſal. 77 per annos quadraginta, vnde dubitantibus illis, nunquid poſſet parare menſam in deſerto, pluit manna de cœlo, & panem angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abundantia. Dominus ergo eſt, qui benedictione ſua paſcit & dat eſcam eſurientibus. Hic & duplicia reddidit ſua benedictione in bobus, ouibus, camelis & aſinis, proculdubio daturus & nobis neceſſaria vitæ, & poſt hanc vitam, vitam ſempiternam. Amen, Amen.

SERMO POMERIDIANVS. XL.

Dominus benedixit nouiſſimis Iob, &c. vt ſupra.

ARGVMENTVM.

De ſancta benedictione.



Vperiori ſermone ſatis diligẽter, ſatisq; ingenue dictũ eſt vobis, nõ à F
Ioſue. 15 fortuna, ſed ex bñdictione dñi dari panẽ, dariq; diuitias. Et qm̃ oñes, & panẽ, & diuitias habere deſiderãt, in præſenti itaq; ac futuro ſeculo neceſſe viſum eſt nobis, vt & locũ inſinuemus, in quo & apud quem, nobis quærẽdus, inueniẽdusq; ſit nobis panis, vtcũq; vel quotidianus, vel ſupſubſtantialis. Et ecce occurrit nobis Bethlehem ciuitas quidem Iudeæ, quæ ſane regio vndecim vrbes & oppida tenuit, quẽadmodũ ſeptuaginta, ſua tranſlatione tradiderũt. Licet Hebræi nõ habeãt, forte ſuſtollẽtes, ne Chrũs vere putetur & inueniat eſſe de tribu Iuda. Et hæc ciuitas Bethleem vocatur, q̃d ſit domus panis, alioqui Ephrata dicta, q̃d frugifera ſit, vel à furore, q̃d ibi Herodes furorẽ exercuerit, occidẽdo pueros à bimatu & infra. Et Rachelis nomẽ habet, q̃d ibi ſit ſepulta Rachel, propter q̃d propheta de futura interfectione infantiũ prophetans, ait: Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus. Rachel plo-
Hiere. 31 rans filios ſuos, noluit conſolari, qa nõ ſunt. Hæc ciuitas diſtat à Ioppe quadraginta octo miliariis. Ad hãc Bethleem, domũ panis nos properare oportet, ſi Iehem, hoc eſt panẽ habere velimus. Iehem eñ ſignificat panẽ, & iuxta Hebræos, puer olim infans incluſus, q ne verbũ quidẽ audiuerat, neq; didicit, ſua ſponte Iehem primo protulit, panem poſtulans. In Bethleem itaque
Iohan. 6. panis inuenitur. Nã illic eſt in præſepio poſitus, q de ſeipſo dicit: Ego ſum panis vitæ. Ego ſum panis viuus, q de cœlo deſcẽdit, qui mãducat hunc panẽ, viuet in ęternũ. Iſte quoties benedixit, ſua ſancta benedictione panẽ, ſemper aliquid grandis miraculi ſequutum eſt. Neq; vnquã ſine benedictione panẽ dedit aut fregit. Quippe nõ habẽtibus diſcipulis, vnde turbã populi exatiarent, nimirũ quĩ quinq; tantũmodo panes præſto ac præ manibus eſſent, ecce in cœlum oculis
Matth. 14 ſubleuatis benedixit illos, ac ita multiplicauit, vt ex eis manducarint quinq; millia virorum, exceptis mu-

A ceptis mulieribus & paruulis, nihilominus duodecim cophini fragmentorum pleni inde reliqui facti sunt. Sic in solitudine septē panes habet, & sua sancta benedictiōe illos ita benedicit ac multiplicat, vt illis ac paucis piscículis, pauerit quatuor millia virorū. Verum enimuero multo efficaciori modo sua benedictione fecit, vt in cœna nouissima, ex pane suū corpus effectū creatumq; sit. Hodie q̄q; ea ipsa benedictione, sacerdotes catholici p vniuersum orbis terrę curriculū, itidem faciūt, quod in Eucharistia fecisse Christū liquido in aperto est. Benedixit etiā dñs panem hunc post resurrectionē, qui porrigebat duobus discipulis euntibus in Emaus. Sic ergo videtis, quātum p̄stet benedictio, quæ ex ore dei Opt. Max. promanat. Ipse em̄ bñdictus author est, vt panē habeamus. Sic Heliæ facit p̄beri panē subcinericiū, & in virtute atq; adeo fortitudine simplicis subcinericij panis, facit hūc ambulare, vsq; ad mōtē dei Oreb. Benedictio itaq; dñi, replet cellaria, redundare facit torcularia, ac horrea frumēto, vino & oleo, copiosiss. mē accumulat. Vñ Dauid: Benedicat nos deus deus nr̄, bñdicat nos deus. Quo loco deus ter reperit, quasi subintelligat: Nisi deus benedicēs benedicat, nō est salus neq; bñdictio. Sic ergo & si Melchisedech bñdictionē dederit super Abraham, & Aaron, supra populum, tamē hæc vera est benedictio, quā consueuit dare dñs. Sic em̄ ait ad Moysen dñs: Loquere Aaron & filijs eius. Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi dñs, & custodiat te. Ostendat dñs faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dñs vultū suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntq; nomē meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Et licet in testamento veteri sint benedictiones multæ, ita etiā vt moriturus Iacob, benedixerit omnibus filijs suis, etiā in benedictione non sine mysterio manibus cancellatis super Ephraim, & Manasse vsus sit. Tamen quādo benedictus dñs deus Israel

B visitauit, & fecit redemptionē plebis suæ valde acceptæ benedictiones locum habere cœperūt. Benedixit em̄ Zacharias, Benedixit Symeon ille timoratus, Benedicunt exercitus angelorum cœlestes, & laudant dñm. Sed hic benedictus, qui benedicit non solum panē Iobis, sed & nostrum panē, inuenitur in Bethlehem Iudæ, hoc est in domo panis, vbi famelici pastores saturati sunt. Quod si tu pane egueris, vel ad corpus, vel ad animā, nihil tibi securius erit, quàm vt cum pastoribus trāseas ad Bethlehē, neq; solus eris in via, illuc em̄ properāt & paupes pastores, & diuites reges Magi ab oriēte, cū muneribus, auro, thure, & myrrha honoraturi dñm. Hodie q̄dē quum pastores audiuissent Christum saluatorē natum in Bethlehem, dixerūt ad inuicē: Transeamus vsq; Bethlehem. & videamus verbum hoc, quod factum est. Veniētes itaq; inuenerunt, quemadmodum dixerat, & euangelizauerat angelus de cœlo. Sed non erat illic quēadmodum terribilis illa vox in paradiso, propter quā se abscondit Adam, ac timuit. Non quemadmodum in ardenti rubo deus, quando iussit, vt Moyses solueret calceamēta sua. Non erant ibi tonitrua, quemadmodum audita sunt, & visa fulgura, quando dominus descendit super montem. Sed hic in Bethlehem inuentus est, qui rex regum & dominus dominātium est, infans pannis inuolutus, & positus in præsepio. Mira quidem res est, quem cœli capere non poterant, qui cœlum & terram replet. Cuius cœlum sedes est, & terra scabellum pedum eius, ponitur in præsepe, iuxta bouem & asinum. Et primo omnium quęritur ac inuenitur à pastoribus. Sed sicut Abel pastor, omnium primus in Oreb inuenit dominum, ita & hic pastores primo natum inuenere dominum. Hic de pastore Moyse, de Amos propheta in pastoralibus Tecue nihil dicam. Satis est

C hic primo pastoribus annuntiatum esse natum saluatorem mundi. Quod si hunc thesaurum, & tu quærere & inuenire volueris, necesse est, vt in Bethlehē eas, & illic adores ac petas panē. Pulchra & sancta res est quærere dominum, sed longè sanctior inuenire eum, qualiter stella duce, etiam post pastores, tandem Magi ab oriente inuenerint eum, constat. Quærendum autem dominum, scripturæ docent. Sic enim Esaias ait: Quærite dominum, dum inueniri potest. Et Dauid: Quærite dominum, & viuet anima vestra, quærite faciem eius, quærite dominum, & confirmamini. Quo pacto vero quærendus sit dominus, hoc pastores illi simplices docuere. Nam iuxta verbum Sapientis, in simplicitate cordis, quærendus est ille. Sed non inuenitur à dormitantibus, & in vtranq; narem stertentibus, solum à vigilantibus pastoribus, & custodientibus gregem suum. Vnde per Salomonem de sapientia legitur: Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Qui hunc Bethlehemiticum panem inuenerit, reuera inueniet vitam, & hauriet salutem à domino. Inueniet thesaurum absconditum. In eo enim abscónditi sunt omnes thesauri diuitiarum omnium, sapientiæ quidem & scientiæ dei. Si diues effici cupias, ecce diues est in oēs, & ipse solus fecit, vt Iob adeo diues fuerit, quēadmodū à deo factū est, vt & Laban efficeret diues, etiā Ezechias, ac Salomon. Quod si nō quæsieris, nunq̄ inuenies. Quod si impiger extremos mercator currit ad Indos, vt diteſ, & ipse Iacob cū vniuersis filijs pro pane migrauit in Aegyptū, quid obstabit ergo, quo minus iter tuū ad Bethlehē acceleres, & in domo panis, apud magistrū panis orabis & dices: Panē nr̄m nō modo quotidianū, sed & τὸν ἄρτον ἐπιούσιον substantialem des nobis hodie, tum non indotatum sinet te abire, si saltē petas. Nam propterea parabolā tradidit, de eo amico, qui commodato panes accepit. Imò & hoc adiecit: Quęrite & inueni etis, petite & accipietis, pulsate & aperiet vobis. Nēpe q quærit, inuenit, q petit, accipit.

Matthæ.13 Quæramus itaq; cum pastoribus,& inueniemus eum thesaurum,& hanc margaritam, pro qua D
vendēda sunt omnia. Inueniemus ibi aurꝫ,thus,myrrham,& pretiosissima quæq; oriētis,quod
si non ieris, neq; filios tuos ire sinas, videbis quàmremotissimam abs te benedictionem Iobis
abfuturam,quin bruti,& locustæ deuorabūt fruges tuas. Nisi enim ille substantiam tuam, ac fi-
lios tuos, etiam te benedixerit,nihil eris,minusq; habebis. Pulsemus itaq; ad ianuam eius in di-
uersorio,& proculdubio aperietur nobis. Fiat. Fiat.

SERMO XLII.

Habitus in die Stephani patroni cathedralis ecclesiæ Viennensis.

Dominus benedixit nouissimis Iob,&c. vt supra.

ARGVMENTVM.

De inuidia,diaboli filia.

Iob vltimo

c.Coꝛ. 1

In li. biblicaꝝ antiquitatum.



Benedixit dominus Iobi,quod ei fuerint septē filij,& tres filiæ,& voca
uit nomē vnius Diem, & nomē secundæ Cassia,nomen vero tertiæ
Cornustibij. Non sunt autē inuētæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob E
in vniuersa terra. Non satis est patri misericordiaꝝ,& deo totius cō-
solationis dare Iobi nostro,tot oues,tot camelos, tot iuga boum, tot
asinas. Quin insup hoc etiā dedit,vt qui prius amiserat septē filios,&
tres filias, iam totidē recuperaret, primæ deniq; anonymæ fuerunt.
Quippe in scriptura sancta,de noībus illaꝝ nihil habemus,licet Philo
Iudæus in hæc verba scribat. Iacob autem accepit sibi mulieres, filias
Laban Asyri, Lyam,& Rachel,& duas cōcubinas, Ballā & Zelphā.
Et peperit ei Lya, Ruben, Symeon, Leui, Iudam, Isachar, Zabulon,& Dinam sororē eoꝝ. Ra-
chel autē,enixa est Ioseph,& Beniamin. Balla peperit Dan & Nephtalim. Et Zelpha peperit
Gad & Asser. Hi sunt filij Iacob duodecim,& vna filia. Et habitauit Iacob in terra Chanaan, &
Dinā filiā eius rapuit Sychē,filius Emor Corrꝫi,& humiliauit eā. Et ingressi sunt filij Iacob,Sy
Genes.34. meon & Leui,& interfecerunt oēm ciuitatē eoꝝ in ore gladij,& Dinā sororē suā acceperūt,&
inde exierūt,& postea accepit eā in vxorē Iob,& genuit ex ea quatuordecim filios,& sex filias
id est,septē filios & tres filias, antequā percuteret in passione,& postea septē filios & tres filias,
quādo saluus factus est. Et hæc nomina eorum, Eliphat, Emoe, Diasat, Philias, Diffar, Zellad,
Thelon. Et filiæ eius, Meru, Litaz, Zebi. Et sicuti fuerunt noīa prioꝝ, sic & nouissimoꝝ. Hæc
ex Philone Iudæo. Iuxta biblicā vero scripturā, primæ filiæ tres anonymæ. i. sine noīe fuerunt.
Præterea deus etiā hāc felicitatē adiecit,quod tam speciosæ fuerint, vt similes illis in vniuersa ter
ra inuētæ non sint. Sed dices: Num habere filios & filias, videre deniq; filios filioꝝ sit felicitatis F
Aristo. 1. Ethicorū finem versus. pars aliqua, nolumus hic Peripatheticoꝝ supremi retractare sniam dicētis: Non omnino felix
est,qui est sine prole. Sed sacris historijs ita testantibus: Si proles ex coniugio datæ nō sunt, infe
licitatis pars magna putabatur. Hoc indicant gemitus ac fletus sterilium mulierum, Lyæ quip-
pe & Annæ vxoris Helchanæ. Nempē Anna coram Heli amaro animo erat, quod sterilis &
1.Regū.1 ne puero fuit. Nam quę sterilis erat in lege, nec multiplicauit semē in Israel, contēptissima erat,
ita etiam, vt in fabulam & prouerbiū esset. Quæ vero peperit, benedictionē dei habuisse prę-
Psalm.127. mitur. Sic eñ Dauid exclamat: Beati omnes q timent dñm, qui ambulant in vijs eius. Labores
manuum tuaꝝ, qui manducabis, beatus es,& bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans in la-
teribus domus tuæ. Filij tui, sicut nouellæ oliuaꝝ, in circuitu mēsæ tuæ. Ecce sic benedicetur ho
mo, qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex Syon,& videas bona Hierusalē, omnibus diebus vi-
tæ tuæ. Et videas filios filioꝝ tuoꝝ pacē super Israel. Ex hoc psalmo plane edoceris, super eos
venire benedictionē dei, vt vxores veluti vites abundantes,& filios in circuitu mensæ videant,
qui timent dñm. Inter quos præcipuus erat Iob, qui tot testimonia etiam ex deo habet, quod is
videlicet timuerit dñm deum. Et ob eā causam ante & post tētationes totidē, illi filios filiasq; de-
dit dominus. Vltimum eñ tentationis periculum stabat in eo, quod quum Iobi nostro abessent
oēs amici ac noti, fratres atq; sorores, etiam nepotes,& vxor esset contraria sibi, iustam potu-
isset habere excusationis causam, si nunquā pmisisset, vt tereret limina domus suæ, sed etiā hoc
ipso vicit Satanā, vt rancorē cordis, liuorē edacē, ac inuidiam nō sectaret. Permisit eñ, vt in do-
mo sua panem comederent, neq; vtcunq; exigua, ac minutula munera spreuit, aut abiecit, sed
quo coronam gloriæ, sanctamq; dei benedictionem assequi posset, in finem vsq; perseuerauit.

Semel

A Semel qui posuit patientiæ manum ad aratrum, non retrospexit, id, quod Stephanum prothomartyrē ecclesiæ nostræ patronū, cuius celebritatē hodie agimus, fecisse Lucas scribit. Sic ēm sacra Actorū Apl'icorum testat' historia, q̄ Stephanus de septē diaconibus electus ab Apostolis, vnus ac primus erat, plenus fide & spiritu sancto, ita quod nō citra diuinā dispositionē Stephani nomē sortitus fit, eò nimirū, quod primus coronatus esset inter martyres Christi, primusq̄ coronā gloriæ meruit. Nec satis visum est illi fuisse Hierosolymis, sed Hierosolymis bene vixisse, illicq̄ bene vitā terminasse, vt qui nō ignoraret his, qui in finē vsq̄ cū Iobe perseuerarent salutē promitti. Prædicauit ille corā cōsilio, quoddā breue compendiū quinq̄ librorū Moysi, surrexer̄t aduersus eū de synagoga, quæ appellabat' Libertinorū Cyrenēsiū, ac Alexādrinorū & eorū, q erāt' à Cilicia & Asia, disputātes cū Stephano, quēadmodū tres amici Eliphas, Baldath & Sophor, disputarūt cū Iosue nr̄o. Quanq̄ illi q dē sapiæ & spiritui, q loquebat' ex eo, nequaq̄ resistere potuerint. Et licet in eum dissecarent cordibus suis & præ ira ac excandescētia striderēt dētibus in eum, cōtinuerintq̄ aures suas, ne audirēt eū, impetū quoq̄ fecerint vnanimiter in eum, eiecissentq̄ eum extra ciuitatē, ac lapidarēt, nihilominus ponēs genua sua, clamauit voce magna dicens: Dñe, ne statuas illis hoc pc̄tm̄. Proculdubio, qui sapiētia, fortitudine, & gratia, imò ipso spiritu sancto plenus & repletus erat, iamdudū sciebat Iobē figurā fuisse Christi, quādo Iob aduersus desertores, amicos, & notos, sese nullatenus vindicarit, sed & pro tribus amicis valde onerosis, ac intempestiuis cōsolatoribus, tam impēse intercessit, ita & anteaq̄ dñs noster in cruce pēdens inclinato capite tradidisset patri, & emisisset in manus paternas spm̄ suum, orat alta voce, dicēs: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt. Ab exēplo itaq̄ Iobis, Chr̄i, ac diui Stepha-

B ni prothomartyris & patroni nostri, discēdum est vobis oībus, nō esse reddēdum malum pro malo, sed vincere oportere in bono malū. Vnde Apl'us: Scriptū est, mihi vindictā, & ego retribuam dicit dñs. Sed & si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potū da illi. Hoc ēm faciēs, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed in bono vince malū. En obsecro, qd hic dicat Apl's: Si bñ feceris inimico, cōgeres carbones ignitos sup caput eius. Vt quū sibi carbones intellexerit, p suā indebitā misericordiā cōgregari, excutiat eos, hoc ē conuertat', & diligat te quē habuerat aliqñ perosum. Cæterū nō est misericordia, sed crudelitas, si ideo eā facias, vt illi aliquid peius eueniat, pro quo deū præciperis dēprecari. Itē hoc loco docet nos imitari deū debere, qui solē suum oriri facit sup bonos & malos. Cibādo ēm inimicum, & potādo eū ad pacē, vel reconciliationē prouocamus, vt si ille in malitia pstiterit, ignē suo cōgerat capiti, hoc est q̄d dñs ita prēcepit: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, qa frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade recōciliare fratri tuo, & tunc veniēs offeres munus. Et iterū audistis, quia dictū est: Diliges proximū tuum, & odio habebis inimicū tuum. Ego aūt dico: Diligite inimicos vestros, bene facite ijs, qui oderūt vos, & orate pro psequē tibus & calumniātibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solē suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Si ēm diligitis eos, qui vos diligūt, quā mercedē habebitis? Et si salutaueritis fratres vestros tm̄, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt. Estote ergo vos pfecti, sicut & pater vester cœlestis pfectus est. Hinc venit, quod toties in Euāgelio dñs meminit, quomodo pater cœlestis dimittat nobis debita nostra, & magna res est

C quod in oratione dñica quotidie dicimus, ac snīam sup nos ferimus, dicētes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quam conditionē in fine prēcationis tāquàm Gordij nodum soluit, dicens: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra, sin autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Propterea quum non modo septies, sed etiam septuagies septies cētenaria peccatorū nostrorū quotidie condonat, iniquum fuerit, si qñ proximus vnciā pectatorū admiserit, vt & illi nihil cōdonemus. Et ob id cōtinuo, inq̄ exemplū nostrū dñs in Euāgelio dimittit pc̄tā paralytici, pc̄tā peccatricis in ciuitate, pc̄tm̄ adulteræ mulieris, pc̄tā illius, cui dixit: Vade, noli peccare, ne deterius tibi aliquid cōtingat. Hinc ortū habet illa parabola de eo, cui fuere donata decē millia talēta, quæ debuit homini regi exigēti rationē, quod ille nō à simili exemplo etiam cōdonauerit cētum denarios cōseruo suo. Quippe tandē iratus dñs eius, tradidit eum tortoribus, quoad redderet vniuersum debitū. Ad quā parabolā in fine, sic ait dñs: Sic pater meus cœlestis faciet vobis, si nō remiseritis vnusq̄sq̄ fratri suo de cordibus vestris. Grauis itaq̄ imò grauissima snīa est aduersus eos, qui dimittere nolunt, quum tñ quotidie petunt orātes, vt remittant illis iniqtates suæ, & tegant pc̄tā sua. Venenum est itaq̄ in pcibus & bonis operibus maximum, inuidia ipsa, quæ pces nostras plerunq̄ cassas facit ac irritas. In pura itaq̄ simplicitate ambulare cum Iobe nostro, & nō solum dimittere, sed & rogare pro inimicis efficit, vt & ipsi benedicamur à dño. Nam q seminat in benedictiōibus, de benedictiōibus & metet, nō modo oues, boues, camelos, & asinas, filios & filias, sed & metet vitā æternā. Attēdite itaq̄ oēs, iam ēm propē est æstas, propē est messis. Idcirco sitis operarij boni, & veniētes venietis c ūexultatiōe, portātes in benedictione domini manipulos vestros, eritisq̄ benedicti à domino. Fiat. Fiat.

Lucæ. 9 Actorū. 6

Hieron. de institutiōe ad Paulinū.

Actorū. 6

Actorū. 7

Actorū. 7

Lucæ. 23

Lucæ. 12

Verba Hieronymi in epsam ad Romañ. 12

Matthæi. 5

Matthæ. 5

Leui. 19

Matthæ. 5

Lucæ. 6

Matthæ. 6

Matthæi. 8

Matthæ. 9

Lucæ. 7

Matth. 18

2. Corō. 9

Matth. 24

Psal. 125

Sermo

SERMO XLIII.

Dominus benedixit nouissimis Iob &c̃ vt supra.

ARGVMENTVM.

Longæuam & æternam vitã esse benedictionem domini.

Iob vltio

EXit autem Iob, post flagella hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios & filias, filiosq; filiorꝫ suorꝫ, vsq; ad quartam generationẽ. Ecce Adonay dñs. Non em̃ hic Elohim, sed Adonay misericors ille deus, diues in oẽs commemorat. Non modo em̃ dedit Iobi nostro, omniũ vsq; ad finem patiẽtissimo, duplicia, septẽ filios atq; tres filias, non vt priores anonymas, sed dedit hunc viuere tam diuturna vita, vt etiam post flagella, partam̃q; de Satana victoriã, vixerit cẽtum, quadraginta annos, ac viderit filios suos. Eorundem̃q; filios vsq; in quartam generationẽ. Et hæc est illa benedictio, cuius meminit in cantico graduum, Dauid ille propheta, dicẽs: Et videas filios filiorꝫ tuorꝫ. Meruit quidẽ Iacob videre filios filij sui Ioseph, & cancellatis manibus benedicere Ephraim atq; Manasse. Vidit & Noe filios filiorꝫ suorꝫ. Vixerat em̃ post diluuium trecentis quinquaginta annis. Sed pauci sunt, qui viderunt filios filiorꝫ suorꝫ. Pauciores vero, qui viderint filios filiorꝫ suorꝫ, vsq; in tertiam, quartam & quintam generationẽ. De Tobia em̃ seniore legitur, quòd viderit filios nepotum suorꝫ, factusq; sit cẽtum duorꝫ annorꝫ, & habuerit nepotes septẽ. De Tobia vero iuniore scriptura dicit: quomodo recesserit ex Niniue cum vxore sua, & filijs, & filiorꝫ filijs, & reuersus sit ad soceros suos, & clauserit oculos eorꝫ, perceperit̃q; omnẽ hæreditatẽ domus Raguelis. Viderit quoq; quintam generationẽ, & filios filiorꝫ suorꝫ. De Iobe vero, quid sacra dicat historia, nunc auditũ est. Præter hos duos, post diluuiũ vix vnũ aut alterꝫ arbitror inuenies, qui viderit quartam & quintam generationẽ. Etiam si Abrahæ dati sint anni cẽtum septuaginta quinq;, & in semine eius benedicẽdæ fuerint vniuersæ tribus & gẽtes terræ. Gratia vero benedictionis diuinæ est, vt quis longæuus sit super terram. Quippe diuturnitas vitæ à deo est. Sic enim ad populum Israeliticum per Moysen, dominus ait: Testes inuoco hodie, cœlum & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionẽ & maledictionẽ. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semẽ tuum, & diligas dominum deum tuum, atq; obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorꝫ, vt habites in terra, pro qua iurauit dominus patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis. Promittitur & vita longæua super terram ijs, si qui suos didicerunt honorare parẽtes. Sic enim inter præcepta decalogi scriptum est: Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam, vt sis longæuus super terram, quam dñs deus tuus dabit tibi. Hoc præceptum & hanc promissionẽ commemorat ipse doctor gẽtium Paulus, hisce verbis scribẽs: Filij obedite parẽtibus vestris in domino. Hoc enim est iustum: Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam, quod est mandatum primũ in promissione, vt bene sit tibi, & longæuus sis super terrã. Et: Patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & conuersatione domini. Siue itaq; terram intelligas, quam pedibus calcare solemus, de qua etiam scriptum est: Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominũ. Aut hanc terram (si mauis) de qua Propheta dicit: Credo videre bona domini, in terra viuẽtium. Et in monte dominus: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Pulchrum est videre longitudinẽ dierum. Maximè si quispiam fuerit benedictus à domino. Nam & si Ecclesiastes iste prædicator sapiẽtissimus Salomon, inter cætera sic prædicauerit: Laudaui ego omnes mortuos, qui olim mortui sunt sup viuẽtes, qui viuũt vsq; in præsens. Feliciorẽ vtroq; iudicaui, qui nec dum natus est, nec vidit mala, quæ sub sole fiunt. Et iterꝫ: Si genuerit vir, cẽtum & plures annos vixerit, & multi fuerint dies annorꝫ eius, & aĩa illius repleat̃ bonis, & sepultura nõ fit ei. Dixi, melius est sup eum abortiuum, hoc tamẽ sic recipi debet de his, qui afflicti sunt animi, & planè impij, & qui sepultura carẽt, re quidẽ pretiosissima, quam etiam Iob consequutus est, atq; adeo etiãnũ sepulturæ Iob extat monumẽtũ, sunt̃q; lamẽtis atq; dolentis verba. Sciebat em̃ Salomon oportere hominẽ sub Iesu duce prius transire desertum, videre corrui Hiericho, ac vastari Hai, quæ interpretatur abruptum, anteaq̃ quis in eam veniret terram, de qua Dauid: Credo videre bona dñi in terra viuẽtium. Sciebat quoq; id, quod etiã nouit Apostolus: Neminẽ immarcessibili corona coronari, nisi qui legitimè certasset, & vincenti dari manna. Sciebat nihilominus alibi vitã esse meliorem. Quapropter & genitor eius orat: Educ de carcere animam meam, hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et propterea Paulus: Cupio dissolui & esse cum Christo. Talẽ coronã meruit etiam ipse Iob. Sed si in cõparationẽ venire sinas hãc vitam, cum vita æterna, melior

Psalm. 127
Gene. 48
Genesi. 9
Tobiæ. 14.
Genes. 25
Deuter. 30
Exod. 20
Ephes. 6
Psam. 113
Psalmo. 26
Matth. 5
Eccl. 2
Iosue. 6
Psalm. 26
2 Timot. 2
Psalmo. 14
Philip. 1

A Melior est vna dies in atrijs domini super millia. Illic est eñ vera longitudo dieꝝ, vbi ostendit salutare dei, vbi amplius neq; luctus, neq; clamor, sed priora tranſierũt. Ibi sunt illi boni dies sine moleſtijs. Meruit itaq; Iob hic fieri ſenex atq; longæuus. Et alibi, vt cũ eo quẽ redemptorẽ cognouit, è lymbo liberatus in cœlũ aſcẽderet, ac vitã æternã haberet. Et hodiernũ Euangeliũ nobis duos Apoſtolos oſtendit, Petrũ atq; Iohannẽ, qui ſępe ſimul extiterũt. Quippe ſimul fuere in tranſfiguratione ſuper montẽ Thabor, ſimul in cœna, ita vt Symon Petrus annuerit Iohãni, vt interrogaret, qs nam traditurus eſſet dñm, fuere ſimul in horto, & quũ Iohannes prior intraſſet in domũ Annæ, fecit vt oſtiarii etiã intromitteret Petrũ. Dein vnà currẽtes, feſtinarunt ad monumentũ, licet Iohannes in curſu præuenerit Petrũ. Petrus aũt primus monumentũ intrauit. Simul item in piſcatione fuere. Sic & hodie ſimul ſunt, & hac quoq; benedictione gaudẽt quod inſtar Iobis vterq; factus ſit ſenex. Quãobrẽ quũ hodie diui Iohãnis Apli atq; Euãgeliſtę feſtiuitatẽ agimus etiã hoc tacere non poſſumus, eũ ad ſenectutẽ ſatis bonã pueniſſe. Quippe Tertuliano teſtãte, ad tẽpora vſq; Traiani vixit Iohãnes Euãgeliſta, & ſub Domitiano paſſus eſt exiliũ in inſula Pathmo. Hunc diſcipuli putauere non moriturꝝ, ſed non dixerat dñs, hũc nõ moriturꝝ, verꝝ interrogauerat Petrũ: Si eũ volo manere donec veniã, quid ad te? Nam Petrus memor erat verboꝝ dñi, de ſenectute ſua, qua ſic dñs ait: Quũ ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Curioſitate itaq; quadã commotus de diſcipulo, quẽ diligebat Ieſus, q & ſupra pectus dñi recubuit, dicẽs: Quis eſt dñe, q tradet te? Dicit: hic aũt qd: Dos ergo diſcipulos ſimul ad ſepulchrũ dñi currẽtes, etiã ſenes fieri voluit dñs. Licet hæretici sint noſtroꝝ tẽpoꝝ, qui p inuidiã ſcripſerint Petrũ nunq̃ veniſſe Romã, ſed cõtra oĩm catholicoꝝ B veracã ſnĩam, hũc occubuiſſe primo tpe poſt aſcenſionẽ dñi, & forte ſub Herode quẽadmodũ Iacob. Sed fruſtra tentarũt hanc eoꝝ ex diabolio mendacioꝝ pre doctrinã perſuadere ijs, quoꝝ mens & vita à catholicoꝝ ſentẽtijs ſemp, q̃ ab illoꝝ nugis pẽdere maluerũt. Nã de Herodis carcere, p angelũ eductus eſt Petrus. Et ad Petrũ dñs ait: Quũ ſenueris, nõ ergo iuuenis, ſed ſenex mortuus eſt Petrus, ita & Iohãnes. Quid q Petrus ter fatet ſeſe amare dñm, vltimo loco dicẽs: Tu ſcis dñe, q a amo te. Præterea Iohãnes Euãgeliſta, non ſolũ dilectus Chri diſcipulus erat, id quod ei peculiare eſt in Euãgelio pre cęteris oĩbus Aplis, ſed & ipſe dilexit dñm. Et nõ eſt inter Aplos aut Euãgeliſtas, q charitatẽ ac dilectionẽ toties cõmemoratit, ſicut idẽ ipe Iohãnes protho cãcellarius dñi. Id quod indicat diuina illa contio in cœna nouiſſima. Teſtant illud idem canonicę tres, & tot reuelationes in Apocalypſi, vnde cũ ita vterq; dilexiſſet dñm, propterea diuturniori vita donati ſunt. Quantæ vero patientiæ fuerit, quaſi alter ille Iob, paſſionis eius hiſtoria tradit. Illius autẽ vitã & liberos explanat diuus Hieronymus, atq; alij. Reuertẽtes ad Iobẽ itaq; noſtrum μακρόβιον, hoc eſt, longæuum fateamur ingenue, id ex benedictione dei effectũ. Quare vno ore atq; deuotiſſima mente ac deſiderio precemur viri chariſſimi, vt beneficio, ac benignitate Dei Opt. Max. omnes nos in hoc quidem miſeriarum ergaſtulo vitã ad multos annos, alibi vero vitam beatam, & eam quidem ſempiternam conſequamur. Amen.

Pſalm. 83
Apoc. 21
Matth. 17
Lucæ. 22
Iohan. 18
Iohan. 20
Iohã. vltio
Qñ enim in Græco legit ἐαμὲ λῳὰυτὸμ μο νεμ, & ἐαμ, ſi nõ ſic vaꝝ leat, ppter rea legẽdũ eſt: Si eum volo manere, & nõ ſic eũ volo manere.
Actoꝝ. 12
Iohan. 21

C

SERMO QVADRAGESIMVSQVARTVS ET eius Thematis vltimus.

Mortuus eſt Iob ſenex et plenus dierum. Verba ſunt ſacratiſſimæ hiſtoriæ Iobis, vltima, vltimi capitis.

ARGVMENTVM.

Felicitatis vltimam partem eſſe vitam æternam.



NIntellexiſtis chariſſimi quotidianis prædicationibus ex Iobis hiſtoria quàm felix ab initio vir fuerit in terra Huſs, Iob nomine, & quantis calamitatibus in medio vitæ idem Iob, qui dolentis nomen habuit, adobrutus ſit, ac tandem poſt victoriam de Satana, vxore, amicis, nepotibus, conſiliarijs, ac ſeruis partam, quo pacto benedictione domini, data ſunt illi duplicia, & quod illi donatum ſit, non ſolum videre ſeptem filios, & tres filias, ſed & filios filiorum, vſq; in quartam generationem. Et quod hæc reuera fuerit mutatio dexteræ excelſi dei. Iam poſtremo loco mors venit, vltima linea rerum, mors quidem quæ omnia æquat. Pallida (inquam) illa mors, quæ æquo pede pulſat pauperum tabernas, regumq; turres, & quæ viſa eſt per Iohannem in inſula Pathmos, ſub Domiciano inſidere equo pallido. Cui data eſt poteſtas ſuper quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, morte, ac beſtijs terræ. Domina Gentium per vniuerſam terram. Et licet teſtimonio

Iob. 1
Claudius Claudianꝰ de raptis ꝓſerpinæ.
Apoca. 6

monio Adonay & Elohim, Iob vir ille fuerit ſimplex, rectus, timens deum, retinens innocentiam ſuam, ſeruus domini, cui etiã non ſit inuentus in terra ſimilis. Nihilominus tñ vitæ illius poſtremum curriculum quiddam, cum comœdia commune habuiſſe apparet. Non ignoratis autem, qui titulo eruditorũ cenſemini tragœdiæ hoc dari, vt principium eius ſuaue ac iucundum, finis vero ſubtriſtis, ac potius lugubris. Comœdiæ autem exordium turbis tumultuoſum. Caſtaſtrophe vero & extremus actus, læto rerum exitu oñino applauſibile ſemper habeatur. Iobis igitur hiſtoria (vt ſummam tandem manũ illi imponamus) tragicũ iuxta ac comicũ, hoc eſt, inauſpicatũ & lætum finem habet. Mortuus quidem eſt Iob, & hoc veriſſimè tragicũ exiſtimari poteſt. Mortuus eſt aũt ſenex, & plenus dierũ, & vtrũq; comicũ. Iam ſi grammaticos interrogaueris, non inuenies eſſe vel dictionem, vel participiũ aliquod eius terminationis, (vt ipſi vocãt) quale ẽ participiũ, mortuus, & forte non ſine myſterio. Nam & ſi quaſi per antiſtrophonta diſputetur, num quis moriatur, quando viuat, an quando mortuus ſit. Ex libro Regnorum ſecundo probatur hoc, quod illic legitur: Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram. Aduerte quid hoc ſit: Omnes morimur. Dicit Apoſtolus: In Adam oñes eſſe mortuos. Et idem Apoſtolus: Statutũ eſt oñibus hominibus ſemel mori, ſed longe verius ac rectius dictum eſſe puto: Nos oñes mori. Nam ab eo tempore, quo ſingillatim cor vniuſcuiuſq;, id eſt, anima imprimit, & aliquid viuere dicit, ad mortẽ ire, declinare, & properare dicit, & ob id vere oñes morimur. In vltimo vero inſtanti, qñ ſicut araneæ tęla vita ſuccciditur, & poſteaquã aliquandiu ſecundũ poetas non vſq; adeo hac inuentione contẽnendos Clotho filũ baiularit, Lacheſis traxerit, Atropos occauerit, iam verè imo veriſſimè dictum eſſe putes.

2. Regũ. 12 Romañ. 5. Hebręo. 9 Iob. 7

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.

Hæc & ſi ab Ethnicis dicta ſint, tibi tamen contẽnenda non ſunt. Nam hęc & his ſimilia p̃dicauit, & tentatus eſt Iob ille noſter, reuera Philoſophorũ naturaliũ & moraliũ princeps, ac ſupremus oĩm, doctiſſimuſq;. De vita eñ hominis breui, miſera, lubrica, ac plane aſpernanda, nemo (niſi me fallat iudiciũ) melius, breuius, ac ſanctius dixit: Audi pĳs & patientibus auribus, qd ille qui plenus dierũ erat, de diebus vitæ ſuę, Iob (inquã) reſponderit Eliphę amico ſuo inter cętera: Sicut dies mercenarĳ, dies hoĩs. Et iterum: Dies mei velocius tranſierunt, q̃ à texente tęla ſuccidit. Et in eodẽ ſermone ac reſponſo, ne vitã ſuã putaret aliquid eſſe, dicit: Parce mihi domine, nihil eñ ſunt dies mei. Et ad Baldath verba faciẽs, inter cętera dicit: Dies mei velociores fuerũt curſore. Fugerũt, & non viderũt bonũ. Pertrãſierũt quaſi naues poma portãtes, ficut aquila volans ad eſcã. Et ob id tandẽ poſt felices & infelices ſucceſſus ſacra Iobis hiſtoria, iuxta cõmunẽ ſententiã à Moyſe amico dei, conſcripta finẽ habere cœpit in eo, quod poſt flagella, qñ Iob vixit centũ quadraginta annis, etiam ipſe mortuus ſit. Nullũ equidẽ vt ingenue dicã, quantũ memoriæ meæ ſuppetit, verbũ huic terminatiõi ſiſ'e reperies, etiã ſi mille Capros, Priſcianos, Diomedes, Sulpitios, Mancinellos, Perotos, Guarinos, ac cæteros id genus grãmaticos quæſieris, etiã ſi adieceris tabulas Zebetis, Laſcarũ, Theodorũ Gazam, alioſq; complures. Vſitatiſſimũ tñ eſt, poſt longæuos ac diuturnæ vitæ prudentes, diuites, pios ac impios legere, ac audire mortuũ eſſe longæuæ vitæ hominẽ. Sic eñ ſcriptura ſacra recenſet: Omne tẽpus, quod vixerit Adã, annos fuiſſe nongentos triginta. Tamen in fine addidit, & mortuus eſt. Facti ſunt oñes dies Zeth nongentorũ duodecim annorum, & mortuus eſt. Dies Enos nongenti quinq; anni fuere, & hic mortuus eſt. Oñes dies Chanaan, facti ſunt nongenti decẽ anni, & mortuus eſt. Dies vero Malaleel nongenti quinq; anni, & mortuus eſt. Dies vero Iareth oñes, nongenti & ſexaginta anni, & mortuus eſt. Vixit aũt Mathuſalem nongentos ſexagintanouẽ annos, & mortuus eſt. Lamech dies facti ſunt, ſeptingenti ſeptuaginta anni, & mortuus eſt. Ecce iam recẽſitos habes eos, qui vitæ longioris à condito orbe fuiſſe legunt, vſq; ad nos in vno eodemq; capite, quinto geneſeos, inter quos oẽs natos inuenies extitiſſe mortales, ac mortuos, vno dempto, cuius nomen erat Enoch pater Mathuſalẽ, qui ambulauit cũ deo, & non apparuit, qa tulit eũ deus. Non ergo mirabere, ſi de patre, de fratre, de amico, de ſocio, de pio, de impio, interrogatus fueris, ac reſpondere cogaris: Mortuus eſt. Nam quẽadmodũ nunc intellexiſti etiã ĩs, qui principio mũdi proximi fuere, idem contigit. Quod ſi reges, diuites, prudẽtes ac imprudentes, pios ac impios quęſieris, hoc idẽ deprehẽdes. Vixit Abrahã cẽtũ ſeptuaginta qnq; annis, & mortuus eſt. Vixit Iacob cẽtũ quadraginta ſeptẽ annis, & mortuus eſt, Ioſeph expletis centũ & decẽ vitæ ſuæ annis, & mortuus eſt. Vixit Moyſes centũ viginti annorũ, & mortuus eſt in terra Moab. Vixit Ioſue centũ decẽ annis, & mortuus eſt. Mortuus eſt item Othoniel. Mortuus Gedeon. Mortuus Iepthe. Mortuus eſt Samuel. Mortuus eſt Heliſęus. Mortuus eſt Dauid. Mortuus eſt Salomon filius eius oĩm ſapiẽtiſſimus. Et dies me deficeret, ſi mortuos recẽſere pergã. Satis fuerit vobis adeſſe præſens, ſi Iob, figura Chriſti, mortuus eſt, etiã ipſe Chr̃us mortuus eſt. Nec modo mortuus eſt Iob, ſed honorifice ſepultus. Quippe ſepulchrũ eius oſtenditur non longè à Damaſco Syriæ, iuxta Sinã in terra Huſs ad Traconitidẽ regionẽ. Toties itaq; imminẽte nobis morte, ipſo magiſtro veritatis, doctore gentium, Paulo teſtante, & teipſum aliqñ viſites. Neſcis eñ an etiãnum

Geneſ. 29 Geneſ. 50 Deuter. 34 Ioſue. 24 Ioſue. 8 Ioſue. 12 1. Regũ. 25. 4. Regũ. 13

breui

breui moriturum scias. Quippe mors est domina gentiũ,& falce sua nemini parcit,nec diuitis nec pauperi,nec iuueni,nec seni. Et ob id Iobis mors proposita nobis est,vt & nos mortis futuræ memores simus. Quare per Iesum filium Syrach ita scriptum extitit: Memorare nouissima & in æternũ non peccabis. Et Moyses: Vtinã saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. De Ezechia rege legitur,quod is annoꝝ vitæ obtinuerit inducias quindecim, tandem etiã & ipe mortuus est. Quẽadmodũ & ipse Iob,& antecessores oẽs illius. Hoc tamẽ fœlicitatis insigne assecutus est,ꝙd mortuus sit senex,hoc est in debita veneratione. Nẽpe magna fuit quondam capitis reuerẽtia cani. Inꝯ suo pretio ruga senilis erat. Et per Moysen iussu domini ita ꝑceptum est: Coram cano capite,consurge. Propter quod in quarto Regnoꝝ libro legitur,de Helisæo propheta sene: Quũ ascendisset in Bethel,pueri parui egressi sunt de ciuitate,& illudebant ei,dicẽtes: Ascende calue,ascẽde calue. Maledixit eis in nomine dñi Helisæus,& egressi sunt duo vrsi de saltu,& lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. Licet itaꝙ veꝝ sit inueniri & esse aliquos senes pessimos,quales fuere duo senes illi,qui Susannã opprimere voluerũt. Qualis forsan erat etiã Heli senex valde.i. Regum.2. Qui quum audiret malum,quod fecerant filij sui,non nisi leuissimis verbis eos corripuit,propter quod sacerdotiũ perdidit,& duo filij Ophni & Phinees in bello mortui sunt. Ipse vero Heli cecidit de sella retrorsum, & fractis ceruicibus mortuꝰ est. Tamen in senioribus,quum sit prudentia,& iuxta verbum Iobis nostri: In antiquis est sapientia,& in multo tempore prudentia,idcirco venerabilis est ipsa senectus. Quod aũt in antiquis sapientia sit,hoc pulchre probat Roboam historia: Quum enim Roboam vsus esset iuuenum consilio,spreuissetꝙ seniores,tantummodo super duabus tribubus rex cõstitutus est. Cõmoda vero & incõmoda senectutis si recensere instituero,dies & anni me deficerent. Attamẽ vnũ vobis ex sacris literis sufficerit,quod de Bercellai octogenario sene scriptũ est: Erat autem Bercellai Galaatites,senex valde octogenarius,& ipse præbuit alimẽta regi,quũ moraret in castris. Fuit quippe vir diues nimis. Dixit itaꝙ rex ad Bercellai: Veni mecũ, vt requiescas securus in Hierusalem. Et ait Bercellai ad regẽ: Quot sunt dies annoꝝ vitæ meæ, vt ascendam cũ rege in Hierusalem. Octogenarius sum hodie,nunquid vigent sensus mei ad discernendũ suaue aut amaꝝ: aut delectare potest seruũ tuum cibus,& potus,vel audire possum vocem cantoꝝ atꝙ cantatricũ. Quare seruus tuus sit oneri dño meo regi? Paululum procedã famulus tuus ab Iordane tecum. Non indigeo hac vicissitudine,sed obsecro,vt reuertar seruus tuus & moriar in ciuitate mea,& sepeliar iuxta sepulchrũ patris mei,& matris meæ. Senex itaꝙ mortuus est Iob, hoc est,qui permissione dei contentissimus fuerat,honorabilis effectus est,mortuus est,nõ modo senex,sed plenus dierum. Sed quid hoc sibi vult? Si senex,ergo plenus dieꝝ fuisse præsumitur. Sed hoc non sine mysterio dictum est,quando ne iota quidem,aut apex perit de sacris literis,ita vt frustra ponatur. Nam quod senex ponitur,hoc ad vitã præsentẽ, quod vero plenus dierum ad vitam æternam pertinet. Commune est enim scripturæ sanctæ,vt pio aliquo homine mortuo,dicat hunc mortuum esse in bona senectute,& plenum dierum. Sic de morte Abrahæ legitur his verbis. Fuerunt dies vitæ Abrahæ centum septuaginta anni,& deficiẽs mortuus est in senectute bona,profectæꝙ ætatis,& plenus dierum,congregatusꝙ est ad populũ suum, & sepelierunt eum Isaac & Ismahel filij sui in spelunca duplici. Videꝭ itaꝙ omnium fœlicissimum finem Iobis nostri,ita vt ille consequutus sit gratiam dei optimi. Alibi vero,vitam sempiternam,ad quam perductus est,quando saluator & redemptor eius, imo & omniũ nostrum resurrexit à mortuis,ac ascendit ad cœlos. Det & nobis, id quod ardentissimis votis, atꝙ adeo vno ore omnes viri Christiani præcemur,deus. Ex quo, per quem,& in quo sunt omnia, post hanc vitam, vitam sempiternam. Fiat fiat.

Eccl. 7
Deute. 32
Esaiæ.38.
Leuit. 19.
4.Reg.4
Daniel.13.
1.Reg.4
Iob.8.
Iob.12.
Sapiæ.4.
3.Reg.12
2.Regũ.19
Matth. 5
Gene.25
Romañ.11

Soli deo honor & gloria,per infinita secula seculorum, Amen.

IOHANNES EPISCOPVS VIENNENSIS, Ad Lectorem.

SEntentia nostræ nunq̃ fuit,neꝙ per gratiã altissimi vnquam erit,vt etiã transuerso digito ab ecclesia catholica discedere velimus. Non ignoramus enim eum certo periturũ,qui veniente diluuio,extra arcam Noe inuentus fuerit. Eapropter si qua parte erratum est, vel hoc, vel forsan quopiam alio libro nostro, quod tamen hucusq̃ non deprehendimus,nec ab orthodoxis ac sanctis dei hominibus,qui spiritu dei inspirati,loquuti fuerunt, iuste vnquam reprehẽsi sumus,ad præsens retractamus quicquid errati admissum est. Et quo tu cãdide lector,summam contionũ nostrarum ex Iobe facilius colligas,en tibi indicem sermonum addidimus.

IOHAN. FABRI EPISCOPI VIENNEN.
CASPARIS VRSINI VELII,
EPIGRAMMA.

Qualia ſollicito curauit tela tonanti,
Mulciber aduerſus, horrida, terrigenas,
Cum fera cœlicolis Titanes bella mouerent,
Impiaq; in magnos arma tulere Deos?
Præcipites quando ille viros in tartara adegit,
Exoluitq; deum territa corda metu.
Talia, magne FABER, moliris tela, nephandas
Auerſusq; acies, impiaq; arma virum,
Qui magnum aggreſſi manibus reſcindere cœlum,
Pacis amatores ſollicitant ſuperos,
Omniaq; horrendo miſcent, agitantq; tumultu?
Hos contra valida tu facis arma manu,
Arma quibus deus ipſe ſuum defendere cœlum,
Poſſit, & eſt telis tutior ille tuis.

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI, AC DOMINO,

Domino Staniſlao, Epiſcopo Olomuzeñ. Iohãnes Fabri, Doctor, ſalutem & gratiã precatur, ab eo, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.



IN Morauiam nuper ſequutus, Regem inuictiſſ. ac potentiſſimum Ferdinãdum, dominum meum clementiſſimum: vbi cum alijs erroribus pullulantium hæreſeon tum nephãdo Anabaptiſmi lauacro, complurimos inueniſſem, haud aliter quam lœtiferi gurgite veneni ſub merſos: perculſus rei tam inſolentis ac nephariæ nouitate, ac deinde ſimplicis popelli miſertus, ſuper tam atroci facinore, aliquot contiones habui: quas deinde tantum nactus otij, e Germanico ſermone, in Latinum cõuerti: propterea, quod bona pars Morauorum linguæ noſtræ ſcientiam nõ habet, quibus ædendis cum patronum diſquirerem, cui nũcupatim dicarentur, tu vnus occurriſti longe primus, & digniſſ. cui nõ ſolum hoc operis, ſed quicquid eſt, perfectiſſimarum lucubrationum, a doctiſſimis quibuſq; elaboratarum iure optimo nũcupari debet. Qui præterquam et ſis ſingulari, et excellẽti eruditione præditus, quoſcũq; noſti, vel mediocriter literis imbutos mero amore complecteris, egentes opibus iuuas, ſplendidos alioqui muneribus honeſtas, et veneraris, ita, vt merito inter doctos, liberaliſſimus, inter liberales, doctiſſimus habeare: & ſi tui ſimiles Germania omnes, vt deniq; multos Epiſcopos haberet, profecto, aut nunquam, ſcelerata Lutheranorum factio extitiſſet, aut exorta non tanto pere inualuiſſet, inueteraſcetque: nunc orbi terrarum negotium faceſſunt, & ſimul diuina ac humana peſſundant, omniaq; extremum rapiũt in diſcrimẽ,

& q̃uis

& quamuis totis viribus connixi simus aliquot, attamen pauci, qui tot monstra enascentia, quotidie excindere conamur, tamen portentosa fœcunditate ita præstant, vt veluti Hidræ capite vno abscisso, alia decem subito renascãtur, ad quæ quidem conficienda, Hercule opus fuerit Christiano, qui perculsam rempublicam, tandem aliquando (quod fore propediem auguror) restituat, neqꝫ spes vana est apud Morauos, posse religionẽ integrari, si me nõ fallunt animi multorum, ac præcipue principem locum obtinentiũ. Qui cũ alia fœda ac scelerata facta detestantur, tum ab retingendi abusione nephanda & impia, incredibilem in modum abhorrent. Itaque non dubium est, vel tuo exemplo, quo non nisi recte facere docentur, multos confirmari, ac plures ad sanitatem reduci posse: ipse quoque, si hoc nostro studio ac concionãdi labore, vt spero, nonnihil profecero, deo immortali merito gratias agam: Tibi vero, si intelligam hosce sermones gratos eẽ, & tuo iudicio probatos, gaudebo, qui tuo cãdidissimo nomini dicati, quod fœlix, faustũqꝫ sit, ac pijs Christoqꝫ fidelibus salutare, audacter emissi nunc euagãtur, eiusdẽ nominis tui pſidio tuti, fauoreqꝫ immẽso grati oĩbus, haud dubie futuri. Datũ Pragæ, XXIIII. Aprił. An. a Chro nato. M. D. XXVIII.

AD EXIMIVM ET DOCTRINAE, PIETATIS, ET VIRTVTIS LAVDIbus, celeberrimũ principem, Stanislaum Turſonem, Episcopum Olomuczensem, dignissimum Mœcenatem suum optime meritum.

GEORGIVS LOGVS SILESIVS.

TVrso pater castæ exemplum pietatis, & almæ
Virtutis lumen, præcipuumqꝫ decus,
Cui syncera fides, bonitas, paxqꝫ aurea cordi,
Semper & in studijs, otia trita bonis.
Relligio in primis, & prisce laudis honores,
Et Musæ, & Charites, doctaqꝫ corda virum:
Aurea quem decuit, tam sanctum, in secula quondam
Incidere, aut vitam degere cœlicolum,
Nec sub mortali, talem te lege creari,
Quando colit terras, ferrea progenies,
Illo te decuit, nascentem in tempore Diuos
Inter & Heroas, viuere semideos,
Sponte sua tellus quando omnis cuncta ferebat,
E facili fundens, cuncta inarata, sinu
Nam tunc, perpetui, florebant veris honores
Aurea pax, virtus aurea, cana fides,
Ast illi vmbroso in nemore, aut prope fluminis vndam,
Qua vitreas, blando murmure, torquet aquas,
Iucundos auium cantus, strepitumqꝫ Fauoni,
Dum teneros flores, spargit in ora procax,
Audire, & soliti fragrantes inter odores,
Cespitis in molli sternere membra thoro,

Quos inter vates, cecinit, qui primus ab alto
Ventura in terras numina, quiq; deum
Carmina sancta quidem, digitis cum voce loquutus,
Fatidico sanctus promit ab ore senex,
Ah nimis ingrato seclorum in tempore es ortus,
Non hæc te talem talia secla decent,
Nam quæ te indigno fortuna inimica dolori
Obiicit, aut quæ nam tristia fata nimis?
Talia vt inciderent, atq; in tua tempora monstra
Pernities hominum, pestis & atra deum
Quis studium, innocuæ nullum est bonitatis & æqui,
Omnia qui in terris perdita versa volunt
Omnia sacra prophana, malo permixta furore,
Quis nec cura hominum, cura nec vlla dei.
Sacra nouant, diræ genus impietatis, & audent
Tinctum iterum in sacro tingere fonte caput,
Damnantes decreta patrum, ritusq; probandos,
Sacraq; maiorum prodita & ore dei,
Quin ipsum (horresco referens) detrudere cœlo
Nituntur, casta cum genitrice, deum
Numina iam terris sibi pulsa, & auerna sub alta
Condita & horrendi sub Phlegetontis aquas,
Audiat hæc olim, ventura hæc audiat ætas,
Et sceleri huic vllam possit habere fidem
Herculeo inuictoq; animo, fera monstra, sed arcens
Vsq; renascentis desecat anguis opus,
Cudit, & ignipotens FABER, ignea tela, sagittas,
Dum sacri eloquij fulmine, & igne, tonat,
Titanasq; Ioui æthereo fera bella mouentes,
Sternit ad ardentes, vsq; Acherontis aquas,
Vulcano melior FABER, hic tela omnibus vnus
Suggerit, hic idem cudit, & ipse ferit,
Vtq; Ioui alta petẽs, volucrum regina ministrat,
Fulmen, & artifici, tela parata, manu,
Taliter armipotens, diuinæ inclusa pharetræ
Turso tibi mittit, fulmina certa FABER,
Quis vsi pariter Turso fortissime, vbiq;
Inuicta adseritis, sacra Deosq; manu
Macti, ambo, virtute, ambo, præstante labore,
Quos Diuum atq; hominum, tam pia cura tenet,
In terris homines vobis dent præmia digna
In cœlo superi, dent bona cuncta boni.

IN NOVARVM SVPERSTI-
tionum authores Iohãnes Rosinus.

Quæ vestras mentes, furiosa agitare libido
Informes animæ nunq; satiata quiescit?
An non sæuitum satis est? nostriq; cruoris
Exhaustum? nondum vestris erroribus orbis
Condignas soluit pœnas? tot millia late
Agrestum concisa iacent, orbataq; matres
Pignora complexæ lugent, fœdata ruinis
Tot loca vasta situ squallent, delubraq; Diuum
Funesta temerata manu: quin Pelion ossæ
Ingeritis magnoq; mouetis bella Tonanti?
Hoc super, hoc reliqui nobis audacia fecit.
O scelus, ô facinus, nostro sceleratius æuo
Quid fieri poterit? prætextu relligionis
Fallimus, & vultum vitijs prætendimus, atrox

Humani

Humani generis prædo, ludibria fecit
Nos sua: præcipites fraternum rumpere fœdus
Diuersi ruimus, facies non vna malorum
Non vnum genus errorum, pars plurima summo
Pontifici bellum denunciat, omnibus vnum
Esse sacerdotij ius autumat, vna salutis
Cui spes est, nullis Diuum se credere votis:
Libera (proh nimium) vulgi dum frena remittunt,
Atq; arctos alij veteris dum relligionis
Exoluunt nodos, infernaq; regna, metusq;
Vltricis flammæ contemnunt, sacraq; damnant
Maiorum seruata pie, ac tot culta per annos
Eheu, quam miseris stragem: quæ damna dederunt:
Quanta malis scelerum patefacta licentia mundo
Extremum exitium minitatur: in vltima præceps
Voluitur hoc æui, videor audire tremendi
Iudicis ex alto signum, non vlla timenda
Vis maior scelerum, fraterni fœdera amoris
Nunquàm læsa magis, fratres en impia contra
Arma ferunt fratres, natis nunc esse parentes
Ludibrio, iussus famulos contemnere heriles
Cernimus in peius totus consumitur orbis:
Errorum tantum peperit, tantumq; malorum
Dira superstitio, veterum decreta refigens.
Magne FABER, summi, quando te certa Tonantis,
Has contra tenebras, atq; impia monstra, voluntas,
Vindice constituit verbo, tu lumina mundo
Redde agedum misero, tetras caligine mentes
Exue, securoq; vagas errore bidentes,
Exceptas humeris, refer ad præsepia veri
Pastoris, nullis cædendo laboribus ardens
Terrigenas, de more, truces demitte sub vmbras,
Illues vmbras Herebi, noctemq; profundam.
Promeritis posito, mortalis munere vitæ,
Ambrosia dulci, & diuini Nectaris haustu
Exinere immortale æuum, fœlicibus horis
Coicedet superum pater, & regnator Olympi.

IOHANNIS FABRI

EPISCOPI VIENNEN. DE BAptiſmo paruulorum contra Anabaptiſtas.

SERMO PRIMVS.



Iohan.19
Iohan.vlt.

Mat.7. 24
2.Petri.2
1.Timot.4
2.Timot.3
2.Petri. 3
1.Iohan. 4
Eccl. 50

Hariſſimi,nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, vtrũ ſint ex deo.1.Iohan.4.Dilectus Chriſto diſcipulus, diuus Iohannes, cui matrẽ ſuam Mariam affixus cruci,dñs cõmendauit,Apoſtolus, Propheta & Euangeliſta,qui vltima in cœna accumbens in dñi ſinu acquieuit,de pſeudoprophetaꝝ ſpiritu,omnes Chriſtifideles,fideliſſime præmonuit,& quẽadmodum Chriſtus, Petrus, Paulus, aliiq; ſancti præuidit,ac prædixit, extremis temporibus coorituros aliquos,eosq; non paucos,qui gloriarentur ſe veros dei ſpũs habere,ſe à deo miſſos fingerent,à deo aũt miſſi non erant,de veritate gloriarentur,erãt aũt mendacia,& Sychimitaꝝ ſpũs errorum.De quibus etiam Paulus.1. ad Timoth.3.&.4.In nouiſſimis temporibus fore,vt quidã diſcederent,& fidem deſererent,attendentes ſpiritibus erroꝝ:hæc tempora vereor nunc impendere,cum videam,noſtra memoria,quoſdã tumultuarios,furibundos,qui in angulis extitere tenebrarum ſpũs Germaniã admiſiſſe. Videmus eñ(proh dolor)paucis annis,plurimis in locis,varia ſchiſmata,multa inaudita,noua decreta,in veteri noſtra indubitata fide extitiſſe eorumq; cõtagia ſenſim (opinione hominũ latius)ſerpſiſſe,quoꝝ authores ſinguli iactarunt,veram reuelationẽ,verum dei ſpiritum ſeſe habere,perinde vt prophetæ,ac ſpiritum dñi ſuper eos,vt olim apoſtolos lapſum, & omnino ve

Daniel. 5.

ros propheticos ſpũs,qualem Daniel,aut Helias ſe poſſidere glorioſe clamitant. Itaq; accipio, in hoc laudabili Morauiæ Marchionatu,apud vos plures breui tumultuum, belloꝝ, diſſenſionumq; authores ſpũs cõſediſſe,qui aliũs è regionibus,ob nepharia eoꝝ fœdera,ſcelera,factio-

4.Regũ.2.
Lucę.11.

nes,ac tumultus eiecti,veſtra bonitate abuſi,huc irrepſere,faciunt perinde,vt in Euangelio ſcriptum de immundo eiecto dæmonio,quod omnes peragrans ſolitudines,ſibi locũ vbi habitet, quærit,ac cacodæmones,hæ hominũ peſtes imitatæ,cum quos impetant non habent, porcos,

Matth. 8
Marci. 5.
Lucæ.8
Geneſ.3
2.Coꝝ.11
Matth.7.
Actoꝝ. 20

vt Geraſenorum ſpũs inuadũt,hypocritico ſpiritu perſonati,ſeſe inſinuant in ſynagogas,comedunt viduarum,ac miſeroꝝ domos ac facultates,quomodo callidus ille ſerpẽs,in paradiſum irrepſit,qui,quanq; miſſi ſint,Satanæ,& tenebraꝝ angeli,mirabiliter tamen ſe honeſta larua,ſpecieq; circũinuoluentes,in angelos lucis tranſfigurant, exhibentq; ſe ſimplici popello oues,ſimplices,innocentes,humiles,intus vero alunt lupos rapaces:Perſuadẽ imperitis agreſtibus & rudibus idiotis pueroꝝ baptiſmum vanũ eſſe:ideoq; eum,qui puer baptizatus,non eſſe in fœdere Chriſti,ſed neceſſe eẽ,etiamſi centũ annos natus ſit,iteꝝ baptizari,alioqui ſaluari non poſſe,

Similitudines nõ ine pte.

ita in angulis imperitam multitudinem ſeducũt,& vt bouem ad cædem,mactationemq; protrudunt,ac cameli inſtar,inſerto per nares circulo circũducunt:ad terrorem præponunt res horrendas auditu de extremo iudicio,deq; aliis id genus,quo authoritatem illorum hypocriſis augeat,quocirca cum Moyſis lex præcipiat,Deuteronomij.22.vt fratris mei iumentum, ſiue bos

Luc.15.

fuerit,ſiue aſin⁹, aut ouis,ſi quo aberrãs ab itinere reperero,cõgregem,ac integrum fratri tuear, ſi in puteum delapſum, inde vt extraham.Et Chriſtus, ouem errantem,per ſolitudinem perſequutus,exceptam ad gregẽ nonagintanouem deduxit,humeriſq; portauit.Equidẽ fratres dilectiſſimi,charitate adductus,in veſtri ædificationem,nullo meo proprio commodo,mihi propoſui,Euangelica veritate,cuius me exẽplo Pauli non pudet,aliquot ſermonibus malignũ,erro

Romañ.1.
Matth.25.
Lucæ.19
Matthæ.5
Lucę. 11
Pſal. 57
Matthæ. 8
Marci.5
Lucę. 8.

neum,viperinũ Catabaptiſtarum ſpiritũ,ex eoꝝ ſcholaꝝ angulisſeceſſibus,ſpeluncis,fidenter extrahere ac cõiurare,illiq; doloſum caput contundere,nõ quod meas vires,tanto muneri pares exiſtimem,ſed vt(cõfiteor cũ diuo Paulo ad Roma.)debitor ſim,ã ſapientibus,q; inſipiẽtibus, Gręcis,Barbaris ac Latinis,neq; poſſum neq; volo mihi tributumà dño talentũ in ſudariolum inuolutum reponere,& euãgelij lumen ſub modio abſcondere,ſed luceat oportet in propatulo vbi omniũ oculis ſubijciar.Enimuero dilecti,neceſſe hic eſt Catabaptiſtas,vt vt in errorẽ temere impliciti ſint,ita in eo ipſo nõ pertinaciter hærere,aſpidesq; imitari,quæ vbi à ſapiẽtibus cõiurãtur & incantãtur,aures,vt Dauid indicat,terra abdũt,nec furere,ſæuire,clamare,vt de ſpiritibus immũdis oĩbus locis in Euãgelio ſcriptũ legimus,qui cũ Chriſti vim experirentur,illius iuſſibus adacti,magnis clamoribus è corpibus proruentes, obſeſſos humi adflixerunt, variæq;

Lucę.10

tumultuati ſæuierũt,quin potius humili,ac contrito animo ſedean cum Magdalena ad domini pedes,au

A pedes, audiantq; verbum dei, ac Hierosolymis vnanimiter exemplo Apostolorũ missionẽ spiritus sancti expectare dignẽtur, pulsantẽ dñm, & ad ostium foris expectãtem vocãtemq; intromittãt: & quoniã oñia in pondere, mẽsura, ordine cõstituta sint, conuenitq; oñia ordine, & honestè fieri, vt Paulus docet. Quocirca in singulis meis sermonibus, tria sequi in animũ induxi. Primo inducã vniuersalẽ ecclesiã. i. oĩm Christifidelium consensum nõ errasse, sed recte, & ordine fecisse, quod plus mille annis, ab Apostolorũ tẽpore, ad nostrã vsq; memoriã, puerorũ baptismum sanctissimè obseruarit. Secũdo, erratilẽ Catabaptistarũ spm̃, ex angulorũ tenebris in lucẽ producã, vt videãt & intelligãt oñes homines, ipsos scripturã nõ intelligere, verbum dñi, ad suum dogma indignè tractare, detorquere, atq; adeo ipsam scripturã adulterare, laniare, falsificare, cum ne ipsi quidẽ quid de qua re dicãt, satis sciãt. Tertio, impium aliquẽ errorẽ coniunctum, cohærẽtemq; eorũ nephario dogmati, ostẽdam. Occultum em̃ Catabaptistæ fœdus cõierunt cõiuratione clãdestina Catilinaria cõciliati, in tenebrarũ angulis, suum dogma prædicant. Hinc licebit cognoscere, quod nox prędicet nocti, & cęcus cęcum ducat, reuelata est eorũ impietas. Nihil em̃ occultũ, quod nõ sciatur, & nihil absc̃ditum, quod nõ aliquãdo patefiat: iuxta hunc rebaptizãdi errorẽ, nepharias, inauditas, horrẽdas, alias hæreses alunt, & seditiosa, diabolica decreta fouẽt: cuiusmodi sunt, breui extremũ iudiciũ diem adfulsurum ad Pentecostes festum, s. diem, aut certè ab eo anno proximo: haud aliter atq; si Ionæ sint, sciãtq; quot diebus, Niniuæ statura duraturave sit: Christum etiã dei filium esse negãt, magnis clamoribus, plenis buccis negãt, Magistratus esse in Christianis. Sunt qui tenẽt, Christũ breui vẽturum, eorumq; opa ad eos qui veteris sunt fidei oẽs cædẽdos vsurum, ac tandẽ etiã malos dæmones ad salutẽ vocaB turum vindicaturumq;, multis locis tenẽt, oẽs demortuos dormire, dormituros q; cum anima & corpore ad extremũ vsq; diem, pleriq; vetus testamentum contẽnunt, pinde vt Manichæi, nõ pauci etiã à nouo testamẽto desciuere, quinetiã oĩa cõmunia facere conãtur, etiã vxores, Nicolaitarũ more: qñ em̃ pater, siue spũs iubet, sic em̃ aiũt, quamcũq; accesserint sororẽ, eã cuilibet ilico cõmunẽ, obtemperãtem, subditã esse, necesse est. Proinde vereor ne eiusmodi sit cõspiratio nequissimorũ hoĩm, qualis illa, qua vnanimiter Sodomę domus Loth expugnare parabãt. Hoc fit in noua hac ciuitate Platonis, scis & fortè subodoras credo q̃d dicã, quid velim, & quos acutetigerim. Nunc (agedũ) videamus, qũo isti spũs spirẽt, quidv e moliãtur, an nõ pro Christo Belial nobis inducãt: Belialiter sanè viuunt, hoĩes nullis magistratibus obtemperãtes, ad oñe iugum insolentes, in omnem licẽtiam, verius q̃ libertatem, & carnis & sensus inclinati.

Actorũ. 1
Apoca. 3
Romañ. 15
1. Corũ. 14
In præsentiarum tria puncta, concio quæq; includet
Matth. 15
Lucæ. 6
Matth. 10
Marci. 4
Lucæ. 8
Ionæ. 3
Hoc idẽ Origeniana hæresis credit
Manichæi
Nicolaitæ, de quibus Apocalypsis. 2.
Genes. 19
Belialiter viuere

PRIMVM PVNCTVM.

Vniuersa ecclesia catholica, à tẽpore Apostolorum ad nostram vsq; tẽpestatẽ, in toto mundo Asia, Aphrica, Europa, Christianorũ liberos, vbi primũ in lucẽ æditi, cõtinuo baptismi fœdere, deo dicat, neq; quisquàm vnquàm tam impiè audax fuit, qui cõtra aliquid mutire auderet, excepto execrabili hęretico Pelagio, qui ante mille ducẽtos annos, eadẽ de re, dubitare cœpit: sed Hieronymi, aliorumq; eius memoriæ eruditorũ authoritate, ac scriptis oppressus, deuictus, ac damnatus est, deinde nõ modo veris Chr̃ianis, sed etiam schismaticis baptizãdorum liberorum cõsuetudo constãtissimè est obseruata, quod nostris etiã tẽporibus fieri videmus. Quũ itaq;C baptismus insignè sit fidei, & eius q̃ in Chr̃m vnicum dei filium credit (vt Paulus ad Galatas docet eos q̃ baptizati, Chr̃m induisse. s.) & Apostolorũ institutis Chr̃ifidelibus impositus ac impartitus sit, necessario cõsequitur, si iste baptismus verus nõ fuerit, nõ Chr̃ianum quenquã, neq; Chr̃ianitatẽ plus mille annis fuisse, verum gẽtilium, Turcarumve cõcilium, quũ porro tot millia hominum viuãt in oĩbus quatuor mundi plagarũ Chr̃ianis regnis, qui homines cum infantes essent, sunt baptizati. Iterum seq̃tur: si Chr̃ianorũ infantum baptismus verus nõ est, oẽs eiusmodi gẽtilium loco, ab Anabaptistis numerari, quę res & dictu, & auditu horrẽda est, difficilis, ac tyrãnica. Et q̃m̃ (vt Chr̃us Nicodemo ait) nemo nisi renatus, ex aqua & spũ, ingredi potest in regnum dei, iterum seq̃tur maiores nostros, homines per vniuersam Chr̃ianitatem damnatos & à regno dei exclusos esse, neminẽ in cœlos receptũ, pro oĩbus frustra Chr̃m passum, quasi in vẽtum suũ sanguinẽ profudisse. Q̃nquidẽ hi hoĩes in ipso fidei aditu. i. baptismo errarũt, neq; recta ianua, ouile ecclesiæ sunt ingressi. Iam dicunt balneatores isti ac balneatrices (sic em̃ Catabaptistas appellemus necesse est) posse infantes vnda ablui, atq; spm̃ sanctũ hic nõ adesse, q̃ sine sacramẽtum nullum est. Inconfesso em̃ spm̃ nisi credẽti nõ adesse, aduenireq; tantũ iñs, q̃ fidem habẽt. In infantibus autẽ pueris fides nõ est, nõ igitur habẽt spm̃ sanctum. Respondeo, quod negas Catabaptista infantes fidẽ habere, id vero Catholicus ego nõ admitto, quid ita paulopost adferam, minus autem fero, pro Chr̃ianorum parte faciens eorum liberos spũ sancto spoliari. Huc oculos adiiciant pii, videãt blasphemiam in spm̃ sanctum, quę neq; hic, neq; illic futuro in seculo remittetur, videãt tandẽ quomodo hoc hominũ genus cõtra Pauli ad Ephesios doctrinam, contristat & perturbat spiritum sanctum, facitq; vt Eucharistiæ sacramenti euersores, qui

Mundi tres partes
Pelagius Britto, & Monachus post Arriũ successit.
Gala. 3
Iohañ. 3
Catabaptistæ balneatores
Matth. 12
Ephes. 4

Christum imaginatiõe sua, in cœlo sedẽtem dextræ dei patris veluti clauis adfigunt immobilẽ D
Psalm.109 vt qui alio venire nequeat, sic istæ furiæ spiritui sancto metã figunt, ætatẽ certam, in qua primũ
adueniat in hominis animam: annos iam viginti, triginta, centumve nati interea nobilem ani-
mam, pro qua Christus pati est dignatus, in Satanę potestate relinquunt, audi quid dicat veri-
Iohan.3 tas: Spiritus vbi vult spirat & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: non est in
hominis potestate, prohibere spiritum. Ecclesiastici.8. Neq; dat deus secundum mensuram spi
Roman.2 ritum. Iohãnis.3. Et quemadmodum non est acceptator personarum, ita neq; rationem ducit
Ephesi.6 annorum aut ætatis. Quapropter isti puerorũ trucidatores perinde faciũt, vt Pharao cũ Israeli
Colos.3 ticis pueris facere decreuerat in veteri testamento. Exodi.1. & Herodes in Rama Bethlehem, in
Actorũ.10 nouo testamẽto perpetrauit. Similes sunt impiæ matri coram rege Salomone, quæ puerum gla
Iacob.2 dio secari expetebat: negant infantibus spiritum sanctum, commune inuident aquæ elemẽtum,
Hiere.3.31 quod per verbum sanctificatur. Ostẽde (inquiunt illi) vbi legatur, infantes spiritum habere? Re-
Matthæ.2 spondeo: Inducere possem, de flore Iesse, de recens nato infante, quę scripta sunt apud Esaiam,
3.Regũ.3. quòd habeat spiritum sapientię & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum scientiæ &
1 Timot.4 pietatis. Et quomodo Lucas de puero Christo, quòd creuerit in sapiẽtia &c. Sed quoniam hic
Esaię.11 infans Emanuel, quòd omẽs in eo thesauri sciẽtiæ & sapẽtiæ sepulti latuerint. Ideoq; nõ com-
Luc.2 muni sorte casuve fuerit quo aliarum matrum, nempè vulgarium liberi, depromamus. De Sam
Matthæ.1 psone, nãq; scriptum reperio. Iudicũ. 13. quomodo infans creuerit & spiritus domini fuerat cũ
Colos.2 illo. Samuel natum docet scriptura, gratum fuisse apud deum. 1. Regum. 2. De Hieremia porro
Hierem.1 legimus, quòd ei dñs dicit: Antequàm de vtero matris tuæ prodires, sanctificaui te. De Iohanne E
item Baptista, quem constat spiritum dñi, adhuc cubantem in matris vtero habuisse, vt mani-
festẽ nobis indicat scriptura. Lucæ.1. Cognouit enim dñm, eiq; honorem in vtero matris exhi-
buit. Eapropter Luc.1. Puer crescebat & confortabatur spiritu. Hinc liquido patet, spiritum san
ctum operari, & esse etiam in pueris. Catabaptistæ vero contra necesse habent probare fieri nõ
posse, vt spiritus sanctus, vel sit, vel operetur in pueris infantibus. Sed quid pluribus? Spiritus
sanctus, frequentius in baptismo reperitur antecessisse, & tunc demum aquæ ablutionem, & si-
gnum consequutum, quod verum esse docet vocatio Pauli ad Damascum. Actorum. 9. & .22.
vbi dominus ipse Paulo visibilem se obtulit. Et Petrus eodem in libro testatur, cum ad Corneli
um Centurionem Cæsaræe venisset, & dicit: Quomodo quis potest prohibere aquam, vt non
baptizẽtur ij, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos: Et iussit eos baptizari, in nomine Ie
su Christi. Ideoq; toties in sacris literis reperitur baptismus, absq; adiectiõe aquæ, per spiritum
sanctum. Ita Actorũ.1. ait dñs: Iohãnes baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini spiritu sancto.
Actorũ.12 Non ita multos post hos dies. Actuum.11. iterum eorundem verborum mẽtio fit. Et Lucæ.3.
Matthæ.3 Iohãnes Baptista ait: Ego baptizaui vos aqua, sed veniet fortior post me, cuius ego non sum di-
Marci.1 gnus soluere corrigiam calciamẽti eius, is vos baptizabit spiritu sancto & igni. Hic dilectissimi
Iohan.1 Iohãnis verba, nõ vt in India Chaldæi sub presbytero Iohãne, & interptari & intelligere debe
Mos Chaldæ tis, qui vltra aquæ baptismum, ferro candenti pueris crucẽ inurunt, & aliquibus in locis vtriusq;
orum in In- temporibus. Nam is ritus schismaticorũ est. Et iterum, de baptismo spiritus, sanctus Iohãnes ita
dia qualis sit proloquitur: Super quem videbis spiritum descendẽtem, vt maneat super eum, is est, qui bapti-
circa infantes zat in spiritu sancto. Proinde spiritus sanctus cum dominus baptizaretur ad Iordanẽ, in specie F
baptizandos columbæ visibiliter apparuit. Qñ igit pueri etiam infantes, creatura dei, ratione præditi, & spi-
Iohan.1 ritus sancti capaces sunt, erunt etiã ad accipiendũ baptismũ Christi, qui in spiritu sancto magis
Matthæi.3 quàm elementali aqua est fundatus, idonei, neq; causa vlla est, cur fœderis signum, id est, aqua il
Marc.1 lis negetur. Quod ita esse quo perspicuum vobis faciamus, geminam prophetiam proferamus.
Lucæ.3 Esaias cap.44. Effundam aquas super sitiẽtem, & fluenta super aridam, effundam spiritum meũ
Iohan.1 super semẽ tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabunt inter herbas,
Vbi data est quasi salices iuxta profluentes aquas, loquitur dominus ad populum Israel, Iohelis.2. Effundam
Iacob bene- spiritum meum super omnem carnem. Quod prophetæ dictum: Petrus cum tria millia bapti-
dictio zauit introduxit. Acto.2. Si igitur spiritus domini effunditur super omnem carnem: & qui dicit,
Iohelis.2 omnes, nihil excludit: quod non modo dialectici, sed Paulus etiam ad Hebtæos docet, nõ exclu
Hebræo.2 dunt ergo pueri, neq; infantes. Et si idem spũs semini Abrahæ, Isaac & Iacob promissus, & pue
1.Corin.15 ri spũaliter eius sunt seminis, comphendunt igit in in hoc signo etiã pueri. Sed de hoc signo, &
semine proximo in sermone ita dicemus, vt omẽs intelligãt, etiã infantes, & habere, & posse ha
bere purificationẽ spũs sancti. Et cũ fidẽ vnicũ dei donũ esse cõstet, quis infantes ex hoc bono
Acto.10 dejciet? quis diuinæ gratiæ fontes illis restinguet? an nõ dei spũs, qui Corneliũ Cæsaeæ? qui eu
Actorũ.8 nuchũ in curru est cõplexus? tacita fide teneros Chrianorũ infantes pueros donare potis est? vt
sæpe etiã donasse legimus. Sed de his alias, nunc satis sit quo ad scdm punctũ, venio ad tertium.
Quod Catabaptistæ suis assecłis persuadent, breui, vt ad proximum Pentecosten, aut ab hinc
Apocel, loci vno anno, extrema iudicij horrendi tempora adfulsura, qui error, duos ante annos in Apocel,
nomen est. Catabaptistarum magnũ numerum, in æditum mõtem cõscendere compulit, ridiculæq; natali
die cœ-

A die cœlos expectabundos, Apostolorum instar, ascendẽtem dominum, oculis persequẽtium intueri, vt mirum nõ sit Catabaptistas, in his terris homines, & simplicitate, & inscitia rudes, ac credulos seduxisse, vt domos, agros, possessiones relinquerẽt, & eorum saluatoribus, episcopis ac thesaurarijs vltro offerrẽt, & in inauditos, inexplicabiles q̃ errores inciderẽt. Contra hos igitur insanos Euãgelistas, qui non ea, quæ Christi sunt, quærunt: sed priuatis omnia commodis metiuntur, aperta scriptura est. Nam quum discipuli à resurrectione percontati sunt, quando Christus regnum Israel restituturus esset. Respondit: Vestrum nõ est scire tempora & momenta, quæ pater seruauit in sua potestate. Idẽ ante q̃ pateretur, multa signa ac prodigia, quæ extremum diem antecessura essent, indicauit in cœlo, in terra, etiam in templo, ac cõclusit: de extrema die atq; hora neminem scire, neque angelos, ac ne ipsum quidem filium hominis. Idcirco dicit dominus: venturum filium hominis, se nescire autem quãdo. Ideoq́ue nos omnes vigilare debemus, nescimus enim, quãdo sponsus venturus sit, & lampades nostras ardentes tenere, ne nobis id vsu eueniat, quod fatuis quinque virginibus: & omino paucis suæ vitæ extremũ diem, vt Ezechiæ, deus reuelauit. Omniũ aũt extremũ diem & horã iudicij futuri nemini, nisi in inuolucro prophetiarum occultarum. Vnde in Daniele varia legimus de illa die, & precipue, quod in tempore, temporibus & dimidio tempore ante extremum diem, id est, tribus annis ante & dimidio, iuge intaminatum sacrificium auferri debet, quod est sacramentum veri corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, in Missa, quod (proh dolor) ab impijs Zuinglianis, Oecolampadianis, Carolostadianis, alijs q̃ Berengarianis, Vuiclefitis, nouis doctoribus è medio tollitur, iuxta q̃ue prophetiam Danielis, oboritur abominatio, nouum, scilicet in angulis cœnæ genus, veri sacrificij loco institutum. Hic, & est mea sentẽtia, Catabaptistas nõ alium scopum, quo se referãt, non aliam qua ducãtur coniecturam habere ad extremum diem pronuntiãdum, quàm hãc Danielis prophetiam eis reuelatam, quãdo illi ipsi solidam incõcussam q̃ petrã Christum in sacramẽto oppugnatum, labefactatum q̃ euertere conati sunt, & abominationem emptitij panis vulgaris, & horroris cõuiuium instituunt, alioqui in tota sacra scriptura nihil habent, quo innitãtur ad extremum iudicij diem prædicẽdum. Verum enimuero alios eorum Sychimitarum, apostatarum, pseudoprophetarum spiritus, quos neq; dominus misit, sed eorum designata scelera, & admissa flagitia, ex peregrinis regionibus expulsos, in has terras hęc ĩmania monstra profudere, posthac suis coloribus depingam. Quocirca (fratres dilectissimi) obsecro vos, vt quondam Thessalonicenses Paulus, ne finatis vos tam cito commoueri, ac seduci à vera sentẽtia, neq; timore afficiamini, neq; per spiritum, neq; sermone, neq; literis cuiusquàm, vt putetis iam domini nostri diem impẽdere, & quasi fores pulsare. Veniet em̃ domini dies in nocte, vt fur, & cum dicẽt: Pax & securitas, superueniet repẽtinus interitus, dum vos stultos homines dicẽt: & insensatos Galatas, quippe qui in aliud Euãgelium vos seduci passi fitis, & passi fitis vos veneficijs & fascinationibus corrumpi, vt veritati non obediẽtes essetis, vobis asscriberetur id, quod Paulus Corinthijs, libenter patimini insipientes, quàmuis sapientes sitis, æquo animo fertis, vos in seruitutem redigi, esse in vobis, qui vos deuorent & in faciem vos cædant. Nolite

C itaque dilecti cuiuis spiritui credere, verum probate spiritus, vtrũ sint ex deo: Ex fructibus eorum cognoscetis illos. In ore ipsorum nihil prẽter mendacia, quod vos perinde (vt alij) ita esse experiemini: Si extrema iudicij dies nõ venerit, ad eam quam ipsi præscribunt diem, & iam vulgo imperitæ multitudini designarunt.

Matth. 28
Lucæ vlt.
Actor. 1
Matth. 24
Marc. 13
Luc. 21
Matth. 25
4. Reg. 20
2. Paral. 32
Dani. 9
Hæreseos Lutheranicæ primipili
Daniel. 9
Matth. 24
1. Cor. 10
Sychimitæ
2. Thess. 2
1. Thessa. 5
2. Petr. 3
Apoca. 3
Gala. 3
2. Cor. 11
Matthæi. 7

SERMO SECVNDVS.



Harissimi, nolite credere oñi spiritui, sed probate spiritus, vtrum sint ex deo. 1. Iohannis. 4. Proximo in sermone tres res induximus. Iam nos porro ex Aegypto in terram promissionis proficiscamur: videamus q̃, quem & qualem se dominus, vtroq; in testamento erga pueros gesserit, amauerit ne illos, an non? Genesis. 21. scriptum reperio. Agar ancillam ab Abraham, & Sara domo eiectam, puerum Ismaelem secum in solitudinem Bersabeę detulisse, cum q̃ vterq; inedia laboraret, neq; esset vnde se reficerent, declarat textus: Agar puerum abiecisse, subter q̃ arborem in solitudine collocasse, & ad sagittę iactũ longe a puero sedisse: fleuit puer, habet idem textus, bis deum exaudisse pueri vocem. Puer autem natus erat non ex libera Sara, sed Agar ancilla, de qua multa Paulus. Hic animaduertite dilecti, pueri vocem exauditam à domino. Deuteronomij vicesimo: Quando dominus deus tuus terram tradet in manum tuam, percuties oñe quod in ea est, generis masculini, mulieribus exceptis & pueris. Deuteronomij. 24. Non debent interfici patres filiorum gratia, neq; filij propter patres. Ideo q̃ Ioab laudatur, quarti Regum decimoquarto, quòd patris sui mortẽ vltus sit, sed pueros non pcusserit. Ideo q̃ Ezechielis decimooctauo: Filius nõ portabit iniq-

Puellí ploratis vox in deserto a deo exaudita est.
Galat. 4

bit iniquitatē patris. Vnde iterum ſequitur: Deum veteri in teſtamēto pueris valde propitium fuiſſe. Iam etiam legimus Numer. decimoquarto: Cum dominus iraſceretur obmurmurāti populo, noluit qui vigeſimū annum ſuperaſſent, in terram promiſſiōis proficiſci, ſed in ſolitudine mori. Quomodo etiam Chriſtus Iohānis ſexto commemorat. Interim dicit: Liberos veſtros ego inducā vt videant terram: veſtra autem corpora emortua iacebunt in ſolitudine, hos pueros nominat, quòd diſcrimē boni & mali, nondum ſciant, Deuteronomij primo: Noluit porrò deus, vt pueri populi Iſrael ex Aegypto non educerētur. Ideoq; Exodi decimo, p Moyſen ait: Cum liberis noſtris, & maioribus proficiſcemur, cum filijs & filiabus. Et quāquàm Pharao plurima molitus, voluit tamē deus etiam pueros educere, de quibus duodecimo capite ſecundi libri Moy. vbi mulieres & pueri non numerantur, nihilominus tamē eos dominus appellat populum electum. Sic itaq; in veteri dura, implacabili, ſanguinolentaq; lege, pueri putantur etiam populus deo optimo maximoq; gratus & acceptus. Quid igitur nos in regno gratiæ & euange Iij eos in librum iræ & æternæ damnationis collocabimus? Plęraq; alia plena gratiæ & benignitatis diuinę argumēta indicare queam, è veteri teſtamēto deprompta. Verum illud non eſt mediocre, quòd fœderis ſui ſignum pueris dominus dedit, per quod pueros in gratiam recepit, pręcipuè autē Abrahę patri multarum gētium, cum ſemini eius dedit circumciſionē. De Abraham referta ſcriptura eſt, incipit Geñ. cap. 11. &. 12. vbi promittit illi dominus, ſe eum facturum populum magnum, & quòd in eo benedicētur oēs generationes terræ. Hic aduerte, oēs generationes, apparuit ipſi, & ſemini eius promiſit terram, vbi oues à Loth, poſt paſtorum bella ſegregauit. Geneſis decimotertio idē dominus ait: Omnē terram in quatuor plagas mūdi, quam vides, tibi dabo, & ſemini tuo, & filios tuos faciam vt puluerē terræ. Porro Geneſis decimoqn to, eum conſolatus, obtulit ſe forē protectorē, & mercedē valde magnam, promittit hæredem legitimū, & multiplicationē ſeminis illius, ac iterum filijs eius promittit terram. Cumq; is iam annos natus eſſet nonagintanouem, facit cū eo fœdus, mutat illi nomē, exq; Abram facit Abraham, id eſt, patrē multarum gētium, neq; hoc tātum Abrahamo promittit, verum multa & longa mētione etiam ſemini eius in æternum. Geñ. 17. & imponit ſignum fœderis circumciſionē, vt oēs pueri maſculini ſexus, octo dies nati, etiā natu prouectiores, circūciderētur, tenuitq; hæc conſuetudo ſub Moyſe. Et quanquàm circumciſio ſub Moyſe in lege recēſita ſit, non eſt tamē ait dominus, ex Moyſe, ſed ex Abrahā, ſiue ex patribus, durauitq; tam diu, quoad agnus dei natus, Ieſus Chriſtus, qui octauo itidem die circumciſus de more fuit, vt legem adimpleret. Is itaq; Abraham, pater noſter eſt, & de ſemine eius nos manamus, tametſi non omnes ſecundum carnē, ſed ſpiritualiter, accepitq; hoc ſignum, vt Paulus ad Romanos quarto capite ſcribit, in figillum iuſtitiæ: hoc ſignum iam aboletum, abrogatumq; eſt. Ita em Hieroſolymis primo in concilio Chriſtifideliū, non p indomitum vulgus, & Lutheranorum agreſtium vęſanum conciliabulum, ſed per Petrum, Iacobū, atq; alios ſeniores Hieroſolymis concluſum, decretumq; eſt, eaq; conſtitutio Apoſtolorum & ſeniorum, cōcitos Antiochiæ tumultus ſedauit, & Paulus ait: Si circumciſi eritis, Chriſtus vobis nihil proderit, & ſi nos circumciſionē acciperemus, neceſſe haberemus totam legē, & ſexcēta, ac tredecim cęrimonialia, iudicialia pręcepta obſeruare: nondum tamen fœdus ablatum eſt. Iris adhuc in cœlo eſt. Sed quod fœdus illud erat, id eſt, iam ſignum, qui eſt baptiſmus. Idq; fœdus non cum maioribus natu tantum, ſed etiam pueris pcuſſit deus. haud aliter, q̄ ſi vel rex, vel princeps fœdus iniīt cum prouincia aliqua, aut populo, ſignumq; eius fœderis conſtituit, non tantum præſentes, ſed qui abſunt etiam, neq; maiores natu ſolum, verumetiam iuniores, ac pueri fœderis nomine continētur. Iam ſi circumciſio, quam mordicus Iudæi tenuerunt, ablata eſt (vt manifeſto liquet ex Paulo ad Coloſſenſes. 2.) eaq; ſub lege nati infantes, ad æternæ vitæ ſpem vocati, in cuius locum aliud inſtitutum ſignum eſt, iure optimo conſtanter aſſeremus, non hoc ſignum minus quàm illud ad æternam ſalutem viam patefacere. Ac quid illud? quantum diuinæ benignitatis argumētum? quòd pueros incircumciſos, vt ſexus fœminini, omnes poſt circumciſionis fœdus atq; eos etiam, qui ante fuerant nati, vt. 1. Geñ. ca. aduſq; ſeptimū ſaluos fecit, ſola maioꝝ fide nitentes: alioquí oēs damnatos neceſſario confitemur. Ea porro fides maiorum meritis comparata, nō paruo commodo fuit à tēporibus Abrahæ, & cum Moyſes populum in ſolitudine moderaretur, annos totos quadraginta circumciſio ſilebat. Proinde legimus Ioſue quinto: Cum populus annos quadraginta in ſolitudine vaſtam vitam degeret, totidē annis circumciſione temperauit, qui vbi Cananitarum terram eſt ingreſſus, tum primū Ioſue cultello petrino mares circumcidit, locumq; appellauit Galgala. In dubium autem nemini venit, plurimos infantes, ex ſexcentis millibus ad bellandum idoneis, & numeratis procreatos eſſe, & non circumciſos occubuiſſe, quos omnes Iudæi ſaluos pronuntiant parentum ſuorum fide, & audent ſanguinis noſtri, ac ſobolis hoſtes, nepharij, animarum trucidatores, vagi, ac diſcoli Catabaptiſtæ innocentes paruos pueros, qui Chriſti morte redempti, & Chriſtianis parentibus nati, cœlo excludere? Cum pro pueris puer Saluator Ieſus natus, acerbamqúe mortem pertulerit. Ideoq; ſcriptum de his eſt, Pſalmo nonageſimotertio:

Sangui-

Exodi. 10
Exodi. 12
Epheſ. 2
Vide Geneſis, 15. 17
Romañ. 4
Galat. 3
Iacobi. 2
Leui. 12
Lucæ. 2
Actor. 15
Galat. 3
Geneſi. 9
Nu. 14. 32
Galgala loci nomen
Nota hic lector filios in parētū fide ſaluatos fuiſſe
Catabaptiſtę ſūt animicidę

A Sanguinem innocẽtem condemnabunt. Infantes autem innocentes esse Dauid docet, Psalmo cẽtesimoquinto: Obtulerũt filios suos, & filias dęmoniis, profuderũt sanguinẽ innocẽtem, sanguinẽ filiorum & filiarum, quos obtulerũt sculptilibus Chanaan. Hęc aũt sacra, sunt facta Idolo Moloch. Quẽadmodum pridẽ Maiestas Cæsarea, dominus noster gratiosissimus, in immẽsa quadam insula comperit, qui Idola, infantum cæde ac sanguine placarẽt, etiam hodie respersas iugulatorum sanguine vestes sacrificorum videre licet. Si innocẽtes igit pueri spm̃ habẽt, habeant & gratiam oportet. Iam si sub lege, quando dominus iratus modo aquarum eluuie hominum scelera vltus, modo igne flagitiosas ciuitates deleuit, alios terræ hiatu absumpsit, populi multa millia p angelum pcussit. Legẽ horribiliter p fulmina, tonitrua, terræ motus, aliaq; terribilia tulit in monte Synai, tam benignum se pueris patrẽ exhibuit, vt tẽpus nullum reliquerit, quo fuerint destituti pueri & solatio & medicina ad spem salutis & gratiæ, quur nos vero innocentes pueros, quorum saluti sanguine suo seruator noster consulere voluit? ita salutis spe destitutos, crudeliter truculenti Herodes iugulamus? Ideoq; beatus (inquit Dauid) vir est, qui collidit filios suos ad petram, non vt ad petram naturalẽ illidat, sed ad spiritualẽ petram, quę est Christus, quomodo Paulus Corinthiis scribẽs, ostẽdit: Dirigat atq; infligat. Ad quam petram spũalẽ, scilicet etiã Moysis virga inflicta est, vnde pres sitim̃, sedarũt bibẽtes, neq; solum patres, sed etiam filij, de quo Paulus quid sentiat, ostẽdit: Omnes videlicet sub nube & transitu maris rubri baptizatos fuisse, nemine excepto, ne infantibus quidẽ, qui oẽs noctu diuq; nubium & columnæ igneæ beneficia sunt experti. Ex his alijsq; argumẽtis apparet, summũ deum nnnquàm non vt assiduum patrẽ de puerorum salute fuisse solicitum. Quid autẽ tẽpore gratiæ fauoris &

B beneuolentiæ in pueros effuderit, alio sermone vberius prosequemur.

☞ At dicunt isti noui impij Herodes ac infantum trucidatores Catabaptistæ: Scriptum est: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Ideoq; credi oporteat. Haud aliter (dilecti) isti scriptura abutuntur, quàm pharisæi apud Herodẽ Hierosolymis, & coram Christo Satan tẽtator. Legimus Herodẽ scribas & pharisæos percontatum de Christo, vbi nam nasciturus esset? Protulerũt illi quidẽ dictum Michęę: Egressum illius fore è Bethlehẽ, sed quòd præcipuè prolatum oportuit, omisere, nẽpẽ hæc: Et egressus eius à diebus æternitatis ipsius. Quibus verbis Propheta ostẽdit, æternum dei filium Christum esse, non autẽ hominẽ simplicẽ, & vt vulgo, nascerẽtur. Coram domino autẽ diabolus Satan ipse scripturam induxit, Psalmo nonagesimo etiã prę cipuã dicti partẽ relinquẽs: Vt te custodiãt in oĩbus vijs tuis. Eodẽ modo Catabaptistę p̃dicta verba tractãt, addẽdũ em̃ erat: Qui nõ crediderit, condẽnabit. Si vero ea opinione sunt, vt credãt infantẽ nõ baptizatũ, si anteq̃ cõtigerit annos discretiõis boni & mali, moriat, neq; saluatũ, neq; dãnatũ iri, qũo illud ita apertũ, ita simplex ad suũ dogma corrumpẽt? Qui nõ credidit, cõdẽnabitur. Non credunt autẽ, qũo ipsi docẽt: Pueri necessario igitur cõfitebuntur eos damnari. Hic illorum error esto, nos autẽ, qui in arca Noe, id ẽ, in ecclesia catholica, in fide, & religione maiorum pstamus immoti secus sentimus, in Euangelio cum Christo loqui discimus: Misericordiam volo, nõ sacrificium, dicimus authore deo: Non mortẽ volo, sed vitam. Illi aũt non solũ maiorẽ, magistratuum̃q; mortẽ, pniciem̃q; exoptant, sed insontum adhuc puerorum animos trucidare cogitant. Agedũ itaq; boni Catabaptistæ, existimate æqui iudices, ego ne tyrannus sim immanior, an vos? Angelos constituo innocẽtes pueros in summi patris conspectu

C refero ad crucem Christi, cœlos ipsis aperio, vnde eos vos violenter extruditis, excluditisq; peius dæmonibus, de quibus Origenis doctrina moti hodie quidam sentiunt saluos fore. Quòd autem fidem habere vos Catabaptistæ infantes negatis. Respondeo, non me admittere fidem infantes non habere: si enim habent spiritum sanctum, spiritus quoq; fructus habent, de quibus ad Galatas Paulus, qui in Euangelio semen sparsit, vadit, dormit, fidem habet, & si non loquitur. Et quis scit, vtrum vos Catabaptistæ fidem habeatis? Equidem planè puto neminẽ Catabaptistam veram fidem tenere. Nam antequàm se retingendum præbeat, necesse habet maximam sanctissimam̃q; fidei nostræ particulam deserere, quod manifestum est, neq; verbis indiget. Proinde ipsius fides non Petri, sed falsi, & mendacis Iudæ Ischariotis fides est. Non igitur est, quamobrem tantopere de fide glorientur perfidi Catabaptistæ. Nos vero de infantum fide plura dicemus crastino sermone. Vbi (inquiunt illi) Apostoli infantes baptizarunt? Respondeo: Vbi illi ipsi prohibuerunt? Hos infantes baptizandos, baptizatosq; à tempore in de apostolorum ad nostram vsq; memoriam, ex scriptura probabo, verum perinde vobiscum Catabaptistæ agam oportet, vt seruator noster cum principibus sacerdotum & senioribus, quum percontarentur, qua authoritate res tantas faceret. Respondit: Ego quoq; interrogabo vos verbum, ad quod si mihi responderitis, ego quoque vobis dicam, qua authoritate hæc faciam. Baptismus Iohannis vnde erat? cœlitus ne, an ex homine? Cogitabant apud se, & dicebant: Si dixerimus, cœlitus fuisse, dicet nobis: cur igitur illi non credidistis? Sed si ex homine dixerimus, populũ timemus: & rñderunt Iesu: Nescimus. Ita vos interrogabo balneatores & balneatrices, lotores & lotrices Catabaptistas, vbi scriptum legistis? & vbi aut vnde edocti estis,

Aposto-

De Moloch, vide Hier. 32
Amos 5
Acto. 7
Gene. 7
Gene. 19
Vide de Chore, Dathan & Abyron,
Numer. 16
Psalm. 105
Exod. 19
4. Reg. 19
2. Paral. 32
Matth. 1. 2
Psalm. 136
1. Cor. 10
Exodi. 18
Exod. 15
Psalm. 104
Matth. 2
Marci. 16
Matthæ. 4
Lucæ. 4
Micheæ. 5
Marc. 16
1. Petri. 3
Osee. 6
Matt. 9. 12
Ezechie. 18
Origeniana hæresis, quæ anno ferme 235. exorta est
Galat. 5
Matthæ. 13
Marci. 4
Petri Apli fides, de qua Lucæ. 22
Quæstionis Responsio
Matth. 21
Marci. 11
Lucę. 20
Catabaptistę balneatores, & lotores sũt

Forma baptismi Anabaptistarum.

Apostolos, quomodo vos soletis, in angulis baptizasse? horas duas antequàm illuceſceret, Catinum aqua plenum super mensam statuisse? inde tinctis digitis, crucem fronti asscripsisse? docuisse vestrum, non autem Ecclesiæ baptismum verum esse? Quod si mihi ex Bibliis ostendetis, vestro ritu Apostolos baptizasse, me quoq; retingendum exhibebo, hic non effugietis, nam vos dicere necesse est: sic enim vera decreta iubent, sic vester balneatorum ordo flagitat, nihil recipiendum, ac pro rato habendum, nisi clarissimè Bibliis expressum legatur, atq; adeo omnia ecclesiæ instituta contemnitis, nisi Christum ac discipulos suos eadem obisse vobis constet. Quæ (malum) igitur vestra tanta amentia est? cæcorum cæci duces, quæ orthodoxæ ecclesiæ receptum, confirmatum, tot seculis approbatum, baptizandi ritum vos contemnere impulit? nouaq; hac insolenti formula, quam ex Euangelij doctrina, nullo modo probare poteritis, vti hortata est? Quocirca vestram doctrinam ex deo non esse, liquido patet, sed Beelzebul, principe dæmoniorum & muscarum deo. Insomnia hominum agitis, humanis nugis ac commẽtis, hominibus imponitis: spiritus vestros probate, vt aurum lapide Lydio, aut indice, planè præter plumbum, cuprumq; nihil elucebit.

Catabaptistæ omnes orthodoxos patres respuunt

Matth. 15

Beelzebul muscarum deus

QVOD AD TERTIVM PVNCTVM ATTINET.

Scitote furiosos Catabaptistarum spiritus in angulis iactitare, Christum deum non esse, nõ esse etiam dei filium, quod si verum est necessario sequitur, fidẽ nostram nullam esse, nostrosq; sermones vanos. Nos autẽ impiorum vanissimas iuxta ac sceleratissimas argutias Euãgelij gladio vindicemus, Christum dei filium esse, Matthæus docet cap. tertio & decimoseptimo, vbi pater cœlestis ad Iordanẽ, & in monte Thabor, ait: Hunc esse filium suum dilectum, ac cui (inquit ad Hebræos Paulus) in angelis vnquàm dixit: Hic est filius meus dilectus, hodie ego genui te. Marci quinto, etiam dæmon fassus est, cum clamaret: Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi. Matthæi decimoquarto: Verè dei filius es tu. Matthæi decimosexto, Petrus non ex carne & sanguine, sed quòd pater reuelauerat, confessus est, Christum filium esse dei viui. Matthæi vicesimoseptimo: Verè dei filius erat iste. Quid multa? omnibus locis plena scriptura est, non modo dei filium, sed vnigenitum esse dei filium, per quem nobis deus loquutus est, nosq; erudijt, vt initio Epistolæ est ad Hebræos: Deum porrò esse, indicat nobis initium Euangelij diui Iohannis, eum scilicet & verbum esse & deum, & verbum carnem induisse, de quo multa in sermone vltimæ cœnæ. Et Paulus eum nominat, benedictum dominum in secula, id est, in æternum. Thomas quoq; incredulus, eum dominum suum & deum vocat. Quum itaq; manifestum sit ita fidẽ Catabaptistas deseruisse, merito eorum spiritus non ex deo, sed inferorum abysso proficisci putandus est. Quocirca dilectissimi, nolite (vt Iohannes docet) credere omni spiritui, sed probate spiritus, vtrum sint ex deo. Amen.

1. Cor. 15
Marci. 9
Lucæ. 9
Hebræo. 1
Psalm. 2
Actor. 13
Matthæ. 8
Luc. 8
Hebræo. 1
Iohan. 1
Roman. 9
Iohan. 20
1. Iohan. 4

SERMO TERTIVS.

1. Iohan. 4



Olite credere (dilectissimi) omni spiritui, sed probate spiritus, vtrum sint ex deo, primæ Iohannis quarto: Hesterno in sermone audistis (dilecti) me aduersus lymphaticos spiritus prædicantem, èque veteri testamento probantem plurimis exemplis, summo deo paruulos curæ fuisse, nunc animus est, è nouo pariter testamento depromere, diuini erga pueros amoris testimonia. Primo itaq; reperio eum iuxta prophetiam, puerum nasci voluisse. Ideoq; eum in Bethlehem Magi, stellam ducem, sequuti, ab oriente egressi, vagientem fascijs inuolutum inuenere: similiterq; pastores è campo collecti, puer fuga, in Aegyptum delatus, redijtq; puer, & in Nazareth puer annos natus duodecim cum in templo stipatus caterua scribarum & pharisæorum sedit, docens multa eos percontatus: Quæ omnia facta esse, optimus author Hyrenæus, discipuli Iohannis, discipulus scribit: quòd dominus decreuerit etiam infantes ac pueros saluos facere. Ostendit præterea scriptura, eum in medio discipulorum puerum constituisse, eiusq; exẽplo docuisse, qualem esse oporteat qui ingredi cogitet regnum cœlorum. Ideoq; Matthæi decimonono, & Lucæ decimooctauo scriptum legimus, adductos ad dominum Iesum pueros, cum semouerant discipuli, grauiter eos increpauit dominus, & ne prohiberent, iussit, quòd horum esset regnum cœlorum, hæcq; loquutus admissos amplexus, eis manus imposuit, suaq; benedictione dignatus est. Quod si illi pueri benedictionem à domino accipere meruerunt, perlubens scirem, quàmobrem Catabaptistæ damnationi eos deputent? Atqui dicunt illi, qui è quouis non modo verbo, sed apice etiam nouam litigij ansam quærunt, pueri circumcisi erant, qui benedictionis sanè capaces erãt. Respondeo, quomodo ipsi solent, sed & in loco & verè, vbi hæc scripta legistis, fieri etiam potuit, vt

Esai. 6
Matthæi. 2
Luc. 2
Osee. 11
Luc. 2

Hyrenæus epiſcopus Lugdunenſis, lib. 2. cap. 39

Mar. 10

Logomachia catabaptistarum

A tuit, vt fuerint fœmellæ. Sed vt hæc missa faciamus, quid est, quod singulis pueris singuli angeli sunt adscripti, qui semper vident faciem patris in cœlis, an non tuentur pueros? quomodo de Michaele, Raphaele, alijsq; legimus, an non custodientium angelorũ referta scriptura est? Hæc custodia, dubio procul, est contra potestatem inferorum, tenebrarumq; mundi huius, ne hinc insontes & teneri puelli offendantur. Iam cum dominus proficisceretur in templum Hebræorum pueri cum laudibus efferentes, occinebant: Hosianna, Benedictus qui venit in nomine domini. Cumq; flagitarent Iudæi, tacere vt iuberet, respondit: Etiã si hi taceant, lapides tamẽ non tacebunt, obiecit illis scripturam: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Ecce tibi, q̃ voluerit dominus laudari à pueris, qui hoc non intellexerunt. Ac diuus Petrus cũ electis & dissipatis in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithinia scriberet, eosq; doceret, quomodo omnẽ malitiam exuerent, eos emendauit ad recens in lucem æditorum puerorum exemplum, quomodo ipse etiam facit Euangelista. Iohannes item prima canonica scribit, non tantum natu maioribus & mediocribus, sed minoribus etiam natu filiolis, quos Græco nomine appellat τεκνιοποιὸς, alias scribo vobis τέκνια, i. filioli, & παιδία, i. puellæ, & ijs τεκνίοις, i. filiolis Petrus affirmat, cũ tria millia baptizasset, factam esse promissionem: ecce mysterium. Hinc ego liquere arbitror, quantæ curæ in nouo etiam testamento fuerint summo patri infantes. Non possunt autem hæc omnia ad Iudæorum liberos referri. Circuncisio enim Hierosolymis conuicta & damnata est, ob hanc causam credo, vel potius constantissime adfirmo, quod huiusmodi macula spiritu sancto, iamq; mitiore in statu gratiæ, aqua eluitur, quæ antea per circũcisionem sanguine erat emendãda, neq; hodie tantum vaccarum, boum, vitulorum, hircorum, arietum, aliorumq; animaliũ cæ-

B dere cogimur, vt eorum cruore nostra delicta abstergamus: solo eñ aquæ elemẽto lustrati omnium medelam reperimus, vnde, vt olim sanguine populus consperſus, ita hodie pura aqua cõceptas labes emendat atq; eluit. At dicunt illi: Adhuc in sentẽtia perstamus, puerum nisi credat, & fidem suam confiteatur, baptizari non debere, omnino enim scriptum est: Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Respondeo, vbi scriptum inuenitur, puero de fide confitendum esse? quoque modo mutum, quem natura loquendi facultate spoliauit, baptizabis? an ne immeriti huius vitæ mala, non bene propitius deus, æternæ damnationis pœna cumulabit? neq; enim fidem expri mere potest. Ecce tibi puerum profero è pluribus vnum Iohannem, qui priusquàm nasceret, & Christum agnouit, & in eum credidit, tu mihi cõtra scripturam profer, quæ pueris fidẽ adimat, profer quæ eos baptismo excludat. Qui vescris carne, vetito tempore, ieiunia violas, quæ & sobriæ & sanctæ instituta, ab Apostolorum tempore, fideles sanctissime obseruarunt, facisq; hoc in multorum scandalum, qui tuo exemplo deteriores fiunt. Nempe, inquis, dominum non prohibuisse. Etsi etiam ex hac parte falleris, sed regulam sequeris generalem, à deo non prohibita, tibi per Christianam libertatem licita esse. Iam mihi dicas, volo, qui pueros vetas baptzari, quibus deus baptismum non ademit, & quis certiorem me facit, vtrum tu baptismi perinde vt Iudas sacramenti, particeps fias, nec ne? Multi sunt, atq; adeo plurimi Catabaptistæ, qui ore

C glorioſe credulitatem iactant suam & fidem, corde autem vt pharisæi, & hypocritæ, à deo sunt remotissimi. Equidem puto non aliter quàm dormientis concreditũ, terræ semen crescit, taciteq; humo coalitum adolescit, augeturq;, sic pueri fidẽ accepto spũ sancto, cuius capax est sensim augeri, & cum intellectu simul ætateq; accrescere, præcipue, si Christifidelium cõmunitas in Christianum fœdus per baptismum in librum vitæ inscribi eiusmodi puerum permiserit. Id nobis declarat similitudo de grano sinapis, & q̃ pleriq; in euãgelio fidem adaugeri sibi precibus exoptauerint, tamen vt sua pueri fide & propria careant, subsidio tamen ipsis est fides maiorum. Nam aut damnabitis Catabaptistæ omnes viduas, virgines, & omnem sexum fœmineum veteris testamenti, qui ab Adam inde plus quinq; millibus annorum in veteri lege incircũcisi obierunt, aut eas maiorum suorum fide nixos in saluis numerabitis. Eandem cum masculis labem, ab Adam traxerunt peccato, eadem autem medicina non sunt potitæ, sed saluæ sunt dubio procul maiorum fide. Eaq; ipsis suffecit, cum non ipe, vt Abel, ad honorem dei venerint, ac quemadmodum fides in veteri testamento profuit multis, etiam his qui mille annos post nati sunt, vt in Abraham, Isaac, Iacob, &c. pro eorũ liberis ac posteris elucet. Sic Christus sæpenumero alienam fidẽ respexit, vt eorum quatuor, qui paraliticum per tectum demisere, fides Cẽturionis pro puero, Marthæ pro demortuo Lazaro, qui quadriduanus fœtens in sepulchro tabuit, fides viduæ pro vnico filio. Est item in Euangelio de patre, qui mutum obsessum q̃ filium ab ineunte ætate, grauiter vexatum à dæmonio, vt sæpe in ignem, non raro in aquam proturbaret: cum haberet, accessit ad Iesum, vt pro filio intercederet. Ad quem Iesus: Nunquid possit credere? Respondit pater: Credo domine, iuua incredulitatem meam: continuo filius cõualuit. Marci. 9. Ita adduxerunt ad Iesum, & mutum, & surdum. Sic Syropheniſſa pro filiæ salute precatur. Ita etiam de cæco ad Christum allato. Et Gayro euenit principi synagogæ pro filia p̃canti, quibus omnibus in historijs aliena fides vtilis fuit. Et puerum in fide ecclesiæ, oratione in spiritu ecclesiæ, intercessione parentum, ac maiorum iam millę quingentis amplius annis vsi

Matth. ĵ8.
Daniel. 10
Tob. 5. 6.
Ephe. 6
Lucæ. 19
Matth. 19
Psal. 8
1. Petri. 2.
1. Cor. 4
Hebr. 5
1. Iohan. 2
Acto. 2.
Hebr. 9. 13
Leuitic. 14
De lustratiõis aqua
patet Numer. 19.
Lucæ. 1.
Esaiæ. 29.
Matt. 15.
Marc. 7
Marci. 4
Liber vitę
Apocal. 3.
20. 21
Matth. 13
Marci. 4
Lucæ. 13
Lucæ. 17
Gene. 4
Matthę. 23
Lucæ. 11
Hebr. 11
Marci. 2
Matth. 8
Lucæ. 6
Iohã. 16
Lucæ. 17
Matth. 17.
Lucæ. 9
Matth. ĵ5
Marci. ĵ7
Marci. 8

tata nitentem ſurda aure negligat deus? non exaudiat? ita exorſam à ſe reĳciat? quomodo im-
pĳ Catabaptiſtæ velle videtur? quũ contra Chriſtus nos tam humaniter inuitet vt pulſemus, D
Matth. 7 quodcũq; petiuerimus in nomine ſuo accepturos promittat,& ſi duo tantum aut tres congre-
Lucę.11. gati fuerint precantes,ſe in medio eorũ fore cõfirmet.Et fieri nõ poteſt,vt multorũ ꝓces nõ ex-
Iohan.16 audiantur,atq; adeo ſolis Catabaptiſtis ſecus videt, qui negãt tã efficaces totius eccleſiæ ꝓces,
Matth. ſ8. vt annis plus mille,vnã animulã dæmonũ poteſtati extorſerint,aut extorquere valuerint.
Amb.in li. de pœnit. Nũc porro videamus,quid præterea eorũ dogmata tradant,quod tam ſcripturæ, q̃ deo ad-
Luth. Ca- uerſetur. Docent ſceleratum archihæreticũ Martinũ Lutherũ ſequuti, in ſermone quodã,quẽ
tabaptiſta habuit de diuite & paupere,oĩbus qui à Chriſti aſcẽſione vita functi,cœlũ præcluſum,& fu-
rum ante- iſſe & eſſe,neq; cuiq̃ eo aditũ patuiſſe,neq; fore vt pateat cuiquã,vſq; ad extremum iudicĳ diẽ,
ſignanus nos interim vita defunctos obſopitos dormire aiunt,cũ corpore & anima:Quomodo autẽ,aut
vbi explicare nequeũt. Vide quam Catabaptiſtæ egregiæ à pueris exorſi etiã ſenibus negotiũ
faceſſent,oĩes in vniuerſum cœlo & æterna patria ſpoliẽt? Impĳ balneatores ferratis vectib⁹
cœlũ obfirmãt,ac ꝓinde fingũt,atq; ſi æneũ,aut calibeũ,adamantinũve ſit, & vt deorũ hoĩmq;
Lucianus illuſor Lucianus fores habere imaginãtur,quæ obfirmatæ,aditu prohibeãt adeũtes . Hinc louẽ
Samoſ. aliquoties ꝑ annũ res humanas intueri. Cõtra hãc doctrinã ſcriptũ eſt: Qui mihi miniſtrat, me
Iohan. ſ2 ſequatur,& vbi ego ſum,illic & miniſter meus erit. Vado vt parẽ locũ,vt vbi ego ero, vos q̃q;
Iohan. ſ4 ſitis. Iam in cœlo eẽ Chriſtũ,etiã ipſi fatebũtur,ſunt igit̃ apoſtoli,alĳq; eius miniſtri etiã in cœ-
Philip. 2. lo. Hinc illud ardẽs Pauli deſideriũ diſſolui cupientis,& eẽ cum Chriſto. Et alio loco,cũ taber-
2.Corin.ſ. naculũ corpis ſui corruptũ fuerit,vt manſionẽ habeat in cœlis. Cũ itaq; cœli iuſtum Meſſiam E
Eſaiæ.45 demiſerint,& fatali vitæ humanæ curſu expleto denuo acceperint, q̃ ſuo baptiſmo oĩbus no-
Iohan. 20. bis cœlos aperuit,nõ debemus dilecti illius benignitate cõtempta,& nobis,& alĳs regnũ occlu-
Sentẽtia ẽ dere,ſed grati in cœlũ oculos intendere,ſic eñ natura facti ſumus,vt cũ cætera animalia prona
Naſo. lib. humum contueantur,nos ſublimes in cœlum aſpiciamus,& cũ diuo Stephano orare, tum no-
transfor.1. bis quoq; patefient cœli. Probate itaq; ſpũs,vtrum ſint ex deo.1.Iohan.4.
Actorũ.7.

SERMO QVARTVS.



Olite credere,dilectiſſimi,omni ſpiritui,ſed probate ſpiritus,vtrũ ſint
1.Petri.3 ex deo.1.Iohã.4. Plures in hoc ſermone rationes inducere, in animo
eſt, quibus commoti maiores noſtri infantũ baptiſmũ docuerint,te-
nuerintq; cõſtantiſſime. Quo circa cõſtituendũ vobis eſt baptiſmum
maiores noſtros habuiſſe nõ modo nõ paruũ,ſed præcipuum, maxi-
meq; neceſſariũ ſacramentũ,q̃d plena de eo eẽt oĩs ſcriptura, ſi nos
referimus ad libros Moyſis,inuenimus baptiſmũ per arcã Noe figu-
ratum fuiſſe,idq; planũ facit Petrus:Si peragramus libros Legũ,cre-
bro ꝑ aquã purgationẽ fieri animaduertimus, Ita baptizatus Aaron F
cum filĳs,Exodi.29.Ita tabernaculũ aquis ablutũ,Exodi. 40. Ita pro-
bantur,quæ de adulterio infames & ſuſpectæ ſunt mulieres, Nume.5.Ita aqua aſpergitur, qui
Numer.19 cadauer contrectauerit. Similiter in Euangelio de probatica piſcina in aqua aris deſtinatæ oues
Iohan. 5 abluebantur. Natatoria Siloe,deq; alĳs multis aquis in mari æneo,&c. Cũ legimus figuram ba-
Iohan.9 ptiſmi aquæ fuiſſe agnoſcimus,cũ deinde porro prophetas proſequimur, Ezecielis.36. reperi-
2.Regũ. 8. mus,quæ ad vniuerſum populũ loquutus eſt:Effundam ſuper vos aquã mundã,& mundabi-
1.Paral.18. mini ab omnibus inquinamentis veſtris.Quãdo itaq; oẽs prophetiæ,omnes figuræ,ad vniuer
ſum populum,nemine excepto,pertinẽt,in populo præcipue dilecto,recte pueros eccleſia nõ
excludit,quod pluribus agere conſtituimus.1.Corinth.10.Patres noſtri fuerũt ſub nube,& oẽs
Exodi.13 rubrum mare tranſiere,& omnes baptizati ſunt in Moyſe,in nube,ac mari. Conſtat autẽ do-
Exodi. 14. minum cum ab Aegypto populum educeret,in nube percuſſiſſe, perſimililem columnæ , quæ
Pſal.104 populum defendit diu,noctuq;,cum quod noctu ignea præluceret, cuius ductu, vniuerſus po-
pulus ſequutus eſt.Sub nube hac non tamen fuere ĩ,qui in libro Moyſis(quem Iudæi,propter
Numeri primũ verbũ,Vaiadaber,nos Numerorum librum appellamus)viginti annorum aut vltra,ve-
Vaiadaber rumetiam pueri profecti ſunt,neq; ſolũ ſexcenta millia armati,ſed ex tenera ætate etiam,q̃ ar-
Iohan. 14. ma ferre non poſſent. Nam quandoquidem Chriſtus fatetur,eaq; veritas eſt, patres in ſolitudi
Iohan. 6. ne mortuos,conſtatq; ex ĩs,qui ab Aegypto reuerſi,duos tãtum,Ioſue & Caleb, in terrã pro-
Nume. 32 miſſionis redĳſſe,reliquos oĩes mortuos,non dubium eſt,plurimos infantes quadraginta an-
nis,& quadraginta duobus caſtrametationibus (quas manſiones vocant) procreatos eſſe , qui
omnes ſub nube profecti ſunt. Igitur & pueri ſub nube per mare profecti,quæ baptiſmi,teſte
1.Corin.10 Paulo,figura fuit. Et cũ Paulus de omnibus mẽtionem faciat,neq; fœminas, neq; pueros exci-
Hebræ. 2. pit. Neq; eñ dialectici ſolũ,ſed etiã Paulus ad Hebræos,atq; alibi docet,eum,q̃ de oĩbus loqua
1.Corũ. 15. tur,neminẽ excludere. Quãdo itaq; Chrũs natus,paſſus,ac reſurrexit pro omnibus,ne infantes

quidẽ

A quidem à natiuitatis,passionis,resurrectionis beneficio excludendi sunt,quod nos clarum facere ex scriptura conabimur. Dauid psal.13.&.52.ostendit,omnes defeciſſe,& inutiles factos esse, vsq; ad vnum. Esaiæ.53. Omnes errauimus vt oues. Ideoq; Dauid confitetur, Psal.118. Errauí sicut ouis quæ perijt. Et dominus noster, Matth.9. Similis populus erat ouibus errãtibus absq; pastore. Ideoq; se pastorem profitetur, Iohan.10. nos oues suas appellat, quæ cum per solitudinem amissæ erraremus, humeris suis nos ad nonagintanouem retulit. Vnde.1.Petr.2. Eratis vt oues errantes, iam conuersi estis ad pastorem,&c. Hoc factum est per mortem domini nostri Iesu Christi, de qua Paulus.1.Corinth.15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo oẽs viuificabuntur. Attendite hic, omnes, dici. Est enim dominus, per quem omnia facta sunt, Ioannis primo: Omnia replentur in omnibus, ad Ephe.1. In eo omnia constant, Ad Colosſ.1. Oñia ipsi subiecta sunt, Psal.21. Ex ipso,& per ipsum sunt oñia, Paulus ad Heb.2. Et idem: Per eum, ex eo, in eo sunt omnia, Is venit, vt omnes saluos faceret. Ideoq; brachia sua in quatuor mundi plagas expandit, ac idem dixit: Omnia ad meipsum traham. Vnde neminem, neq; in natiuitate, neq; in passione, neq; in resurrectione exclusit. Nec vero pro multis tantum, verum pro vniuerso mundo mortuus est.1.Iohan.2. Vnde appellatur & à vero Baptista Iohanne denotatur, agnus dei, qui tollit peccata mundi. Et Christus reconciliauit mundum deo.2.Corinth.5. Venit in hunc mundum, vt saluos faceret peccatores. 1. Timoth.1. Dicit porro dilectus domino discipulus: Misit deus vnigenitum suum in hunc mundum, vt in eo vitã haberemus. Quãdo igitur pro oñibus mortuus est,& ad mortẽ Christi baptismus refertur, non sunt ergo à baB ptismo pueri excluſi. De qua re, scripturam audiamus, ad Romanos.6. Nescitis, omnes, q in Iesum Christum baptizati sumus, in mortem eius baptizati sumus. Ad Galat.3. Omnes (Hic iterum, omnes, quid ferat, attẽde) filij dei, per fidem in Christũ Iesum. Quicũq; eñ baptizati estis Christũ induistis, ad Ephe.5. Vos viri, diligite vxores vestras, quẽadmodum Christus dilexit ecclesiam, proq; ea seipsum tradidit, vt eam saluam faceret,& mundificauit eã per lauactũ aquæ, in verbo. Ex his oñibus sequitur: quando pro oñibus, nemine excepto, Christus natus, mortuus, sepultus,& à mortuis excitatus, q; ab harum rerum significatiõe, siue signo, qui est baptismus, neminẽ excluserit. Quo vehementius nos admiramur Catabaptistas crudeles, infantũ trucidatores, cœlum plus minus quinq; milibus annoꝝ occlusum, quibus per Esaiam prophetam, patres clamarunt: Vtinã sese disrumperent cœli,& mitteret dñs eũ, qui venire debet. Et: Cœli rorate desuper,& nubes pluant iustũ. Iteꝝ, atq; si adamantinũ foret oblitos tantæ beneficẽtiæ occludere conatos, mirifica quædã differentia est veteris ac noui testamenti, vt ad propositum ab initio huius sermonis thema reuertar, Abrahæ, Isaac, Iacob, Moysi, vniuersoq; populo Israhelitico, assidue deus promisit terram fluentem lacte & melle, sed nouũ gratiæ testamentũ, vbi primũ Christus sermonẽ orditur, illico nobis proclamat, ac elargitur regnum cœloꝝ. Ideoq; Iohannes & Christus statim in egressu prædicationũ suaꝝ, ita concinunt: Pœnitentiã agite, appropinquabit eñ regnũ cœloꝝ, Matth.3.& Marci.1. Idcirco docuit, pauperꝝ spiritu regnũ cœlorum esse, Matth.5. Et: Regnũ cœloꝝ vim patitur, ac violenti rapiunt illud. Ac, cum adducti C ad Iesum pueri essent, eos cõplexus est, benedictione dignatus est,& dixit: talium est regnũ cœlorum. Quid plura? vniuersum Euangeliũ nos erigit, expectatione regni cœloꝝ, nõ huius mũdi, quod Christũ deuitasse constat, cũ dicat: Regnũ suũ non esse de hoc mundo. Regnum aũt dei prædicauit, Marci.1. Et docuit, ante oñia quærendũ esse regnũ cœloꝝ, Matth.6. Docuitq;, quã difficile sit, diuitẽ ingredi in regnũ cœloꝝ, Matth.19. Hoc regno pueris non interdixit, sed signũ regenerationis baptismus est, vt Petrus docet, quo qui caret, regnũ cœloꝝ nequit ingredi, si vera sunt, quæ Nicodemo dominus dicit. Quocirca ex aqua nos, q sanius & cũ ecclesia sapimus, puellos nostros baptizamus, constanterq; credimus, à spiritu sancto mundificatos, idoneos fieri ad regnũ cœloꝝ accipiendũ. Nam, vt Petrus docet, lauacrũ regenerationis, non idcirco institutum est, vt corporis sordes abstergat, sed vt animæ labem, immũditiamq; aboleat. Ideoq; vis tota baptismi est in verbo,& mundificatione spũs sancti. Dicunt porro illi: Prædicandum ante est, q̃ baptizatur. Respondeo: Raro maiores nostri, nisi tẽpore necessitatis, baptizarũt, baptizantesq; nunq̃ non testibus baptismi, orationem dominicam, fidei nostræ symbolũ, Euangelia, cõtradictionem potestatis inferorum, solẽniter proposuerunt. Quando igitur vos impij Catabaptistæ dicitis, baptizandũ non eẽ, sed ante docere oportere, sic dominum & voluisse, & dixisse. Respõdeo, nos ita facere solere. Est eñ,& semper fuit oĩm, non mõ orthodoxoꝝ, sed schismaticoꝝ cõgruentibus verbis consentiẽs,& vnanimis forma quædã baptizandi, ac ritus idẽ multis preculis, multis doctrinis euangelicis egregie cõscripta: Tenemus igitur dictũ illud, ac nullo modo negligendũ putamus. Possem etiã à vobis Catabaptistæ rationẽ exigere, quid sit, quod dñs dicit, de oñibus creaturis, oñibus populis, quibus prædicandũ euangeliũ, administrãdusq; baptismus, vt manifestissime in euãgelio expressum legitur. Prædicate omni creaturæ,& docete oẽs gentes,,ac baptizate eos, omnes, inquit, populos, an nõ pueri creaturæ? an nõ in populis numerãtur? quos præcipit baptizari. Quod si serie verborum ita molestè abuti voluerimus, vt

Lucæ.jſ.

Lector qſ quis es, voculã, ois, pende.

Romañ.11

Iohan.jz

Iohan.1.

Lucæ.jſ.

Iohan.3.

Iohan.4.

Coloſſ.3

Catabaptiſtę infantũ trucidatores.

Esaiæ.64

Esaiæ.45

Exodi.3.13

Leuitic.20

Deuter.8

Matth.19.

Lucę.16

Matth.19.

Lucę.18

Lucę.12

Marci.10

Lucę.18

Ibidem.

1.Petri.3.

Iohan.3

Pet. vt ſu.

Matth.vlt.

Marci.16

Lucæ.24.

Marci.vlt. Catabaptiſtæ,ex quouis apice ſuæ perfidię ſubſidium quęrentes,neminẽ baptizare debere,ar- D
gutabimur,niſi orbem vniuerſum obambulauerit,oñino enim dixit: Ite in orbem vniuerſum.
Docete,cur bis poſitũ in euang. Verum dicite mihi,nouarum religionũ opifices: cur duo docete textus habet, proculdubio,vt
Matth.18 quemadmodum in veteri teſtamento factũ,vt populus vniuerſam legem, etiam pueri audie-
z.Eſdræ.8 rint,qui primum vt pueri in ea auditione adoleuere,ac rationis capaces, deinde legem edidice-
re. Ita voluit dominus,vt in puerorum baptiſmo, eccleſia euangelio vteretur,qui, vbi accreue-
rint,ac parentibus,compatribus,maioribus, preculas,fidei articulos, decem præcepta, & cætera
quæ fidei ſunt,ac religionis noſtræ vt cognoſcerẽt. Nihil igitur Catabaptiſtæ, his obiectis pro-
ficiunt ad puellorum baptiſmum euertendum.

QVOD AD TERTIVM ARTICVLVM ATTINET.

Origenis error. Docent Catabaptiſtæ,Extremo iudicij die etiã dæmones ad ſalutem vocatũ iri. Aduerſus hũc
Matth.25. errorem,multa ſcriptura eſt: mihi aũt vno hoc tẽpore vti loco ſatis ſit,quod ſcriptum eſt: hor-
renda illa die dñs his,qui ad ſiniſtrã aſſiſtent, dicet: Ite maledicti in ignẽ æternum,q̃ præpara-
tus eſt diabolo,& angelis ſuis. Si igitur ignis diabolo æternus paratus eſt,fieri nõ põt,vt dæmo
nes ſalui fiant. Nolite igitur credere oñi ſpiritui,ſed probate ſpũs vtrum ſint ex deo.

SERMO QVINTVS.



Olite credere chariſſimi omni ſpiritui,ſed probate ſpiritus,vtrũ ſint ex E
deo.1.Iohan.4. Quanq̃ Catabaptiſtæ probare nequeant ex euange-
lio,pueros nõ eſſe baptizãdos,neq; oſtendere poſſunt, paruulos ab a-
poſtolis nõ baptizatos, fatebuntur tamen illiipſi in eam partem con-
iecturam propenſiorem eẽ,vt pueri fuerint in ea multitudine, trium
ſcilicet & quinq; milium hominum,qui à diuo Petro, primo vere ba-
ptiſta,à Chriſti aſcenſione baptizati. Priuſquã enim baptizaſſet,in eo
ſermone,quẽ ad baptiſmum retulit,his verbis vſus eſt, Vobis,liberiſq;
veſtris facta ẽ promiſſio: ecce tibi,liberis veſtris,inquit. Dicit etiã: Vos
filij eſtis prophetarũ,dirigitq; eos in benedictionem Abrahæ. Inducit
illam promiſſionẽ: In ſemine tuo,benedicent oẽs familiæ terræ. Hac re fretꝰ baptizauit, dubio
procul,à baptiſmo ſuo puellos nõ excluſit. Neq; vero eſt neceſſe, circa baptiſmum anxie ſcru-
tari,vt quẽ baptizatũ eſſe nõ legimus,ilico non baptizatũ arbitremur,alioqui magna pars apo
ſtolorũ,diſcipulorũ ac ſeruorũ Chriſti dãnarentur,de quibus nihil legimus,quãdo,quomodo,&
à quibus ſint baptizati,in Chriſti aũt fidelibus numerãtur. Quinetiam ſacroſanctũ corpus, q̃d
Chriſtum tulit,atq; vbera,quæ Chriſtũ lactauerunt,nolimus, velimus,dãnabimus: neq; eũ le
gimus Mariam baptizatam eẽ. Quocirca etiamſi teſtari nõ valeamus,infantes ab apoſtolo q̃-
uis baptizatos,non cõtinuo tamẽ ſequitur,baptizatos non eẽ,baptizari non oportere.

Actorũ. 4 Petrus primus Baptiſta,pꝰ Chri aſcenſionẽ Acto.2,3 Gene.12 De baptiſmo diſcipul. vtrũ baptizati ſint, ſcripſ tura taceat. Luc.11 Hiero. Stridoñ ſuper Matth. ca. vlt Ibi, Eũtes ergo docete, &c. Ezech.1. Pſalm. 58. Pelag hæreſiarcha.

Dicunt præterea Catabaptiſtæ,Se nouam rem non agitare: ea opinione etiam Hieronymũ
fuiſſe,qui Matthæi vltimo cap. ſcripſerit: non capax eẽ corpus ſacramenti baptiſmi,niſi anima F
prius fidei veritatem acceperit. Reſpondeo iuxta viſionẽ Ezechielis: Rota rotã excipit. Et: Dies
diei eructat verbum. Scriptura ſcripturam aperit. Ideoq; catena aurea eſt, vnum ex alio pẽdet.
Et quemadmodum ſcriptura per ſcripturam,ita author,aut ſuis,aut aliorum ſcriptis explican
dus venit. Iam conſtat Hieronymũ,apertiſſime ſcribere ad Athletam de puerorum baptiſmo,
quem teneri vult. Damnatus porro hæreticus Pelagius monachus,vnà cum diſcipulis ac ſecta
toribus ſuis,annos ante mille ducẽtos,qui primus reijciendi baptiſmi puerorũ author fuit; ad-
uerſus quẽ,tertio libro contra Pelagianos,multa egregie de puerorum baptiſmo, diuus Hiero-
nymus ſcripſit,q̃,quemadmodum omnes in Adam mortui ſumus, ita oñes pueros in baptiſ-
mo,per paſſionem Chriſti reuiuiſcere,nititurq; authoritate præclare epiſtolæ diui Cæcilij Cy
priani Epiſcopi ac martyris, qui Carthagine in Aphrica floruit, & duorum Auguſtini libro-
rum ad Marcellum,qui ſub Heraclio paſſus eſt,qui vterq; ſcripti ſunt de puerorum baptiſmo.
Ideoq; vos Catabaptiſtæ,iniuria diuum Hieronymum affictis,& veſtri dogmatis author do-
ctor Balthaſar,Hieronymi ſententiam adulterinam reddidit, & quandoquidem in doctorum
mentionem incidimus,quid alij ex eo genere ſentiant,videamus. Origenes Adamantius,q̃ an-
nos poſt Chriſti aſcenſionem,centum & quinquaginta viguit,ſuper epiſtolam ad Roma.5. li-
bro ſcribit,etiam ab apoſtolis tranſmiſſam, baptizandorum puerorum conſuetudinẽ acceptã
eẽ. Diuus Cyprianus,qui Valeriano ſub Imperatore vixit, ante mille ducẽtos ac plures annos,
pro Chriſti fide martyrio affectus,in præclara quadã ad Fidum Epiſcopũ epiſtola,quæ tertio
in libro eſt,ſcribit: Pueros nullo modo à baptiſmo excludendos, cum enim Chriſtus venerit,
non ad perdendas animas,nolle ſe,diuinus author,ſuoſq; aſſerit pueros priuatione baptiſmi cõ
demnare,ac cõmuniter grandes natu cum iunioribus baptizandos,& pueros docet,inducto ex

Regũ

A Regum libro miraculo, de mortuo viduæ filio, quem Helisæus ex morte excitaturus, superimposuit caput capiti, faciem faciei, manibus manus, pedibus pedes, miraculoseq; omnia consensisse quadrasseq; ait virtute diuina. Ita in hoc casu sacramenti baptismi omnia congruere, nullius ætatis respectu senes, mediocres, pueros baptismi capaces eē, neq; enim vllum ætatis discrimē dē facit, neq; spiritus sanctus facile patitur, suæ gratiæ modum mensuramve præscribi, quemadmodum Christus ipse docet, non ad mensuram spiritum dat deus, neq; acceptator deus personarum est, sed pater est grandior iuniorq;. Ostendit porro baptismum, spiritualem circūcisionem esse, & in circuncisionis locum suffectum, ideoq; pueris non eē adimendum. Ac diuus Petrus non temere vidit demissam cœlitus telam, & aperte loquutus est, quod deus ipsi reuelauerit, ne quenquam hominem immundum diceret aut faceret. Quod si nepharij peccatores, quibuscūq; scelerum generibus obstricti, veniam peccatorum suorum, gratiamq; sunt assecuti, q̄to magis pueri, per innocentis agni sanguinem, innocentes à peregrino malo, seu peccato alieno aliunde ex primis parentibus contracto, redimi possunt: & à labe maiorum suorum, nō sua culpa, ante quinq; millia annorū contracta exolui. Ideoq; omnes infantes, vbi hanc lucem aspiciunt, multis lachrymis, non sine sensu doloris expressis, concepram maculam cōmitigant, eosq; exauditi valde credibile est. Vnde vos Catabaptistæ, vestrum errorem licet agnoscatis, in quē vos doctor Balthasar, fœde lapsus, impie præcipitauit, vt non erubescatis dicere: Diuum Augustinum primum fuisse, qui pueros baptizari nolūerit, secus enim esse, optimis ex authoribus, luce meridiana, clarius fecimus. Legite item, quem diuus Iohannes Polycarpum discipulū habuit, Actorū. 10

B Episcopum Smyrnæ, eum præceptorem fuisse Hirenei secundi Episcopi Lugdunensis, in Gallia, qui ante mille quadringentos annos vixit, isq; aduersus Ebionitas, ac Nicolaitas, aliosq; libros quinq; scripsit, in quorum. 2. libro cap. 39. pulchre docet puerorū baptismum. Quid autē pluribus verbis vtar? Publicanum dominus Matthæum vocat, Zachæi vsurarij domum ingredi dignatur, adulterij condemnatam, in gratiam recipit, peccatrici mulieri sese lauandū, vngendum, osculandum exhibet, cum peccatoribus comedit, bibit, conuersatur, eos erudit, medicū sese profitetur ægrotis, amissas ac perditas oues conquirit, perditum filium reuocat, negantem sese, Petrum conuertit, persequentem ecclesiam Paulum vocat, latroni in cruce paradisum promittit, pueris autem, alienis delictis reis, sua natura puris & innocentibus ita iratus fit? vt solos cœlo dignos cœlo excludat? sed non fic impij non fic.

De tertio autem nostri sermonis institutor: Scitote eo etiam errore transuersos agi Catabaptistas, vt magistratum omnem tollant, omnibus dominijs reclament, quam ego illis culpam affinxisse videri nolo. Quin eorum in Christo fratrum prædicatorum Nurbergensium, Augustanorum Zuinglij Tyrugini, Lutheri etiam, testimonijs eos conuincam, quos ipsi testes refutare non poterint, præsto sunt, eorum testimonia in manibus nostris habemus, illorum ipsi fratres sunt, fœdere vno cōiuncti, vna ex hæresi, diuersam tamen in familiam, ceu nouam dæmonum Coloniam deducti. Prædicatores Augustani, suo contra Catabaptistas volumine, totidem verbis scripsere, hos esse errores Catabaptistarum.

IOHAN FABRI EPISCOPI VIENNEN.

ARTICVLI CON-

SCRIPTI, EX AVGVSTANORVM PRAEDI catorum libro, contra Catabaptistas.

Artic. I. Nemo Christianus gladium gerere, nemo cum magistratu esse, aut potest, aut debet, ex illo Lucæ, Reges gentium dominabuntur illis, vos autem non sic.

II. Iuramentum facere nemo debet magistratu iubente.

III. Ad ciuiles defensiones, & reipub. curam magistratui non obtemperandum.

IIII. Qui eorum hæresis & sectæ non sunt, eos hœdos nominant, stantes ad sinistram.

V. Cathedram Moysi penes neminem esse, nisi penes ipsos, neminem præterea vocatum.

VI. Vetarũt, ne quis sui ordinis, verbũ dei auscultatũ, nostra in tẽpla adcederẽt, vbi imagines sanctorum collocatæ colerentur, sed in eorũ tantũ cõuenticulis Euangeliũ cognosci voluerunt.

VII. Qui eorum in ordine ac secta non eos pro damnatis habent: sunt etiam in ijs, qui oñia cõmunia esse volunt.

Hos omnes articulos, ad tumultus & bella, dæmonum astu compositos, apertissime scripturæ aduersari, demonstrabo.

Romañ. 13. Principio, diuus Paulus ad Romanos scribẽs, ait: Omnis anima subiecta sit potestatibus, sublimioribus, ac magistratui, neq; eñ est potestas, nisi à deo. Omnis aũt potestas ita ordinata est à deo, vt qui repugnet magistratui, dei repugnet ordinationi, qui autem repugnabũt, subibũt iudicium. Magistratus eñ non sunt terrori ijs, qui bene agunt, sed malis: timere magistratus non vis? bene age, & laudaberis ab eis: si autẽ male feceris, time, neq; eñ frustra gladium gerũt magistratus, ministri eñ dei sunt, vindex ad iustitiam ei, qui mala operatur, &c. Roma. cap. 13. Diuus etiam Petrus, concordi spiritu commotus, non abhorrenti à Pauli sententia scribit, &c. Breue verbum Petrus adiungit, in quo, totius rei summa posita est, cum inquit: Deum timete, regẽ honorate. 1. Petri. 2. Paulus præterea docet, hortari populum ad obediendũ, &c. Atq; idem scribit: Obsecro vos, &c. Ac quanq; hæc cuiuis fidelium sufficere debent, libeat tamen etiã, quæ verissima mens suggerit, promere. Christus etiam, si liber fuit, eo tamen tempore, eoq; loco nasci voluit, quo Augusto Cæsari, totus mundus illius imperio obtemperãs conscribebatur, cuius rei gratia, Ioseph, & Maria, quæ domino grauida erat, ex Galilæa in Iudæam profecti sunt, neque tributum Christus debebat exigenti, tamen ne scandalo eẽt, ne malum exẽplum præberet, exolui iussit: Cum Capharnaum, ex cõprehẽsi pisces ore, Petrum eripere moneret, ꝺd pro vtroq; daret, Matth. 17. numisma Cæsaris imagine insignitum, non reiecit, sed dari deo iussit, quæ dei sunt, & Cæsari, quæ Cæsaris: Iudici seculari, cum de hæreditatis diuisione interrogaret, nihil obstitit: Coram Pilato fassus est, potestatem esse desuper. i. à deo. Ferri igitur non potest error iste Catabaptistarũ, magistratũ, potestatẽq; omnẽ è medio tollentiũ, ꝙ Christus effugerit rex esse, cũ diceret, Lucæ. 22. Reges gentiũ dominabuntur illis, vos aũt non sic. Hoc seruatoris nostri dictum, prophani principes ac primores facile passi sunt, ad impugnandam sacerdotum, iurisdictionem ac potestatem quosdam abuti: hoc gratum illorum auribus pabulum fuit, atqui nunc iusta talione temeritatis suæ pœnas dant, cum vel Christo, vel gladio, ac magistratu sese abdicare, si horum rationibus aurem præbeant, necesse habeant. Nequit enim idem Christianus, & in magistratu eẽ, tametsi id non iure, intolerabilius tamen est, ꝙ ijdem Catabaptistæ dicunt, & pertinaciter faciunt, & non admittunt quenquam ad eorũ impium balneum, nisi magistratu decedat, nisi potestatem exuat. Petrus eñ Cornelium Centurionem baptizauit Cæsareæ. Phi
Actorũ. 10. Actorũ. 8 lippus Eunuchum, Reginæ Candacis famulum, cum à neutro neuter cõditione sua vt decederet, locum qualemcũq; teneret, relinqueret, flagitaretur. De Sergio autem, alijsq; pluribus, breuitatis gratia, nihil inducam, sed breuiter concludo, Istos tumultuũ, bellorum, discordiarum authores, furiosos spiritus, iterum apertissimo in mendacio eẽ deprehensos, neq; recte spirasse, cõuictos iacere. Idcirco dilecti, Nolite credere oñi spiritui.

Sermo

SERMO PARAENETICVS, AD ORTHODOXOS INDVBITATAE veteris fidei Christifideles D. Iohannis Fabri.



Plurima sunt (dilectissimi in Christo fratres) quę aduersus impios Catabaptistas, in medium proferre queam. Sed operæ pretium non duxi, puerorum baptismum pluribus confirmare. Quando hæc sancta nostra cathoiica Ecclesia, in qua nati sumus, & per baptismum adhuc infantes regenerati, atque insiti, à spũ sctõ, subornata, erudita, conseruata perstat in possessione infantum baptismi, præscriptioneq; legitima tot seculorum quæ ab Apostolorum inde memoria fluere, pro priè suum vsurpat, neq; se feret leuium insultu temerario suis bonis spoliari. Contra Euangelium puerorum baptismus non est, pro nobis igitur est. Cum igitur is, quis de domo Dauid, domo Zachæi, idemq; de domo Abrahæ egressus, omnibus salutem tulerit peccatoribus. Agnus dei innocentissimus, pro Adæ principis humani generis parentis casu, nostrisq; omnium delictis mactatus, Iubilæum annum induxerit, sanguinem & aquam: non tantum pro natu grandioribus, sed etiam paruis, atq; insontibus pueris, alieno malo perstrictis, è latere suo in crucem sublatus, largiter ad confirmandum baptismum aliaq; sacramenta effuderit. Ideoq; Emerentiana, atq; alij dei sancti non pauci, sanguinis baptismo saluati sunt, neq; immerito, innocentes pueri sub Hero de trucidati, qui multis seculis, pro sanctis sunt obseruati, eiusdem baptismi prę sidijs, in cœlestium numerum sunt positi. Tutius itaq; est cum ecclesia constanter, atq; istis leuiculis circulatoribus, de hoc articulo, & sentire, & credere. Gloriantur Catabaptistę, vt quondam Nouatus hæreticus, sese solos catharos, id est, mundos esse, & ab omni delicto alienos: eorum conciliabula, ecclesiam appellant, nostram sacrosanctam congregationem negant esse ecclesiam. Omnes præterea, non suæ factionis nephariæ complices, etiam Lutheranos vt impuros contemnunt, cum interim eorum manus & pedes pleni sint sanguine: mundities autem quæ esse potest, quã nam puritatem speremus apud eos, quorum conciliabula vxoribus communiter pro libidine abutuntur? quæ eorum puritas eiusmodi est, vt tam impurus nemo hactenus fuerit, qui literis cõmittere ausus sit. Et quanquàm præclarè eorum res sese à quibusdam doctoribus, quos illi in custodias inclusos, iam virgis cędere, vrbibus exigere solent, præscripræ sunt. Et nos singula sipę sequi velimus, plures decades confecturi. Vnum tamen prętерire nequeo, quomodo Catabaptistę magnam pecunię vim, multum pretiosi suppellectilis ex miserorum inopia emunxetint. Audite quibus artibus (historiam narro, rem gestam affero, nihil adfingo) tredecim Catabaptistę societatem ac fœdus coiere, vnum, qui ad id idoneos magis visus est, magistrum fecere, duodecim reliqui discipulos agebant. Cum itaq; in montanis, in præ diuitem, eumq; simplicem agricolam incidissent, ex duodecim aliquot facie, vultu, habitu magnam humilitatem sanctimoniamq; hypocritè simulantes, magistrum præcessissent, ad miserum agrestem accedentes, magistrum, quem saluatorem appellabant, virum sanctum, prophetam, in illius ædes diuersurum nuntiabant, habiturumq; sermonẽ: cæterum ipsos discipulos esse duodecim, qui magistrum sequerentur. Cum vero agricola, neque vini, neque cæterarum rerum quæ ad victum pertinent, copiam se habere quereretur, ne pisces quidem quibus saluator vesci solitus sit, quibus tam sanctum virum, tantumq; prophetam pro dignitate accipere queat. Tum discipuli amphoras duas, aquæ plenas pro fenestra statui iusserunt. Cum igitur venisset saluator, reliquis discipulis sequentibus, misero agricolæ familiæq; illius sermonem fecit: interim commodum nacti tempus discipuli, effusa quæ in amphoris erat aqua, vinum quod secum attulerant, infuderunt: pisces q; aliquot bene magnos, in puteum, qui præ foribus erat, in quo piscis antea nũquàm visus, immiserunt. Confecto itaq; sermone, rebaptizatisq; omnibus, nihil tale suspicatus agricola simplex amphoras aquæ plenas ratus, in medium protulit: Hic magistraliter pseudosaluator ille, verum simulans saluatorem, qui in nuptijs in Chana Galilææ, diuina benedictione, aquæ amphoras, in vinum commutarat, sua benedictione, fucatis gestibus vsus itidem sese facere videri voluit. Cum igitur vir simplex, qui probe sciret se aquam infudisse, vinum experiretur, attonitus procidit coram saluatore, eumq; adorauit: Quod cum probe succesisset, alterum actum aggressi de piscibus percõtati sunt. Et cum pisces in promptu esse negaret agrestis, saluator ad puteum progressus solitis vsus præstigijs, pisces excipi iussit. Hic maiori admiratione ducitur agrestis ille in solitudine viuens, quippe qui sciret eo in puteo pisces non reperiri. Hisq; rebus adductus, omnes

facultates ſuas vaniſſimis nebulonibus eſt impartitus: Quod non paucos prꝛterea feciſſe conſtat, vt relictis coniugibus, liberis, poſſeſſionibus, hæc hominum ludibria ſequerentur. Cuius generis exempla (ſic em̃ legit: Ecce ego ad prophetas, ait dominus, qui furant verba mea, vnuſquiſq; à proximo ſuo. Ecce ego ad prophetas, ait dominus, qui aſſumunt linguas ſuas, & aiunt, dicit dominus: Ecce ego ad prophetas ſomniantes mendacium, ait dominus, qui narrauerunt ea, & ſeduxerũt populum meum in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis, quum ego non miſiſſem eos, nec mandaſſem eis) ſi perſequi vellem, volumen totũ complecterer. Contra hos Hiere. 23. ac, dubio procul, vt Cham patrem, & Chanaan ſeruos ſuos, ita eos deus maledicet, & eoꝝ flagitia traducet: deꝯq; ipſis, vt olim Iamne ac Mambre ſupplicium ſumet. Quocirca (dilectiſſimi) qui adhuc pacificos, pios, obediẽtes agitis Chriſtifideles: quandoquidem oculis veſtris, qui certiſſimus ſenſus eſt, intueri poteſtis, ipſis manibus (vt dici ſolet) palpare, quàm pernicioſe, atq; impie ſint Catabaptiſtarum doctrinæ, quàm intolerabilia Reipublicæ Chriſtianæ facinora: Quis em̃ vnq̃ vel audiuit, vel mẽte concipere queat, tantã impietatem, tam ſceleratos cogitatus, qualibus iſti armati, cœlo manus, gigantum inſtar, inferre pararunt, qui tam diu Euangelium ac Chriſti doctrinam, ludos fecere, quoad eo peruaſit eorum peruerſitas curioſa, vt à dei primũ metu, deinde ſenſim etiam honore elapſi, poſtremo, & fidem & eccleſiam penitus deſeruerint: vbi autem in impietatis profundum mens humana delapſa eſt peruicaci animo, per contemptũ & per ludibrium, diuina omnia tractando facile metu religionis ſoluta, & templis bella indicit: diuum imagines eludit, euertit ſacramenta, contemnit dei ſeruos, exoſos pro libidine omẽs contumelijs dignos, quotquot hac impietate imbuti ſunt, quin ipſum deum omnium authorem negligunt, ſummumq; paſtorem Chriſti vere negant. Recordentur itaq; authores impiiſſimi dogmatis propugnatores & complices pernicioſiſſimi fœderis, quanta mala, quanta corporis, animarum, bonorumq; clades & pericula proruperint, ex hac lerna peſtilentiſſima malorum oñium, vitiorumq; ſentina. Iterum angelus percuſſorẽ gladium nudauit. Verendum eſt, cum multi magiſtratus Chriſtum in ſacramento exegerint, & in præcipuis articulis fidei deſertores deſciuerint, ne nos quoq; deſerat altiſſimus noſtris delictis, noſtra ingratitudine exagitatus, & ad Lydium lapidem alliſos conterat. Videte aũt quo eoꝝ animi tendant, non id agunt, vt Euangelium ac religionem fortiter tueantur: ſed ſi Turca eove immanior, & ſi quid truculentius Turca eſſe poteſt, forte inuaſerit, eum lubenti animo accepturi, eum adoraturi videntur: Sic enim ab archihęretico ſupremo tot monſtroſiſſimarum opinionum capitaneo Luthero ſunt edocti. Octo iam anni ſunt, quando à me ſcriptum eſt, fore, vt ille monachus Turcas in Germaniam introduceret. Quod (proh dolor) vtinam non tam vere prouidiſſem: nam planè effectus iam exiſtunt, teſtãturq; id multæ impiæ actiones, varia argumenta in Catabaptiſtarum tenebris reperta, ac in lucem protracta. Hi fructus an ſint Euangelici, quiuis expendere poterit, in quo vel ſcintilla amoris dei reſedit. Timendum prꝛterea eſt, niſi diligentius acriusq; vigilent principes, maiora quædam immaniora q; facinora, ante hoc tempus nunquàm audita, deſignatum iri. Nã tametſi illorum vagi ſcurræ circulatores, quorum magnum numerum in varias Germaniæ partes, oppida, pagos legarunt, in ijſq; principes epiſcopos, theſaurarios conſtituerunt, non omnibus in locis, verum fundamentum crudeliſſimorum, impiiſſimorumq; conatum, ac myſterio rum protulere, ſed ſimplices ex imperita multitudine, primo cælandos putauere, ne abominabilibus eorum inſtitutis abſterrerẽtur. Conſtat tamen illorum Capitaneos, vbi in diſſolutiſſimos Lutheranæ factionis nebulones inciderint, qui Euangelium ad omne genus libidinum, effrenatarumq; cogitationum carnis abutuntur, qui nemini obtemperare, neminem obſeruare pietatem habent, eiuſmodi nepharios ſuos cogitatus communes feciſſe, ac quum omnibus rebaptizatis, magnam partem iurandum ſit, corpus, animam, honores, facultates in medium ponere, inq; diſcrimen conferre velle, quid aliud eſt, q̃ vt recte depinxit diuinus ille propheta Eſaias: Fœdus atq; adeo auidiſſima humani ſanguinis conſpiratio? quæ ab orbe condito non audita ſit non ſolis enim principibus, magiſtratibus, omnium ordinum hominibus, ſed toti Chriſtianæ Reipublicæ vltimam perniciem, exitiumq; minitãtur. Extinctus eſt amor Chriſtianus, iuualuit improborum malitia, contempta iacet religio inquinatiſſimis ſermocinatorum furioſiſſimorum ſermonibus, per ſummam licentiam, protrita ac peſſundata, quæ niſi reſtauretur, & in priſtinum locum reponatur, ac verbum dei pio, honeſto, pacifico, Chriſtianoq; intellectu, more maiorum fidelium mentibus inſeratur, fieri non poteſt, vt quiſquàm princeps, aut dominus poteſtate gladij, ſe, ſuamq; ſalutem ac dignitatem tueatur. Exiſtis nouorum, id eſt, diſſolutiſſimorum, vaniſſimorum verbi dei prꝛconum, concionibus tumultuoſis, leuiſſimis, licentiſſimis opinionibus, non niſi ſumma vaſtitas bonorum omnium, & extrema pernicies expectanda eſt. Summus deus faxit, vt ſuum verbum, vti malleus aliquis conterat ſaxa, Sodomæ cæcitatẽ abſtergat, Nemroth deſtruat flagitia, Antiochum templorum vaſtatorem frangat, vaſtationem, deſolationemq; Pharaonis, poſt tot plagas à nobis auferat, nobisq; Germanicam illam, multis millibus annorum partam pacem, denuo reddat. Fiat. Fiat.

Reuerẽ-

REVERENDISSIMO IN CHISTO PATRI, ILLVSTRISSIMOQVE PRINcipi ac Dño, Dño Erardo de Marka, sanctæ Romanæ ecclesiæ, Tituli sancti Chrysogoni presbytero Cardinali, Archiepo Valentiæ, Epo Leodiensi, duci Builloneñ. Comiti Lossen. &c. dño & patrono suo colendissimo, Iohānes Fabri Doctor, electus Vienneñ. eps, salutē & omne bonū exoptat.



IN tibi reuerendissime pater, illustrissime princeps, ac Domine gratiosissime, tridui meditationem, quam ego tam exiguo temporis spacio mihi a sacra Cæsarea, et catholica maiestate oblatam, & per magnificum dominum Nicolaum Perenot, dominum de Granuella, eiusdem Cęsareæ Maiestatis consiliarium, studiosorumque patronum vnicum demandatam, in illustrissimæ Archiducissæ Austriæ, &c. dñæ Margarethæ funere, & exequijs, tot alioqui inclytissimi Hungariæ, Bohœmiæq; &c. regis, dñi mei gratiosissimi negotijs occupatus, suscipere ausus fui. Non, q̄ me tātæ prouinciæ parē iudicauerim, sed quia nihil existimo vsqueadeo arduum, q̄ mihi ab orbis terrarum domino Romanorum Imperatore clementissimo impositum, declinandum videatur. Neque quicq̄ tā difficile, in quo Austriæ domus, Christianorum principum altricis nomine pro mea virili summo conatu eniti non debeam, hanc extemporaria dictione prouinciatam T. R. D, patrocinio, plurimorum enixe a me flagitātium desiderijs victus, commissam hominum iudicijs obtrudere non dubitaui. Vt enim heroicas tuas virtutes, quibus multos principes superare, paucis inferior esse videris, fileam. Quis te in tuendis rectis, ac honestis studijs fidelior? Quis catholicæ religionis princeps propugnator acrior vnquam fuit? qui his calamitosiss. temporibus, ac seculo vere ferreo, summo studio id operā das, vt doctissimū quēq̄ ad tuā illā, nunq̄ satis laudatā, insignē Leodieñ. ecclesiā allicias ac verbi dei synceriss. p̄cones tuo gregi, pastor vigilātissimus præficias. Ad hæc, quod verebar, ne quū illius diuinæ matronæ laudes, tā etsi breuius ac simplicius, tumultuaria dicēdi facultate, prosequor, futuri sint, qui me, rhetorq̄ more, affinxisse quædā, nimio ornādi studio suspicētur. Tu am igitur reuerēdissimā paternitatem, veluti ex Iouis tabulis testē, ac plane Atticum adhibere volui, qui illius lectissimæ matronæ ingeniū admirabile, virtutes eximias, & religionis catholicæ studiū incōparabile, penitus nosti. Iā si R. T. P. minus q̄ pro illius virtute eā laudasse videbor, me excusabit tē poris breuitas. Scit em̄ reuerēdissima D. T. tridui spacio extēporalē hāc meditationē nasci oportuisse, & me in hac vrbe peregrinū, supellectilē librariā in promptu non habere, vnde orationi maior, cū gratia, tum copia accedere poterat. Hilari itaq̄ vultu, pater amplissime, munus hoc leuidense, filo sane crasso suscipito, & reuerendissima T. D. digniora aliqñ expectato, ac Fabrū tuum, quē singulari gratia hactenus cōplexus es, porro cōmendatū habeto. Vale in Christo philosophantiū Patrone, ac Mœcenas optime. Datū Coloniæ Agrippinæ prima die Ianuarij Anno domini M. D. XXXI.

Oratio

ORATIO FVNEBRIS

IN ILLVSTRISSIMAE DOMINAE, DOMINAE Margarethæ Archiducissæ Austriæ, Ducissæ Burgundiæ, &c. exequijs, coram inuictissimo Carolo. V. Romanorum Imperatore augustissimo, & Ferdinando Hungariæ, Bohœmiæq; &c. Rege pientissimo, sacriq; Romani Imperij Electoribus, et principibus &c̃, per doctorẽ Iohannem Fabri, Electum Episcopum Vienneñ. habita Coloniæ Agrippinæ Pridie. Caleñ. Ianuarij. Anno a nato Christo M. D. XXXI.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI, AMEN.

Concrescat in pluuiam doctrina mea.
Fluat vt ros eloquium meum. Deute. 32.



1. Timot. 2 Acto. 9 2. Timot. 3 1. Thessa. 4 Matth. 22 Lucæ, 20 Actor. 22

Nuictissime ac pientissime Carole, Romanorq; Imperator Augustissime, gloriosissime, ac inclytissime Ferdinande, Hungariæ, Bohœmiæ aliorumq; præterea regnorq; rex optime & potentissime. Magnus ille gentiũ doctor electionisq; vas, & domini, ac saluatoris nostri Iesu Christi Apostolus diuus Paulus, quũ ad eos, qui in Thessalonica vrbe Macedoniæ degebant, primã scriberet epistolã, nos vt fideliter admonuisse, sic sapiẽter erudijsse videtur, vt de dormientibus, hoc est, mortuis charissimis nostris, ne contristemur, sicut cæteri, qui, vt apud Aethnicos olim Epicurei, aut apud Iudæos, Sadducæi, spem futuræ resurrectionis non haberent, ideoq; idem Apostolus eos, qui corporea mole soluti ex hac vita migrarunt, non mortuos: sed molli veluti sopore oppressos, dormire affirmat. Noluit itaq; Macedones cõsopitorq;, dormiẽtiumq; noie cõtristari, quod expergefacti olim haud dubie euigilaturi essent, id quod psalmo quadragesimo regius ille psaltes, ac cytharœdus, manifeste declarat, interrogãs, nunquid, qui dormit non adijciet vt resurgat? Eapropter Lazarũ alioqui vere in Bethania mortuum, & iam in sepulchro quatriduanũ fœtentem, haud ita multo post reuictusq; Christus dñs, vita & resurrectio nostra, dormire aiebat, & Iob ille vir simplex, rectus, ac timens deũ, mortuos dormire sæpe testatus est. Pręterea Christũ dormientiũ primitias fuisse itidem Tharsensis ille nobilis, è tertio cœlo rediens, affirmauit. Sic in veteris testamenti historijs, dormiuit Dauid cum patribus suis, sic Salomon, sic Ezechias, sic Ioathan, atq; alij Israel, Iudæ & Hierusulẽ reges, tametsi verẽ mortui fuerint, tñ dormiuisse cum patribus suis leguntur. Et multi (inquit Daniel ille Propheta sanctus) terræ puluere dormientiũ resurgent, alij in vitã æternã, alij in opprobriũ, & confusionem sempiternã. Iairi porro principis filiã puellam, cum iam mortua domesticorq; lachrymis, eiulatuq; deploraretur, asseuerauit veritas, & vita Christus Iesus dñs noster, non mortuã esse, sed dormire, & quãdo iam è somno excitaturus esset eandẽ, Dominus illi præcepit hebraicę Atha Bitha Kumi, hoc est, tu mea filia surge. Hæc nimirũ omia hisq; passim in scripturis similia, ad nostrã doctrinã scripta sunt, quo per patientiã & consolationem scripturarq;, spem resurrectionis futuræ habeamus. Hacitaq; scripturarq; cõsolatiõe freti, clemẽtissime ac maxie Impator Carole, serenissime & inclytissime rex Ferdinande, soporẽ quẽ soluta huius vtæ malis illustrissima & pientissima matrona domina Margareta, Archiducissa Austriæ, Ducissa Burgundiæ, Amita vestra charissima dulcissimaq; in Christo Iesu consopita, dormire cœpit, susq; deq; ferre decet, ὑπάθειαν quam alij μετριοπάθειαν, id est æquabilẽ passionẽ aut affectionẽ vocãt Chrianos prĩcipes tueri. Pręsertim cũ Ennius antiquus poeta æthnicus, licere plebi scribat lachrymare, hocce regi antestare loco, regi vero, vt regi, nõ licere. Et ego velim, nolim, vt sunt humana fateri cogor, si quę iustę vnquã maiestatibus vestris fuerunt mœroris causæ, nunc vobis iustissimas esse. Amisistis enim fœminam profecto honestissimã, prudentissimã, iustissimã, castissimã, religiosissimã. Amisistis rerum vestrarq;, gubernatricem

Iohan. 11. 1. Cor. 15 Actor. 9 2. Timo. 12 3. Regũ. 2. 3. Regũ. 11. 4. Reg. 20 4. Reg. 24. 2. Paral. 17 Danie. 12 Matthæi. 9 Marci. 5 Iohan. 14

A natricem, oculatissimam ac matremfamilias longe fidelissimam, solertissimã diligentissimamq; Amisistis amitã, dulcissimã, generosissimamq;, ex tot principũ, Archiducũ Austriæ, regũ, Imperatorũ, & ex cõmuni nobilissimo stẽmate, ac sanguine vestro procreatã. Verũ enimuero, iuxta Apostoli verbũ, non adeo, & supra modũ contristari oportet, quasi nulla sit resurrectionis ac vitæ melioris, beatioris ve spes illi reliqua, quin id hodie agamus principes fortissimi, quod virum fortissimũ, nobilissimumq; de gente Israelitica ludã Machabæum fecisse sacræ testantur literæ, qui collatione facta, duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymã, quo ibi offerrentur pro peccatis mortuorũ, iuste ac religiose de resurrectione cogitans. Nisi eñ eos qui ceciderant, resurrecturos speraret superfluũ videretur, & vanũ orare pro mortuis. Sed quia considerabat, quod hi, qui cũ pietate dormitionẽ acceperant, resurrecturi eẽnt, haberentq; optimã hanc repositã gratiã, sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis, hoc est à reatu peccati, soluantur. Deũ Opt. Max. supplices oremus, vt si qua forte mortali labe aspersa, diuina matrona, dña Margaretha, ex hoc seculo migrarit, eã purgatorij pœnis solutã, immẽsa & ineffabili sua misericordia per angelos in Abrahæ sinũ deduci iubeat. Flectamus itaq; genua nostra corã eo, cuius nomine oñe genu flectitur, cœlestium, terrestriũ, & infernorũ, dicamusq; catholicorũ more, Pater noster, ac Aue Maria. Vsqueadeo efferatæ immanitatis quosdã fuisse memoriæ, proditũ est, Imperator Augustissime, inclytissime rex Ferdinande, quibus vtinã non inhumaniores his calamitosissimis tẽporibus, quibus oñes fere hęreses, olim & iamdudũ dãnatæ, oppressæ, ac consopitæ, rursus ab inferis emersere reperirentur, qui vita functos, nullis lachrymis, nullo q; luctu prosequendos asseuerarunt. Fuerunt etiã, atq; vtinã hodie non

B sint, gemina præditi feritate, qui sepulchra, monumenta, pompas funebres dãnaruut, Christifideliũ deniq; defunctorũ corpora, non modo consecratis terris non tumulanda, sed feris & bestijs dilanianda, vt Diogenes ille olim impurę sectę author Cynicus philosophus prõnci voluerunt, docuerunt, & reipsa tentarunt. Fuerunt postremo nonnulli atq; vtinã in tam multiplici varia q; impiorũ turba non sint adeo multi, qui purgatorij expiationẽ negarunt. Ideoq; exequias, parentationes, sacra anniuersaria, oblationes, ac preces pro defunctis inanes eẽ, nihilq; proficuas dixerunt. Aduersus ingens hoc cerbereũ triceps monstrũ, ac superbissimos, priorũ ac nostrorũ tẽporũ Philistæos, quando hodierna die exequias & funebria sacra, illustrissimæ dñæ Margaretæ Archiducissæ laudatissimæ celebramus, non Herculis claua poetarũ more, sed gladio spiritus id est, verbo dei, humilis illius pastoris Dauidis pastorali pera ac funda, limpidissimis lapidibus de torrente selectis bene instructa, in prçsenti concione, congressuri, pugnaturi q; sumus.

Mortuos itaq; plangendos eẽ pluribus sacræ scripturæ locis conuincemus, quippe Genesis 23. Sara centũ viginti & septem annorũ, mortua est in ciuitate Arbeæ, quæ est Hebron. Venit q; Abrahã vt plangeret, fleretq; eã. Ecce pietatẽ Abrahæ, cuius ita semen dominus multiplicauit, vt stellas cœli, & arenã maris, an nõ Saran coniugẽ oĩm charissimã luxisse, hac historia sacra manifestissime cõprobat? Quid locupletiorẽ testẽ q̃rimus Iacob, quẽ tã impẽse, ac tot argumẽtis dilexit dñs. Is quidẽ quum putaret Ioseph, à fera pessima deuoratũ, scissis vestibus, vt legitur primo libro Moysi, indutus est cilicio lugẽs filiũ, multo tpe, Iacob porro patriarcha mortuo, non modo Ioseph vnà cum fratribus (vt est Genesis. 50.) sed & oñes senes domus Pharaonis, cunctiq; maiores natu terræ Aegypti, trans Iordanẽ celebrabant exequias planctu magno, atque

C vehementi per septẽ dies, adeo vt terræ Chanaan habitatores à planctus magnitudine loco nomen indiderint, cœperintq; vocare planctũ Aegypti. Vt interim sileamus Aaron, quẽ sacræ literæ Cohen Gadol, sacerdotẽ magnũ vocãt, quẽ in supercilio montis Hor occũbentẽ, fleuit triginta dies vniuersa multitudo Israel per cunctas familias suas. Et quis in sacris literis vel mediocriter doctus ignorat, quod mitissimũ virum, exercitus Israelitici ducẽ Moysen amicũ dei mortuum in terra Moab, super montem Nebo in vertice Phasga, contra Hiericho, quum esset centum & viginti annorũ, fleuerunt, vti scriptum est, in quinto eiusdem Moysi libro (quẽ Hebræi, Elledaberim appellant) filij Israel triginta diebus? quod q; Dauid luxit Ammon filiũ suum multis diebus, his acceptis sanæ scripturæ testimonijs qua tãdem fronte negabunt impij homines, lugendos esse mortuos? Si mortuum porro Iosiam regẽ, vniuersus Iuda, & Israel luxerunt, si Samuelem vniuersi Israelitæ congregati mortuum planxerunt, si Dauid rex, quum audisset mortuum esse Saulem, scidit vestimenta sua, oñesq; viri, qui cum ipso erant, planxerunt, fleuerunt, ac ieiunauerunt vsq; ad vesperum super Saul & Ionathan, quid prohibet, quo minus nos reges, reginas, principes, propinquos, ac charos nostros, quum ex hac vita decedunt, iusto, ac moderato mœrore prosequamur? Sed iam modũ faciamus exemplorũ è veteri testamento, & nonnulla ad hanc rem ex nouo depromamus. Super Stephanum prothomartyrem, extra muros Hierusalem lapidibus obrutum, & mortuum viri religiosi planctum magnum fecerunt. Su

per puella item mortua plorabant in Euangelio, cuncti qui erant in domo, & Lazarũ mortuum, non modo Magdalena, sed & ipse Chrus fleuit. Vnicũ porro filiũ mater quũ efferret, proculdubio, eo luctu vnigeniti fleuit, quẽ præscribit Hieremias capite. 6. Prętereo sanctã illam de

Dorcade

Iud. 16
Philip. 2
Flexis genibus deo dicam⁹ Pater noster, & Aue Maria.
1. Regũ. 17
Ephes. 6
1. Regũ. 17
Genes. 13
Malac. 1
Genes. 37
Nume. 20
Deuter. 34
2. Regũ. 15
2. Paral. 35
1. Regũ. 31.
2. Regũ. 1
Actorũ. 8
Lucæ. 10
Iohan. 11
Lucæ. 7

Actor. 9. Dorcade, flentibusq; viduis in Actis Apoſtolorum hiſtoriam, & pleraq; alia, quibus omnibus exemplis perſpicuum fit, lugendi officium vita functis iuſte, pieq; tribui. Nemo igit mirari debet, ſi clementiſſime ac maxime Cæſar Carole, tuq; regum omniũ optime Ferdinande, veſtibus mutatis, hisq; præſentibus caſtris doloris & compluribus alijs argumentis iuſti mœroris, luctusq́ ſignificationem datis, qui Amitã amiſiſtis, matrem familias ac pene matrẽ Margaretam, quæ iuſtiſſimis de cauſis vobis ipſius ex fratre nepotibus, magnum ſui deſideriũ reliquit. Fuit em̃ illa inæſtimabilis pretioſiſſimaq; Margarita, cuius incõparabilibus virtutibus, magnũ illuſtrium matronarũ cętui, ornamentũ acceſſit, de cuius laudibus quum dicere cogito, neſcio quomodo inopem me copia facit. Neq; em̃ quid dicã, quæro, ſed quid potiſſimũ ex tanta laudũ congerie decerpã. Quum em̃ generis maieſtatem contemplor, neſcio quomodo ſicuti ad numinũ quorundã, ita ad tot illuſtriũ heroum memoriã expaueſcã, venerationẽq; in aio meo oboriri quandã ſentiã. Vt em̃ Auũ taceã Fridericũ pacis atq; otij, dũ rem̃ gubernandam, annos q̃tuor & qnquaginta Impator potiret ſtudioſiſſ. vt Albertos, Rudolphos, Leopoldos Imperatores ac pricipes huius, lõga ſerie proauos, abauos, tritauos ptereã, quorũ imortalibus rebus geſtis bonitate ac clemẽtia, res humanę ſaluberrime tẽperatę floruerẽt. Ideoq; eorũ q̃dã miraculis claruerũt, & in diuorũ numerũ relati, diuinos honores, grato mortaliũ cõſenſu meruerũt, vt nihil dicã Imperatorem, multis iampridẽ effluxis ſeculis fere neminẽ fuiſſe, qui iam inde à parto Imperio Chriſtianã Rempublicã, prudenter, ſancte, ſalubriterq́ gubernarit, auxerit, conſeruarit, qui non ab huius diuinæ Matronæ ſtirpe, familiaque profectus parenti, altricique Auſtriæ domui principum optimorũ feraciſſimę debeatur. Quid Maximiliano huius patre glorioſius? quid auguſtius? quid diuinius? etiãnum cum in vita ageret, hominũ oculi aſpexerunt? ea orisilius probitas fuit, ea vultus maieſtas, totiusq; corporis facies, vt dignus fuerit, cui orbis terrarũ Imperium pareret. Cuius in bello virtutem hoſtes, in pace clementiã, bonitatemq; eximiam ſubditi admirabant, æqui, iuſtiq́ amantiſſimus princeps, ſumma liberalitate, incredibili rerum gerendarũ prudentia, Chriſtianæ pietatis religioſiſſimus ac ſedulus propugnator, omniũ virtutum genere cumulatiſſimus. Is ex Maria Burgundię duciſſa, quã coniugem vnice adamabat, tres liberos ſuſcepit, Franciſcum, Philippum & hãc, de qua nobis hic inſtitutus ſermo eſt, Margaretam, immaturo filiorũ fato infelix, alioqui feliciſſima. Quorũ Philippus, patris per omnia ſimillimus, generoſam indolem in vobis duobus mundi dominis, afflictis Romani Imperij rebus ſalutiferam tranſmiſit, ipſe ante diem ereptus, incredibilem luctum, non modo ſuis ſubditis, ſed vniuerſis Chriſtianæ Reipublicæ Regibus, principibus, ſtatibus, rebus publicis, nationibus, populis poſt ſe reliquit. Vna itaque ſupſtes, Margareta, nouum generi veſtro decus adiecit, quæ Maximiliani pris eximiarũ virtutum memor, & Philippi fratris, diuini principis laudum æmula à teneris vnguiculis, generoſo ſpiritu maiorũ veſtigijs ingreſſa, hoc ſtudio habuit vt animum excelſum, atque infractum virtute communiret ac varia rerũ, exemplorũ, hiſtoriarumq́ cognitione exornaret, quo factum, vt quos ſapientiæ nomine celebrari audiret, ardenti ſtudio complecteret, eorumq; ſermonibus, ac præceptis auidas aures præberet, ac indies doctior fieri ſtuderet. Bibliothecam elegantiſſimis atque optimis authoribus inſtructiſſimã ornatiſſimamq; comparauit, eosq; generoſa mulier, altera Sempronia in ſtudijs progreſſus fecit, vt non minorem Aſpaſia illa, cuius Socrates omniũ Græcorũ longe ſapientiſſimus, ſapientiã comprobauit, aut Nicaula, quã alij Candacem vocant. Sabba regina, quæ ſapientia Salomonis fama excita, à Meroe Nili inſula Hieruſalẽ profecta eſt, vt regem ſapientiſſimũ per ænigmata, vt. 3. Regũ. 10. legitur, tentaret, ſapientiæ laudem inuenerit. Corneliæ Scipionis Aphricani filiæ, in dicendo facundiam, & ſcribendo elegantiã retulerit, & quod Iſis primi Argiuorum Regis filia, olim feciſſe memoratur, homines alioqui feros, ipſius legibus parere, ac ciuiliter viuere docuerit. Paucos ex omni memoria principes fuiſſe legimus, mulieres autem quas ſexus fragilitas, à gubernatione Reipublicæ excludere videtur longe pauciores, qui rerum gerendarũ prudentia præditi, pacem, atque otium ſuorũ ciuium, ſine armis, dum viuerent, tueri potuerint. Quum tamen hæc maxima ſit optimi principis, ac ſingularis virtus, quæ Auſtriæ domus principibus propria iure optimo, ad ſumma illos imperia ſemper euexit, & ferociſſimorũ populorum dominos conſtituit, hanc diuinam & pene incredibilem à patre Maximiliano acceptã, ita coluit generoſiſſima Matrona, vt quum veras illius laudes prædico, mediocri, ac ſimplici oratione vſus, verear, ne nimium quibuſdã auribus dediſſe, & veris, ornandi ſtudio rhetorum more, quædã affinxiſſe videar. Bella nunquã niſi acerrime prouocata geſſit, & quod ſumma admiratione dignum, difficillimis tẽporibus, fatalibus circumquaq; tumultibus exortis, conticeſcentibus inter arma legibus, flamma ferroq; in mutuã perniciem inardeſcentibus finitimis, ipſa ſumma in trãquillitate terras ſibi commiſſas conſeruauit. Etem̃ arma tractare, bella gerere mulierem, indecorum iudicauit, didicerat q; maiores ſuos ad arma nunquã niſi cum pacis artibus, pacem tueri poſſe deſperarent, maturaſſe. Quod tamen, ne aliquando ipſam facere neceſſe eẽt, ſolerti animo, oẽs incendiorum cauſas præuidit, ficq; ſe aduerſus om̃es fortunæ inſultus communiuit, vt proximorum

confla-

A conflagrantibus parietibus,contagia flammæ facile declinarit, ô ingenium mulieris admirabile, ô prudentiam singularem, ô terras tali gubernatrice beatas, Arpalicæ rex gerendarum gloria, æternum nomẽ inuenit,quæ Lycurgum patrem à Getis captum, celerius q̃ à fœmina sperare quisq̃ posset,coactis militum copijs,ipsa sua virtute fortiter eripuit, & in pristinã libertatẽ vindicauit. Semiramis Assyriorũ regina,quum virum amisisset viriliter arma ferre, militare,ac hosti terrorem incutere didicit. Penthesilea,cæteræq; amazonum viragines strenue pro patria pugnasse scribuntur. Has illa,fortes quidẽ,sed sui sexus oblitas,admirandas magis,q̃ imitandas iudicauit,nihil sanctius,nihil melius,nihil antiquius rata, atq; ipsius curæ concreditos populos legibus continere,& exterorum iniurias prudentia cohibere ac declinare. Quæ Germaniæ pars agrestium superioribus annis tumultus non sensit? quæ ab informibus hæreseon monstris non est contaminata. Qui Christiani orbis angulus ciuili cruore non maduit? Ab his omnibus malis ac pestibus, Carole Imperator Augustissime. Tuq; Ferdinãde rex inclytissime,amita vestra, prudentissima mulier terras Germaniæ inferioris,sartas,tectas conseruauit,subditosq; clementia,lenitate,& mira placabilitate continuit. In terris suis nouæ doctrinæ authores, tanq̃ pestilẽtissimos hostes,& publicæ quietis turbatores,pedem ponere non est passa. Sed sagaci ingenio, vnam veram catholicam de religione omnium ecclesiarum opinionem, saluberrimam reipublicæ esse vidit,contra letalem,ac præsentem pernitiem allaturam de eadem religione dissensionem,Quæ igitur voluptas te Carole Imperator optime,maxime,est perceptura,quæ animum tuum lætitia perfundet? quum illac iter faciens,per amitæ tuæ,ac pene matris Margaretæ,ma-
B trisfamilias diligentissimæ,gubernationi concreditas prouincias,Burgundiam,Flandriam,Brabantiam,Hollandiam,Selandiam,Artesiam,Hasiam, aliasq; prouincias ab omni hæreseon labe incorruptas,veteres ecclesiæ ritus,sacra,cerimonias, vnanimiter, religiosissimæq; custodientes, perpetua pace florentes,omnibus bonis abundantes,intuebere? Quocũq; oculos intendes, religio,pax,gaudiũ tibi arridebunt. Hoc porro inæstimabile,illustrissimæ matronæ,ingenij lumen, non modo proprias terras illustrauit,sed exteris quoq; nationibus,assiduis, interniciuisq; ciuiliũ bellorum naufragijs,afflictis,& tantum non perditis,veluti sydus quoddã salutiferũ, per medias tempestates,ad pacis cõcordiæq; portũ præluxit: Veturia Coriolanum magnis iniurijs exacerbatum, infestis Volscorum agminibus patriã obsidẽtẽ,mater filium blanda oratiõe mitigauit, & hostem ab vrbis obsidione amouit. Hæc aũt cum ab hostili motu patriam securã reddidisset, exterarũ nationum vicem dolens,solitis artibus,regum & principũ animos, Christianorum,ad pacem concordiamq; solicitare non acquieuit,donec rorantia adhuc ciuili sanguine arma,ẽ manibus extorsit,& certo fœdere,ad firmas conditiones pacis alligauit. Huius itaq; consilio propemodum exhausta bellorũ diuturna calamitate Gallia respirat,afflicta penitus,ac perdita Italia,recreatur. Iustitia & æquitate,erga omnes vsa,sua sceleribus supplicia,& sua item virtuti præmia coæquauit,placidas subditorum quærelis aures adhibuit. Amasia virili animo mulier, eaq; ratione Androgynæ cognomen adepta,& Aphrania Lucij senatoris vxor, apud magistratus
C causas egisse,obtinuisseq; feruntur. Hæc magistratus suos,sontium cõtemptis muneribus,causas diligenter cognoscere & litigantium controuersias placide componere docuit, & omnino, quemadmodũ de Plotina memoriæ proditum legimus Neruæ vxore,ita modeste, ita sancte, se gessit,vt de se quærẽdi causam nemini reliquerit. Liberalitatẽ vero huius, beneficentiãq; eximiam,omnium ordinum homines sunt experti,frugi fuit,& intra dignitatẽ suam se vestiuit,vt quam mulierum Romanarũ luxui cohibẽdo,legẽ tulit Appius,ipsa sibi præscripserit,fortunarum à deo oblatarũ,se non dominam,sed indignam dispensatricem eẽ existimans. Prolixa erga omnes benignitate vsa,cauit sedulo ne quod libenter faciebat,aliquando facere prohiberetur. Paula e nobili Scipionum genere amplissimas diuitias in pauperes erogauit,sed filiæ Eustochio æs alienũ grande reliquit. Per hanc vero nemo pauperum eguit,nullius ipsa vnquã in ære fuit,& quem inopem tandem non pauit? Quem nudum algere passa non cooperuit? Cuius viduæ,orphani,pupilli sortem nõ miserata? Omnis profecto inopum turba se matrẽ, nutricemq; amisisse confitentur. Religionis autem,pietatisq; studium,quoad vixit,coluit sanctissimæ, tenera ætate vitis clarissimis iuncta,vni Hispaniarũ hæredi,alteri Sabaudiæ duci,quos lectissima fœmina vnice dilexit. Ne minus charos habuit,q̃ olim Brutum suum Porcia, Aemilia Africanum, Thuria, Q. Lucretiũ, Sulpicia Lentulũ,atq; alia item Sulpicia(quæ omnium matronarũ castissima,ex Sibillæ libris sola digna fuit, per quam Veneri Verticordiæ templum consecraretur) Fuluium Flaccum. Ex quibus,quum breuem admodum voluptatem percepisset reliquum vitæ tempus,etsi à multis clarissimis procis ambiretur, vidua deo viuere maluit, & cum Paula quæ Toxocium altissimo Iuliorum sanguine procreatum,& Iudith, quæ Manasse amiserat, viduis, vita functos maritos luxit,secreta cum puellis cubicula tenuit,habens super lumbos suos cilicĩũ, lectione, ieiunijs,oratione solitudinem suam consolabatur. Erat celeberrima,quia dominum timebat valde,nec erat qui de illa verbũ malum loqueretur, Cum Anna phanuelis filia frequens in templis versabatur. Vidua totos.23.annos,aduscq; vitæ finem, carnis desideria,ita domuit, vt Lucæ. j

Romano more,pudicitiæ corona donanda,decorandaq́ fuerit,Collegia,Monasteria,ædes sa- D
cras,diuino cultui,maiorum pietate dedicata,hymnis ac canticis,diuinisq́ laudibus,iugiter p-
sonantia,quæ nonnulli sacrilegi imperitæ multitudini Lutheranis, exitialibus erroribus inqui-
natæ,diripienda ac funditus delenda permiserunt incorrupta conseruauit. Et non solum maio
rum munificentia erecta,ac fundata sarta,tecta tutata est,sed duo etiam Monasteria suis opib⁹
noua excitauit,& magnifice,copiosissimis redditibus locupletata, perpetuo cultui diuino conse
crauit.Duo præterea monumenta.20.ferme annis anteq̃ moreretur,constituit. In quibus par-
titum mortuæ corpus,maiorũ ritu sepeliretur,neq; quicq̃ testamento magis cauit,quàm vt ma
gna bonorum pars,pauperibus tribueretur.At cum tempus adesse videret,quo ipsa hospes ac
peregrina,ex hoc mundi diuersorio,exque hac adeo valle lachrymarum, ærumnarũq́ omniũ,
in æternam patriã migraret,confessione humili animã,ab admissis culpis repurgauit, & sacra-
mento Eucharistiæ,ac vnctionis extremæ,de more,ritu q́ catholico prouisa,dissolui cum Pau-
Philip. j. lo concupiuit,& eẽ cum Christo.Quis igitur est tam ferreus,qui non cõmoueatur? tam inhu-
manus qui non lugeat? tam ingratus qui huius maximis beneficijs debitum mœroris officium
Proue.vlt. non reddat? Fuit enimuero illa quæ à Salomone rege sapientissimo describitur , mulier fortis,in
qua cor viri confidebat,& spolijs non indigebat, quæ lanam quæ fuit & linũ, cõsilioq́ manuũ
suarum est operata,facta quasi nauis institoris,de longe panem apportauit. De nocte surrexit,
dedit predam domesticis suis,& cibaria ancillis suis:consideraui agrum & emit eum, de fructu
manuum suarum vineã plantauit,accinxit fortitudine lumbos suos, & brachium suum robora
uit,manũ suã misit ad fortia,& digiti eius apprehenderunt fusum, manũ suam aperuit inopi,& E
palmas suas ad pauperes extendit, domui suę non timuit à frigoribus niuis,omnes enim domestici
eius vestiti fuerunt duplicibus.Stragulatam vestẽ fecit sibi byssus & purpura vestimẽtum eius,
os suum aperuit sapientiæ & lex clementiæ in lingua eius. Dominũ timuit,& laudabitur, ride-
bitq́ in die nouissimo.Atqui Carole Cæsar Auguste,Tuq́ Ferdinande rex inclytissime,
suus luctui modus esse debet,neq; tam mœreri,quod talem amiseritis,vos decet, quàm gratias
agere,quod summi dei beneficio habueritis,peregrinamur in hoc mundo,ciuitatẽ permanẽtem
2.Corin.5. nullam habemus,habitamus cũ habitãtibus cædar,id est,in tenebris,aduena illa erat & peregri-
Hebræ.13. na,vt Paula dicere solebat,sicut oẽs illius parentes,& quia bona egit,in vitam proculdubio iuit
Psal.119 sempiternã,& cum tot bona opera secuta sint illam,beata est.Ita enim exclamat in Pathmo diu⁹
Psal.38 Iohãnes apostolus,opera eorũ sequũtur illos.Et beati mortui,qui in dño moriuntur.
Iohan.5 Quam toto aũt cœlo errent hi,qui mortuis sepulturã negãt, nemo est, qui ignorare debeat
Iohan.14 aut possit, vt enim Abraham de Saræ Conthoralis suæ sepultura solicitus fuerit, liber Geneseos
Gene. 23 ostendit,emit enim eidem vxori suæ charissimæ,sepulchrum in spelunca duplici,quæ respiciebat
Mambre.Et longum eẽt recensere,quanta diligentia,condendorũ ossium ordinem post se reli-
Genes.149 querit & demandauerit Iacob,vt licet collegerit pedes suos super lectulum, & obijsset in Ae-
Genes.50 gypto, voluit tamen in eo loco sepeliri, vbi sepultus fuerat Abraham & Sara vxor eius,Isaac
Exodi.13 cũ Rebecca & Lia.Scriptura tradit,quomodo Ioseph adiurauit fratres, vt asportarent ossa eius F
Psal. 113 ab Aegypto,id quod factum est multis posthac seculis. In exitu Israel de Aegypto, domus Ia
1.Regũ.25 cob de populo Barbaro.Samuele illo propheta,vere diuino mortuo,sepelierunt eum Israelitæ
in Ramatha vrbe sua.In Genesi postremo legitur,vt mortua Delbora nutricæ Rebeccæ, quod
Gene.35. sepulta fuerit ad radices Bethel,subter quercum,vocatumq́ est nomen loci illius quercus fletus.
Tob. 12 De Tobia,qui erat de tribu Neptalim,q̃ gratam rem deo fecerit,q̃ in sepeliendis mortuis dili-
gens fuerit,totus fere Tobiæ liber,& potissimum vox angeli Raphaelis testatur. Sic enim dice
bat ille,quando orabas cum lachrymis,& sepeliebas mortuos,& relinquebas prandium tuum,
& mortuos abscondebas per diem in domo tua,& nocte sepeliebas eos,ego obtuli orationem
tuam domino.Et quid plura dicam? tanta in reuerentia,ius, ritus & officium sepeliendi habeba
Deute. 34 tur,vt etiam scriptura aperte testetur,mortuum Mosen in terra Moab, ipsummet dominũ deũ
sepelijsse.Super arenam itaq; ædificant,qui proh pudor,& proh dolor nostro q̃uo mortuos,iu-
xta orthodoxæ religionis consuetudinẽ sepelire non volunt,neque alijs hoc facere permittunt.
Profecto maledictionẽ dei excelsi effugere nequeunt, quotquot in tantis impietatibus intrica-
ti,inuolutiq́ Christianorum sepulturas contemnunt,sanctorum ossa,reliquiasq;,vt in quibusdã
locis fieri solere accepimus,pedibus,fœdissimi porci conculcant,in cinerem q́ redigunt,quę te-
mere,atq; impie fieri palam,in propatulo est.Et quis nescit, propter huiusce modi inusitatæ im
pietatis scelera venire iram,& indignationem domini, ideoq; tẽporibus nostris, nemo mirari
debet,si quasi vno impetu tres plagæ,fames.s.gladius & pestis fere totam Christianitatẽ,& po
tissimum inclytam,olim religiosissimam,deoq́ deuotissimam Germaniæ nationẽ adobruerint,
Psal. 39 & vndequaque vexent,vrgeant,præmant q́ magis indies. Nam si super Moabitas venit ira il-
Amos.2. lius,qui deus vltionum est,quod incenderint vsq; ad cinerem ossa regis Idumæorum,vti Amos
propheta,in pastoralibus Tecue prędidit,nimirum non cessabit plaga domini ab his omnibus,
qui cum Vigilantio hæretico,sanctas reliquias,ausu temerario violenter è mausoleis, sacrarijs,
sarcopha-

A sarcophagis,& sacris vrnis eijciunt. Habebis autem, quisquis huiusce farinæ sectator es impius, Constantinum magnum Christianissimum illum Imperatorẽ pro sacrilego, qui ante mille ducentos annos, sanctas reliquias Andreæ, Lucæ & Timothei trãstulit Constantinopolim, apud quas etiam dæmones, tremebundi, teste diuo, & barbato Dalmata Hieronymo rugierũt, reum ages Augustum Archadium nefarij facinoris, quod ossa beati Samuelis de Iudæa transtulit in Thraciam. Iam de Gratiano, Theodosio, Carolo primo, & magno, dies me deficeret, si illorum bene sancte, & religiosissime facta, ac amplissima tẽpla, quibus sanctorũ sepulchra, & ossa mortuorum summa veneratione prosecuti honestarunt recensere perrexero: Impie itaq; & imprudenter catholicis obganniunt, quotq̃t causantur circa reliquias sumptus auri & argenti nimios. Nam hoc non solum Vigilantius fecit hæreticus, sed & Iudas Iscariothis itidem feciſſe, in euãgelio legitur, qui sibi nequiter persuaserat, vngentũ potius trecẽtis denarijs in vsum pauperum vendendum, quàm supra sanctissimum caput Christi fundendum fuisse. At non erat illi tanta ac tam diligens cura de pauperibus, sed quia loculos habebat & fur erat. Studeant itaq; cuncti terrarum principes, ne hac in parte deo subtrahãt quod dei est. Nempe quod nonnulli alioqui ad luxum, & vitam lubricam sumptuosissimi, prodigalissimiq; perparci sunt in his, quę ad sacra pertinent, detestabile est. Quippe, quod Magdalena tam pretioso vngento sepulturam domini præuenit coram Simone laudatur ore domini, quod bonũ opus, operata sit. Ad hæc quis dubitabit vnquam displicuisse deo, quod Ioseph ab Arimathia ac Nicodemus, & sub cruce mu- Iohan. 12. Matth. 22.

B lieres Christum à cruce depositum cohonestarint, nouo sepulchro excisо in petra, sindone mũda, lintheaminibus, sudario, mirrha, aloe, aromatibus, & vngentis pretiosissimis, & nisi mentiantur id q̃ verisimile non videtur scripturæ. Quicũq; Cæsares, reges, ac principes, hac tanta erga deum, atq; illius sacra pietatis laude præcellent illis abundantia frugum dabitur, & eorundẽ torcularia vino redundabunt, nunquam etiam deficiet illis oleum in lechito, oleum quidem, quod fluit de saxo durissimo. Id quod vnius Salomonis exemplo clarissimũ fit. Is nempe domino deo templum extruxit longe amplissimum, & oraculum illius, atq; domum operuit auro purissimo, laminas affixit clauis aureis, nihilq; erat in templo, quod nõ auro tegeretur. Sed & totum altare oraculi texit auro, texit Cherubin auro, pauimentum autem oraculi, etiam palmas texit auro. Fecit rex Salomon, candelabra, mensam propositionis, lucernas, forcipes, hydrias, fuscinulas, phialas, mortariola, thuribula, & alia vasa templi, etiam ex auro purissimo, insuper ducenta scuta, omnia vasa domus, saltus libani, de auro purissimo fuerunt. Nihilominus non erat in diebus Salomonis, qui assimilaretur in diuitijs illi, etiam si tantos sumptus, vt scriptura tradit, fecerit, pro honore, gloria, & domo domini, & ita de illius non alio seculo scriptum est, q̃ non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur. Et quia religionem dei, tam pie coluit, ac veneratus est, ideo magnificatus est, super omnes reges terræ diuitijs, vt eẽt tanta abundantia argenti in Hierusalem, quanta & lapidum. Et cedrorum præbuit multitudinem, quasi Sicomoros, qui nascuntur Matth. 22. Marc. 15 Lucæ. 23 Iohã. 19 Prouer. 3. 3. Reg. 17 Deuter. 32 3. Regũ. 7.

C in campestribus. 3. Reg. 10

Paululum digressus, ad eam orationis partem quam de sepultura instituì, redeo, fere omẽs reges in Regum & Paralipomenon libris, mortui, sepultiq; legũtur. Nabuchodonosor autem, ob impietatem suã proiectus est de sepulchro suo. Vnde Ezechias capite duodecimo: Achas rex, fuit omnium nequissimus, vnde non sepelitur in sepulchris regum. Ioachymo autem filio Iosiæ regis, quasi in maledictionem prædixit Hieremias propheta, quod sepeliri deberet sepultura asini, putrefieriq; & proijci extra portas Hierusalem. Signum itaq; non vulgare putandum est saluationis æternæ, quod tam præmaturo tempore & ante diem mortis suæ, illustrissima & honestissima domina Margareta, sui corporis sepulturam, in hisce locis elegit, quæ suis proprijs impensis antea, & iamdudum in perpetuam laudem omnipotentis dei, apud Brabantinos & Allobroges, hoc ẽ, in Sabaudia, extruxerat. Vides itaq; catholicæ Cæsar, & tu deuotissime rex, cecidisse hæreticorum nostri æui turrim Babylonicam, eosq; peccare grauiter, & impijssime, q̃ more bestiarum, Christianorum corpora mortuorũ abijciunt, sacræ sepulturæ beneficio affici, ausu temerario in quibusdam Germaniæ locis, vetant ac prohibent. Restat nunc, vltimo loco, vt purgatorium, quo, ad expiandum reliquias peccatorũ, aĩæ puniuntur, non ex lacunis, sed de aquis illis viuis fluẽtibus è paradiso, fontibusq; saluatoris salientibus in vitã æternã, probemus. En Paulus ad Philippenses triplicem ordinem facit, eorum qui apud deum præualere credẽdi sunt, inquiens, in nomine Iesu, omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorũ. Hi vero, qui apud inferos sunt, æterno adiudicati supplicio, certe deum non laudant, neq; coram illo genua flectunt. Sic enim scriptura dicit: In inferno quis confitebitur tibi? Et rursus: Non mortui laudabunt te domine, neq; omnes qui descendunt in infernum, & filius Amos, Esaias propheta: Non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te, non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam. Ergo soli qui in purgatorio, & in vita sunt, genua curuare, & Iesum adorare solent, quum interim superbia eorũ qui oderunt deum, ascendat semper. Præterea Christus præcepit, vt quum cuipiam esset aliquid cum aduersario in via otius illi consentiret, ne tra- Philip. 2 Psal. 6 Psal. 113 Esaiæ. 38 Psal. 72 Matth. 5. Lucæ. 12

dat eum aduersarius iudici & iudex ministro, vt mittatur in carcerem, vnde exiturus non esset, D
donec nouissimũ quadrantem reddidisset, & Matth. 12. Peccatum in spiritum sanctum, neque
in hoc, neq; in futuro seculo remissum iri, ait: Paulus item egregie, qui quum prædixisset Co-
2. Cor. 3 rinthijs, quo pacto vnusquisq; propriam mercedem eẽt accepturus, secũdum suum laborẽ, tã-
dem quicquid vnusquisque superædificauerit vel aurum, vel argentum, lapides pretiosos, li-
gna, fœnum, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestum erit, dies domini declarabit, quia in igne
reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit, si cuius opus arserit detrimentũ acci-
piet, ipse autẽ saluus erit, sic tamen, quasi per ignem. Hoc testimonio certe, si recte expenditur,
pro purgatorio igne, nihil apertius erit. Dilectus etiam à Christo discipulus, q supra pectus dñi
in cœna quieuit, in prima canonica, sic inquit, est peccatum vsq; ad mortem, non dico vt pro
Iohan. 21. eo quis roget, quasi dixerit pro eo, quem manifestum est, emigrasse ex hoc seculo, desperãs de
1. Iohan. 5. dei clementia, nullus oret. Quod si pro reliquis prodesse possit apud deum oratio, iam in pro-
fesso est, non intelligi debere eos, qui sunt in gloria, quoꝝ deus lachrymas absterfit, apud eosq;
Apo. 21 amplius, neq; luctus est, neq; dolor. Neq; etiam pro his, qui in profundo inferni demersi sunt,
oratio funditur, nam in inferno nullam redemptionem eẽ, patientissimus ille vir Iob in terra
Hus plus semel clamauit. Supereſt itaque vt ijs qui in purgatorio sunt, deuota prodesse possit
1. Reg. 1. oratio. Anna etiam Helchanæ vxor, & sancti illius prophetæ Samuelis mater, hisce verbis
1. Reg. 2 exultauit in dominũ: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Neminem E
Iob. 10. autem ab inferno reducit deus, vbi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat, vbi perpe
Matth. 22. tuo erit, & est fletus & stridor dentium. Vbi deniq; exteriores sunt tenebræ, gehennaq; æter-
Luc. 13 na, qui locus in æternum suppliciũ paratus est diabolo, & angelis eius. Quod porro Iudas Ma
Matth. 25 chabæus orauerit pro mortuis, & sacrificare fecerit Machabæorum libri manifeste declarant,
quos quidem libros, etsi inter Canonicos synagoga nõ recenseat. Tamẽ Talmutistæ, Iosephus,
aliaq; sancta Hebræorum volumina fidem illi habere minime dubiam videntur. Addo quod
Iohan. 10. Encœnia, quæ Christus etiam sua præsentia celebrauit, à Machabæoꝝ libris primam cœpe-
runt originem. Et vt ad libros authoritatemq; Iudæoꝝ redeam. Quid mihi de synagoga, dũ
ipsissimam, ac sanctam veritatem loquatur ecclesia, palam quidẽ est omnibus, non modo à ve-
2. Petri. j teribus, & primitiuæ ecclesiæ doctoribus, & interpretibus viris sanctis, qui è spiritu sancto lo-
quuti sunt, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, hos libros veluti autenticos allegari, sed & ab or
thodoxa, catholicaq; ecclesia, communi Christifidelium cõsensu, in diuinis officijs receptos eẽ.
Hæc est aũt illa ecclesia, cui omnes principes orbis terrarum, iure meritissimo, hucusq; fidẽ ha-
buerunt, & tu inprimis Christianissime, ac clementissime Cæsar, tanq; ecclesiæ præcipuus ac pri
marius aduocatus, defensor, tutor, & murus Christianæ religionis, eidem tuto fidere, ac credere F
1. Timot. 3 potes & debes. Illa enim est columna, & firmamentum veritatis, vt ad Timotheum testatur a-
Iohan. 14 postolus: Illa ipsa est, quæ in æternum regetur, à spiritu sancto. Spiritu quidem veritatis iuxta
Iohan. 15. quam etiam pater, filiusq; mansionẽ facere consueuerunt, ad quam Christus in vltimo suo va-
Matth. 28. le, dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Nõ igitur
errat (vt nostræ ætatis temere nõnulli sentiunt hæretici) vniuersalis & catholica ecclesia, quæ re-
ligiosissimis institutis, & cerimonijs consueuit plangere mortuos, sepelire defunctos, his quoq;
exequias facere, qui in vnitate ecclesiæ ab hac luce migrarunt. Nam & hoc sub Seuero princi-
pe, & Antonio Caracalla prope tẽpora apostolorum Tertullianus Apher, ante mille quadrin-
gentos fere annos, de corona militis. Diuus quoq; Ambrosius, de obitu Gratiani, Valentiniani
& Theodosii. Diuus Aurelius Augustinus, de cura pro mortuis agenda, de obitu Monicæ di-
lectissimæ suæ matris, alijq; plures, etiam inter Græcos, præcipue doctores docuerunt. Pergite
itaq; macte virtute, vt cœpistis Carole pientissime, ac Ferdinande optime reuereri
deũ, illiusq; religionem sanctã viriliter ac strenue tueri, & erit vobis mi
sericors dñs. Qui dat escam omnibus timẽtibus se, qui nõ
Psal 110 deserit sperantes in se, qui sedet in excelsis,
Iudith. 15 ac humilia respicit in cœlo, & in
terra, merces magna nimis.
Fiat, Fiat. Dixi.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. Iohanni Fabro, Episcopo Viennensi, atq; ecclesiæ catholicæ defensori, Orthuinus Gratius bonarum artium professor.

S. P. D.



E summi ac potentissimi nostri Imperatoris Caroli V. & serenissimi Romanorꝝ, Hungarię, Bohœmięq; Regis atque Archiducis Austrię, Ferdinandi, a Consilijs, virꝝ mehercule, quum doctissimum, tum etiã & optimũ, nõ debemus omnes, non omnibus simul modis ac laudibus extollere. Aedidisti em̃ sermones aliquot, in cõmunẽ omnium Christifideliũ salutem ac Dei Opt. Max. gloriam. Quibus certe nihil melius, nihil vtilius, nihil hoc tẽpore salubrius Christi ecclesia amplecti potest. Vtinã curiosi rerꝝ nouatores, non minus illos fideliter, q̃ studiose perlegerent, longe profecto melius, longeq; rectius, Christiana sese respublica, per totum ferme terrarꝝ orbem, haberet. Digni sunt, vt propter illos vadimoniũ deseratur, præcipui tamen & ordine primi, quos de venerabili Eucharistia primo cõscripsisti. Nec indecenter. Quid em̃ augustius, quid felicius, quid diuinum magis, q̃ ꝙ ecclesia (sicuti vero verius, ac luce lucidius, Reuerendissimus noster Hermannus, Archiepiscopus Colonieñ. &c̃. princeps pacis, & Astreæ cultor, in suo Christianæ institutionis Encheridio, nuper expressit) per sanguinis dominici participationem, etiã iuxta naturam & substantiã, vnum cum Christo efficitur, & q̊dammodo in deũ suum transformatur. Quid inquam efficacius ad perfectã indissolubilemq; concordiam fouendam, q̃ ꝙ ecclesia (si rem ipsam penitius intueri voluerimus) eodẽ corpore vescens, eundẽ sanguinem bibens, per eũdem spiritum in vnum corpus redigitur, & Christo capiti viuo, viua connectitur? Præterea, quos de victoria cõtra Turcas ædidisti sermones, nõ possunt bonis omnibus, nõ esse gratissimi. Si iuxta illorꝝ doctrinã (vt ingenue fatear) simul omnes viueremus, nullũ sub hoc orbe lunari, aut Christi hostẽ, aut ecclesiæ inimicũ haberemus. Milesij plane hoc modo fierent oẽs, & Diomedea quadã necessitate, herbam nobis porrigerent, ac pedibus tandẽ nostris cõculcarẽtur. Cæterꝝ, de patientia q̃ præclare ac sancte cõcionatus sis,

prætérire neminẽ (vel mediocriter eruditũ) poteſt. Patientia enim proximi charitatem non deſerit, & ſingulare quoddam eſt dei donũ. Quod quum in cunctis dei amicis notiſſimũ ſit, tum in ipſo Iob, vate ſanctiſſimo, fortiſſimo quoq; ac patientiſſ. magis eluceſcit. Nemo mihi Herculem, nemo Achillem, nemo Hectorẽ (modo de vera animi fortitudine loqui voluerimus) hoc loco commemoret. Taceo Horatium Coclem, cõtra Hetruſcos infractis viribus dimicãtem. Taceo Cornelium Coſſum, occiſo Larte, Ioui Feretrio opima ſpolia cõſecrantem. Taceo Lucium Sicinium, ſex & triginta ex hoſte ſpolia referẽtem. Omitto Attilium, qui amiſſa manu dextra, ſiniſtræ ſuæ non pepercit, vt fugientem nauim victor teneret. Non referam Publium Scipionẽ Naſicam, qui ſeditioſum occidit Gracchum. Nihil dicam de Scipione Gnei Pompei ſocero, nihil de P. Craſſo, Imperatore ſimul & põtifice, nihil de M. Marcello, nihil de Manlio Torquato, nihil denique de cæteris omnibus, quos Romani vnquam fortes habuere. Prætereo Leonidam Spartanum, qui decies centena milia contra Xerxem Perſarũ regem, trecentis (quos ſecũ duxerat) ciuibus ſuperauit. Extollant Thebani, principis ſui Epaminundæ contra Lacedemonios, fortitudinem. Numantini etiam ſi voluerint, ſuum laudent Theogenem. Addatur prædictis Theramenes Athenienſis, a literis ſibi & doctrina virilitatem trahẽs. Adſint & Spartæ pueri, qui (vt eſt apud Ciceronem in Tuſculanis) ante deorum aram ad necem vſque læſi, ne vnam quidem lachrymulam aut vocẽ emiſere. Laudetur Mutius Sceuola. Nemo prætereat Alexandri puerum, ſacrificulo patientiſſime ſeruiẽtem. Quid Indorum gymnoſophiſtarũ, quid Anaxarchi philoſophi, quid Zenonũ, quid Socratis, quid Meuĩ, diui Auguſti centurionis, quid Valerĩ Publicolæ, qd Furĩ Camilli dictatoris, quid M. Rutilĩ, quid Dionis Siracuſani, quid Pittaci Thracis, quid aliorũ tandem omnium, vel fortitudinem, vel patientiam, vel conſtantiam, vel tolerantiã, commemorem? Me dies potius deficeret q̃ præclara virorum omniũ fortium, in hanc rem facinora, ſim relaturus. Noſtrum profecto vatem (de æthnicis dũtaxat loquimur) cæteris omnibus antepono, cui certe nõ parua gloria (multo enim, multoq; ſeipſum, q̃ hoſtẽ ſuperare, operoſius eſt) ſui doloris contẽptu, bonorũ omniũ ſentimento, facile tribuet. Reliqua quæ ſuperſunt, noſtro ſtatim carmine copioſius decãtabo. Quia igitur ampliſſima tua celſitudo, IIII. & XL. ſermones de patientia nuper ædidit, nõ ingratũ tibi fore opinatus ſum, ſi triumphũ etiã beati Iob, per me vtcũq; & cõpoſitũ & decantatũ, illiſi ipſis, in tui noĩs honorẽ, lætus adĩcerẽ. Valeat feliciter tua reuerenda paternitas, mecq; R. in Chriſto patri. P. Paulo Vergerio, Legato Apoſtolico. Itemq; & Friderico Nauſeæ, ſacræ Theologiæ, ac LL Imperialiũ doctori clariſſimo, ipſiq; Andreę Wagener, viro præſtantiſſ. in curia iſthic regali, iterum atq; iterũ cõmenda. Coloniæ, ex officina noſtra literaria. Anno M. D. XXXVII. Pridie Idus Februarias.

TRIVMPHVS BEATI IOB

PROPHETAE SVMMI DEI, IN QVATVOR DIVISVS libros, æditus ab Orthuino Gratio, bonarum artium professore.

SVMMARIVM PRIMI LIBRI.

LAudatur in primis sanctissimus Iob ab integritate ac sanctimonia vitę. Fuit ẽm vel dei testimonio, vir simplex & rectus, timens deum, ac recedens à malo. Quæ item infortunia, quas miserias atq; ærumnas, tum à Sabæis, tum ab ipso dæmone sit passus, clarè describunt, τλημοσυνη, virgo pijssima, tam mulieris, quàm impatientiæ calumnias ac fucos vati prędicit. Adsunt confestim implacabiles. Propheta constans manet, nec stultum quid contra deum loquit, imò grauissimis ac plane deo dignis, sese tuetur sententijs. Adsunt & proceres plus ęquo attoniti. Vatem ipsum, prudenter audiunt loquentem. Aurea describitur ætas. Adijciuntur tria vitia capitalia huic inimica. Decantantur tandem gesta Herculis numero sex & triginta, vt vatem hunc nostrum, longe illo superiorem, celebrioreḿq; probemus.

NOTA LECTOR.

TE admonitum velim lector candidissime, me non opinari aut statuere, Herculem Tyrinthium, ipso Iobo priorem fuisse, sed hunc nostrum vatem, illi in multis quàmsimillimũ. Certum quoq; est, plures fuisse Hercules. Nam tres & quadraginta Marcus Varro enumerat. Scimus quoque quæ scribat Annius sup Berosum, folio. 136. & sequenti. Qui certe omnes magnifica fecerunt, quę poetæ nostri confundentes, omnia vni, Græcoq; more attribuunt, id quod etiã & nos hoc loco facere curauimus, significantes tamen, fortissimũ nostrum Vatem, illos omnes, atque illis etiam claris facinoribus pares, & egregie & constanter superasse. Postremo, non me decorum seruasse negabis, eo quòd ante tentationum ac militiæ finem, tã celebrem hic triumphum constituerim. Primo certe aggressu (vt ingenue fatear) maiorem illis omnibus victoriam est consequutus. Nam aliud est sibijpsi constanter in omnibus moderari, & aliud feras tantum ac monstra domare.

PROPOSITIO.



Gregios animus gestit celebrare triũphos,
Quales Męonij non tetigere pedes.
Et quę magnus Iob, prisco rum gloria vatum
Pertulit, imparibus sunt memorãda modis.
Nec minus vt Chri regno Plutonia classis,
Imperet, ac tandem quos noua pestis edat.

INVOCATIO.

Imbue nostra precor sacrati nectaris imbre
Labra pater, laudes exprime quæso tuas.
Herbiferos tu sterne thoros, tu nostra tonantem,
Tu superos facias parua camęna iuuet.
Et pater omnipotens cytharam concedat eburnã,
Sit nostræ maior gratia parua lyræ.
Huc properent omnes fidibus resonare periti,
Et querulam pulsent, me resonante, chelyn
Sacrificuśq; senex, templi lustrator & aræ
Indat odoratis, thura Sabæa, focis.
Quicquid Delos habet, quicquid laudabile Delphi
Adferat Aoniæ, docta caterua, domus.

NARRATIO.

¶ Clara fuit quondam primæuæ gentis origo
Dedita virtuti, delicijśq; carens.
Nobilis hinc orta est, simul & generosa propago,
Quæ dedit illustreis magnanimośq; viros.
Semideos etiam, cœlo, diuiśq; propinquos,
Tlemosynę quorum candida mater erat.
Quos inter præclarus Iob, cognomine magnus,
Quo nullus toto maior in orbe fuit.
Integer Astreæ cultor, virtutis alumnus
Ante alios pura relligione sacer.
Qui delubra deum, victos sine voce penates
Risit, & Herceį numina vana Iouis
Lanigeruḿq; gregem, nocturnáq; respuit exta
Barbaricis supplex sacrificare deis.
Panáq; semicaprum, satyros, faunośq; bicornes
Montibus & syluis iussit abesse suis.
Quo soli parere deo, numeńq; triforme
Syncera posset relligione coli.
Cœlesti placuit sic iustus Abelus olympo,
Sic gratus pingui tristis Habramus oue
Officióq; pari, superis acceptus Iacob,
Et tali acceptus Melchisedecis amor.

QVOTIDIANVM PROPHEtæ sacrificium.

¶ E croceo coniunx, quoties Titonia curru
Mane rubicundum spargeret orta diem.
Ante deum supplex, patriæ, chariśq; propinquis,
Nunc prece, nunc donis, diluit omne nephas.
Quod nati, quod seruus iners, quod garrula coniunx
Peccarant, humili sedulitate piat.
Pronus & ante aras, cythara psallebat eburna
Heroo ludens carmina sacra pede.

DE INFORTVNIIS BEATI IOB,

quibus & si immerito, deo tamen volente, vexatus fuit, sed nunquàm victus, Christi repræsentans figuram, quem cum diabolus tentaret, suis exarmatus est viribus.

¶Hic tamen indigne fato iactatur acerbo,
Omniaq; in sese versa pericla videt.
Horrida fragroso iaciuntur fulmina casu
Ceruleas nubes igneus axis agit.
Fitq; tremor terris, vasti panditur hiatus
Ardet Apollinei regia tota senis.
In totam rapidus bacchatur Mulciber arcem,
Et nulla potuit clade carere domus.
Huic simul herbiuagos agnos, hirtasq; capellas,
Abstulit audaci turba Sabella manu.
Verueces etiam pingues, armentaq; forti
Rapta manu, subito concidit ense puer.
Quicquid habebat opum, quicquid telluris & vndę,
Hæc confusa simul, sunt sibi visa seni.
Ruricolæ quicquid, tum nati quicquid habebant
Infausto rapuit sors malefida die.
Aereas taceo turres, & summa domorum
Culmina, diuitias nostra Thalia filet.
Conuiuas inter, natos, seriemque nepotum,
Fulmine terrifico perdidit ignis edax.
Corpora dantur humo, furibundaq; sæuit Erynnis
Cuncta sepulchrali sunt vitiata face.

SINGVLAE CALAMITATES, VNO dumtaxat superstite, denuntiantur.

¶Ex reliquis, vnus solum, se cuique periclo
Proripit, vt placido ferret amara seni.
Hoc phlegetonthęi, dubio procul, arte draconis
Fallaci inuentum, consilioq; malo.
Nempe mouent animos, quæ sunt indigna relatu
Tranquillumq; vetant non lachrymare virum,
Prudentem, excellens & non moderata nocensq;,
Insanire facit, passio, sępe virum.
At non curat Iob, tantarum incommoda rerum
Omnia Tlemosyne suauia virgo facit.

IOB PERCVSSVS A DIABOLO.

¶Tantis ergo malis nondum satiata tyrannis,
Ditis auernæi, sanguinis arma parat.
Candida tum vatis Cacodæmon pectora cędit,
Conficiuntq; pium, duræ flagella, ducem.
Sternitur, insurgunt furiæ, crescuntq; dolores
Et subito gelidus territat ossa tremor.
Cæde madescit humus, nigro tepet area tabo
Putrescunt lassi liuida membra patris.
Illisos oculos & siccum sanguine corpus
Ingemit astantum mœsta corona virum.
Nec roseos tantum vultus & pectora plangit,
Sed cadit in terram fœmina mentis inops.

DESCRIPTIO DIABOLI ET crudelitatis eius.

¶Sic fuit ille patri Libycis crudelior vrsis
Peonius cedat cui feritate draco.
Nec secus ac pręster corrosum corpus adurit
Vtque sitim læso Dypsas amara parit.
Centimanusq; iterum ferrato cortice virgas
Protulit horrendas, verbera mille ferens.
Igne micant oculi, flammas, turpemq; mephitim
Euomit, & stygios exprimit ille canes.
Exercet rabiem plus quàm Polyphemone cretus
Viribus Excetram bellua torua refert.
Tartareæ monstrum noctis, cui turpis imago
Cui laceri dentes, anguicomumq; caput.
Cui simul horrendus lerneæ vultus Bchydnæ
Stymphalidas tetro qui fugat ore feras.

VERBA QVIBVS SATAN EST vsus in contumeliam vatis.

¶Therodomantheos superans feritate leones
Hircana longe sęuior ille fera.
Irruit in trepidum violento murmure vatem
Et probris miscet verbera dura suis.
Nil capis indigne, duro tu verbere dignus.
Nec pede te claudo pœna cruenta manet.
Quid tam iustus eras? debentur talia iustis.
Fata quibus seruant perfida raro fidem.
Non simili commissa lues mihi perfide pœna
Et sero sapies, quis deus ipse fiem.
Mox quoque letali fera desęuire flagello
Pergit, & exanguem dilaniare virum.
Disparsæ in ventos rorabant sanguine virgæ,
Virgarumq; loco, ferreus vnguis erat.
Discerpitq; virum partim, venasque resoluit,
Et vocat Eumenides in sua vota truces.
Dehinc quantum licuit, lustralibus incubat extis
Obscœno inuoluens membra cruenta luto.

COMPARATIONES PVLCHRAE.

¶Vt rapit Alceum pestis Calidonia regem,
Oeneiosque ferox depopulatur agros.
Efferus infausto veluti lupus instat ouili,
Lanigerumq; truci sauciat ore pecus.
In caput, in plantas, in molleis irruit artus,
Et tepido multum sanguine plenus ouat.
Sic lacerat Pluton cœlestis membra prophetę
Sic faciunt ictus tristia monstra nouos.

FELICISSIMI VATIS MISERIA.

¶Examinis collapsus Iob, collapsa recumbit
Tota domus, cunctis, corpus & ossa tremunt.
Frigidus incumbit saxo, caua tempora & omne
Corpus habet lacerum puluere sparsus Iob.
Infelix longo suspiria ducit hiatu
Sordida morboso vulnere membra videt.
Sanguine tabescit putido, scabieq; tenaci
Languenti monstrans hulcera mille manu.

APOSTROPHE AD FLAGEL latum vatem Christi typum.

¶Fortunate senex, tua te patientia cœlo
Donat, ad empyreas sic licet ire domos.
His tu vulneribus, pia Christi vulnera signas
Pro toto cæsum, sic agis orbe deum.
Ambustus lasso tibi manat corpore sudor
Putridus è venis it fine fine cruor.
Horresco diræ memorans contagia cladis,
Ah nimis immerito talia ferre graue est.

COMPARATIONES PVLCHRAE.

¶Non ita Deiphobus laceris fuit vndique membris,
Deiphobus stygijs vel miserandus aquis.
Nec sic Emathijs Hector raptate quadrigis
Deformis Phrygio es visus adesse duci.
Quin adeo laceros artus, tremebundaq; fœdat
Ossa cruor, madidum sic quoq; tabe iecur.
Quin adeo exanimis, non vno pectora lęsus
Vulnere, ficq; Satan sanguine plenus ouat.

Verba

VERBA PROPHETAE SECVM loquentis.

¶Tum ſecum tacitus, ſic ſic nos ô deus, inquit
Vt libet innumeris experiare malis.
Forſitan hæc de me tibi ſunt ſic viſa miſello,
Floreat vt toto nomen in orbe tuum.
Plurima ferre decet ſancto virtutis amore
Obqúe dei cauſam plurima ferre decet.

APPARET VATI PATIENTIA cœlitus à deo miſſa.

¶Nec mora Tlemoſyne, cœleſti ornata decore
Attulit afflicto dulcia verba ſeni.
Aethereuḿq iubar, diuum præſente caterua
Pectore depromens, hæc pia verba parit.
Horrida te dubio procul impatientia, Ditis
Imperio mitem vincere ſæua venit.
Et tua te dicto citius chariſſima coniunx
Senſu ductu leui, carpere ſæua venit.
Tu caue vincaris, ſummos perferre dolores
Expedit, vt vires experiare meas.
Altitonans hominem ſublimi condidit ore
Rectus vt æthereas intueatur opes.
Non igitur terræ fas eſt inhiare, ſalutem
Non habet, innumeris illa referta malis.

INDIGNATIO MVLIERIS in genere.

¶Hæc vbi collegit ſecum fortiſſimus heros
Aduolat inſano percita nupta gradu.
Impatiens animi, furiali tollitur ira
Latrat, & effuſis ſtat maleſana comis.
Lamentatur opes, natoſq́ lareſq́ peremptos,
Eumenidesq́ furens in ſua damna vocat.
Exacuit dentes, ſubitis dat fulmina verbis,
Nec finit affecto robora ſumpta ſeni.
Detrahit authori tantæ necis, increpat illum
Tradere funebri pignora chara, rogo.
Attollenśq manus, vulſis pro more capillis
Clamat, vt Ogigio concita baccha deo.
Neſcit habere modum, thalamis inimica pudicis
Ingratos ſtulto iactitat ore vices.

INDIGNATIO MVLIERIS IN ſpecie valde acerba.

¶Ah ſcelus exclamat, precio mulctandæ, quid audes
Fidere cœlicolis, numinibusve tuis.
Te quater infelix, quid cœli numen adoras?
Dic mihi quid pietas relligioq́ valet?
Hæc tibi pro meritis, tibi poſcit talia virtus
I nunc atque alio quære placere deo.
Quid ſupereſt, quin te? cur non? tibi numina deſint,
Quod tibi læſa precor, deprecor ipſa mihi.

IRONIA VEHEMENS.

¶Quàm probe vt es meritus, primis poſtrema pro-
Et tua tartareus læſerit oſſa Satan. (bantur
Es ſacer ô coniunx, felix tua vita, fideśq
Accipit ingenio munera digna tuo.
Grandia captaſti virtutum præmia, factus
Es deus, ambroſia, nectare, perge frui.

IMPRECATIONES ET ALIAE quędam ſententiæ, mulieris plus equo debacchantis, nec honeſtum ab vtili diſcernentis.

¶Te maneat genus omne mali, triſtisq́ ſenecta
Te rapiat triſtem ad phlegetonta ſenem.
Cardiaco putreſce ſitu, ſit feruidus ardor
Aeterna in liquido ſit tibi fonte ſitis.
Tu modo per præceps, modo ſurſum, ſaxa viciſſim
Monte rotes alto, nil requietis habens.
Quis deus in nobis? meritis quæ gratia diuum?
Eſt ſibi quiſque deus, ſtat ſua cuique dies?
Quid iuuat ô demens cœlos habuiſſe fauentes
Et triſti extremum claudere fine diem?
Si tales dant aſtra dies, tu limen olympi
Talibus auſpiciis ſcande, nec inde redi.

PATHOS.

¶Hoc ego, ſordeſcit virtus, ſunt ſydera iuſtis
Noxia, ſacrilegis diįqúe, deæq́ fauent.
Stulte, quid eſt ſummo ſemper placuiſſe tonanti,
Si iuſtis nulla eſt gratia, nullus honos?
Si mala pro recte factis, pro luce tenebræ,
Et morboſa venit pro pietate lues.
Nil opus exemplis, num ferro fratris, Abelus
Corruit ante aras, inſpiciente deo?
Quanta tulit (quàmuis ſuperis gratiſſimus) ille
Quem peperit cæco vafra Rebecca viro.
Atque huius ſoboles longe infelicior ipſo,
Qui genuit, cæco carcere, quanta tulit?
Obruar exemplis ſi cætera proſequar, vnum hoc
Conſpicio, nullis profuit eſſe pios.

INTERRVPTIO MVLIEBRIS EXcandeſcentiæ. Nam ſapientiſſimus propheta, non patitur in deum impie quicquàm dici.

¶Legis inobſeruans, placidiq́ oblita pudoris
Fœmina, ſic miti ſemper acerba viro.
Non tamen inſanæ vates conuicia linguæ
Pertulit, in magnis mens pia robur habet.
Ille dei reuerens igitur, cœleſtia tantum
Cogitat, & forti talia mente refert.
Stulta quid ætherei ſubſannas numen olympi
Blaſphemis audes vociferare ſonis?
Inſanis vxor, furibundæ obnoxia bili,
Et tua iam venti, verba, fideḿq, ferent.
Eſt deus in nobis, decimo qui regnat olympo
Aethereum miti pectore numen ineſt.
Quid cerebroſa tumes? excuſſo torua pudore,
Quid viduo properas ſola iacere thoro?
Quid fragiles humeros? ambeſáq pectora damnas?
Men ſcelerata fugis? parcius iſta mihi.
Quæ grauis eſt iuſto mulier, vel ſæua marito,
Quæq́ pudore caret, perdita ſemper erit.
Sordentes artus, non corda virilia cernis
Quę mala tu cenſes, ſunt mihi grata ſeni.
Pectora ſi languent, rebus mens ſalua ſiniſtris
Et vacat, & nullo victa dolore cadit.

SENTENTIAE GRAVES.

¶Si cui lanificæ vitam minuere ſorores
Ad ſuperos animus inuiolatus abit.
Non omnes morimur, cœleſtia mente tenemus
Corpus & infirmum ſordida condit humus.
Interitum fugiens fluxi mens corporis expers
Viuit in æternum, cœlicolasq́ petit.
Res agit hic noſtras, cui totus militat orbis

Et quic-

Et quícquid rapido continet axe polus.
Fortunæ nimium nemo confidat & aſtris
Voluuntur dubijs omnia fata rotis.
Fallimur vna omnes, cœli nos ſidera fallunt
Attamen haud quauis fallitur arte deus.
Nulla dei cuiquàm via menſurabilis, ipſi
Omnia ſunt ſoli cognita fata deo.
Mẽbra cruore fluunt, madefactaq́; ſanguine terra eſt
Vulnera ſed nobis ſunt adimenda die.
O vtinam tibi nota forent, quæ maximus orbis
Vidit ab æterno rex toleranda ſuis.
Non ita terrenas, cœleſtis neſcia regni
Mens tua (nec fallor) magnificaret opes.
Clade repentina iuſtis ſua præmia creſcunt
Indigne miſeros gloria ſumma manet.
Pugnandum nobis, nemo ſine puluere victor
Qui volet in cœlum ſcandere, multa ferat.
Qui ſuperis vltro ſeruit, ſummoq́; tonanti,
Infelix nunquàm, nec miſer eſſe poteſt.
In noſtris igitur rebus maleſana quieſcas,
Carpere nec tentes quæ minus ipſa capis.

PROSEQVITVR SERMONEM SVum fœmina, quẽ vir eius zelo dei interruperat.

¶Hæc quum dixiſſet tantis accommoda rebus
Diuus Iob, coniunx mota furore venit.
Sic quoque detonuit, vanis exercita curis.
Et ſimul obſtrepera garrulitate loquax.
Quid moliris Iob? interpellare laboras
Me miſer? an fieri fœmina muta poteſt?
Te liuere iuuat, nunc quæ redimicula fronti
Sunt nodoſa tuæ? quis nouus iſte decor?
Quid tua demiſſa eſt facies chariſſime coniunx?
Quin facis inferias, te precor, ipſa petam.
Quid terræ inuigilant oculi? tu ſuſpice cœlos,
Sordida de putri ſubtrahe membra thoro.
Sentis? vt extenuant te feruescentibus vndis
Inſolitus languor, luctificiq́; metus?
Te iuſtum populus teſtatur plurimus, eſto
Præmia ſunt iuſtis iſta petenda viris?
Hic ſuperum vates, diuino dignus honore
Quin ſtulta potius ſimplicitate ſacer.
Huc ades, egregijs extructas ſumptibus ædes
Ingredere, antiquis vtere quęſo bonis.
Tabe vides fluida laceram putreſcere carnem
Lurida quinetiam vix tegit oſſa cutis.
Hoc tibi deuotum non inſcius accipis omen
Digna quidem meritis hęc puto fata tuis.

DERISIO MVLTIS IMPLICAta indignationibus.

¶Viue vir infelix, tibi talia dona tuere.
Abſit, vt in noſtrum ſim reditura thorum
Sit tibi dulce mori miſera cum coniuge coniunx,
Pauper inopsq́; iaces, ſit tibi dulce mori.
Externas accede domos, extremaq́; ponthi
Littora, quo ſias fabula vana tuis.
Hinc abſcede miſer, ſegetem ſcabioſe malorum
Solus habe, triſtis, iura reſoluo thori.
Iam molire fugam, portus inquire ſecundos
Quære nouas ſedes, tuq́ue tuusq́ue Satan.

INCONSTANS SVI MODERATIO.

¶Hei mihi, quid tantum fines tranſiſſe pudoris
Expedit ægrotam? quin mea fata voco?
Quid veſana mihi volui? quæ fœdera ſeruo
Connubij? peſtis vexat acerba virum.
Nupta viro careo, viduę iam munere fungor,
Siue vale melius, ſiue marite peri.
Aut premat vna duos, ſubito libithina furore,
Atque notent caſum carmina bina nouum
Gentis Idumęæ quondam ditiſſimus heros
Cum miſera iacet hic coniuge pauper Iob.

CONSTANTIA VATIS.

¶Talibus in fortem mulier bacchata maritum,
Anxia nobilium corda labare facit,
Accurrunt proceres tanta ad ſpectacula magni,
Certantes, hic fit maior, an ille dolor.
Heu quid in hunc (fantur) tam dira volunt ſibi fata?
Nullus in orbe deus? non moderator adeſt?
Conuolat horrendo cacodæmon toruus auerno
Occultum inſpirans, letiferumq́; malum.
Non aliter quàm ſi liquidum per gramina rorem
Lambat, & ignito ſibilet ore Nepa.
Multa mouet trepido, patulasq́; ſuſurrat in aures
Tu miſer, infelix, pauper, inermis, inops.
Humani monſtrum generis, viuumq́; cadauer
Atropos huc cuius rumpere fila venit.

TENTATIO DIABOLICA NVLlum conſequuta locum. Pulchris quoque ſimilitudinibus vatis probatur conſtantia.

¶At pius hic vates manet vt Marſpeſia cautes.
Vndique tempeſtas quam violenta quatit.
Nec Siculis domine gerris, nec Erynnios arte
Vincitur, in ſolita ſimplicitate manens.
Se ſimilem cedro reddit, celſæq́; cupreſſo
Quas nunquàm caries puluerulenta terit.
Et ſimilem lauro, quam nec Iouis ira, nec ignis
Impetit, aut quaſſam triſtior aura necat.
Et palmæ ſimilem, nimio quæ pondere onuſta,
Fortius erectum tollit ad aſtra caput.
Seu quis perluſtret priſcorum tempora regum
Seu quis faſtorum perlegat vſque libros.
Solus Iob palmam retinet, ſolusq́; triumphat
Summa Palęſtinis gloria, ſummus honos.

SPRETA LATENTIS DIABOLI INSPIratiõe, ad mulierẽ propheta ſuũ cõuertit ſermonem.

¶Aſt vbi tanta leues, mulier clamaret in auras,
Hęc rurſum imparibus reddit & ille modis.
Quod ſcelus o coniũx chariſſima, quod rogo crimẽ,
Aut tua quis vexat pectora (quęſo) furor?
Morte graui, tam grande nefas (mihi crede) piandũ
Quòd ſuperos nulla relligione colis.
Quòd me, quòdq́; tuos nullo dignaris honore,
Perdis honeſtatis iuſtitiæq́; decus.
Triſtiá nequicquàm renouas mihi damna iacenti
Tuq́; procul dubio vulnere vulnus alis.

GRAVES SENTENTIAE.

¶Vlcera ſæpe ſolent multo liueſcere tactu,
Sæpe nouam pariunt ſtigmata læſa luem.
Inſanæ nunquàm mulieri credere tutum,
Fœminea dantur noxia tela manu.

Qui pa

Qui patulam insanę mulieri commodat aurem,
Stultus,& excordem se docet esse virum.
Quid tua mentis inops,lugubria pectora,crebro
Verbere contundis? quid rogo mœsta iaces?
Nos si lęta iuuãt,non tristi sumere vultu,
Tristia cur nobis sint toleranda minus?
Omnia debemus domino,fert ille salutem,
Et fert auspicio funera mœsta pari.
Sit breuis ira precor, potius succcurre iacenti
Tu fuge,letalis sis mihi causa mali
Imbellem crucias, subdisq; venena venenis
Consortem pudeat sic agitare thori.
Impia, parce pio maledicere, suspice cœlos
Pronaq; fac veniam corde tremente petas.
Quid mitem violenta feris? oblita pudoris
Vxorem nescis te(reor)esse meam.
Cęcum vulnus alit perfricto fœmina vultu,
Effrontisq; animi fœmina nulla placet.
Si quis inest membris nulla curabilis arte
Morbus, ad interitum languida membra ruunt.
Mens tñ astra petens,decimũ conscendit olympum
Non minus authori magnificanda deo.
Ipse deum vidi, cœli terræq; monarcham,
Atque ministrantum millia multa deo.
Ipse deum vidi,rides? ridere caueto
Vnius ignoras mystica sacra dei.

SENTENTIAE GRAVES.

¶Prima putare nephas incertæ subdita sorti,
Et quod fortunæ subiacet imperio.
Vno oculi nictu reges & regna peribunt,
Et totus nullas mundus habebit opes.
Est mihi(si nescis)firmo mens integra sensu
Spesq; resumendæ certa salutis adest.
Non ego sum pauper,nec sydere natus iniquo
Diuitias omnes pauper Iobus habet.
Non metuam Lunæ eclypsim,solisve tenebras,
Fulmina non metuam, nec mea fata gemo.
Ergo age, tu nostrum noli contemnere numen
Omnia sunt gerris inuiolata tuis.

LOQVVNTVR SECVM VIRI ALIquot nobiles,de quibus habeł in Biblijs. Gentiles eñ fuerunt,sed vnius tñ dei cũ vate ipso cultores.

¶Attoniti proceres, vatis sermonibus ægri
Sollicita secum plurima mente ferunt.
Magnificas contemnit opes, contemnit & omnes
Astrorum leges, terrificosq; metus.
Omnia perpetitur, nulli maledicit,& omne
Supplicium, magnus fert patienter Iob.
Decolor est olli vertex, est turpis imago
Plurimus è venis manat vbique cruor.
Hic tamen optandæ cunctis discrimina vitæ,
Et sua iam parui maxima damna facit.
Desipit infelix, fato fortasse maligno
Quod fugiunt omnes,hic male solus amat.
Aut hæc est superum nobis ignota voluntas,
Aut est quod nostrum præterit ingenium.
Quòd si nulla dei regit hæc spectacula virtus,
Est factus demens ex sapiente senex.

EX STVPORE NOBILIVM, MVlieris crescit insania.

¶Hæc illi tacito mirantes pectore voluunt,
Et digitis numerant vulnera mille suis.
Nec risu parcit mulier, toruamq; iuuabat,
Aspera sæpe graui fundere verba ioco.
Nec non & calido multum deferbuit æstu
Libera iustitiæ,nec feritate carens.

VEHEMENTEM OPTIMATVM admirationem prophetę verba subsequunt.

¶Tum patiens sacro vates sic ore loquutus
Se placidum,fortem,magnanimumq; gerens.
Carne mea saturos quid vos iuuat esse nocentes?
Cur mihi languenti non licet esse pio?
Nutibus & verbis quid mussant, quidve loquunt
Qui vos circumstant? nonne probandus Iob?
Nonne deo,quibus astra fauent,sunt subdita? nonne
Omnia sunt formis destituenda suis?
Sum deiectus humi(fateor) sed corpore tantum,
Non animo,quo sum,proximus ipse deum.
Vnus quippe deus,cœlos,terramq; gubernat
Cœlicolis notus, fatidicisq; viris.

INCOMMODA FORTVNAE.

¶Non dea, sed proles stygij Rhamnusia ditis
Pernicioſa malis,pernicioſa bonis.
Nulli fida venit,manet æternumq; manebit
Impia, denormis, trux,violenta,rapax.
Nos igitur summum quod toto permanet æuo
Quærimus,& partum semper habere bonum.
Hoc lacerum saxo corpus recline iacebit,
Sed debet nostram nemo dolere vicem.
Ipse deum vidi, quod sacrum numen adoro
Idq; ipsum, magnę spem mihi præbet opis.
Quem multi ignorant, nobis solacia vitæ
Largitur,nullo deficiente penu.

CONTEMPTVS FORTVNAE & diuitiarum.

¶Non amplas miramur opes,luxumq; superbum
Quę mala perpetuę semina mortis alunt.
Quid si flammiuomus mea tecta cremauerit ignis?
Aethere iam possum, syderibusq; frui.
Nempe dabit placidos nobis casa paruula somnos
Inq; cauernosa rupe latere sinet.
Arborei frutices, arbustaq; vimine texta
Ampla duum sedes (quæ fugit ignis)erunt.
Antra quid & spelea canam? quid saxea tecta?
Rimosamq; casam,populeamq; domum?

PRAEPARATIO IN MATERIAM sequentem.

¶Nostis vt incerta prisci, nostriq; parentes
Sede vagabantur,nec mala verba dabant?
Limosa tellure satus, formosus & heros
Hoc docet,atque alij,quis fuit vnus amor.

DE AETATE AVREA, IN QVA suis omnes contenti fuere,& apud quos nullæ diuitiæ, nullusq; luxus fuit.

¶Aetas prima fuit,quondam meloribus annis
Aurea, nec cuiquàm tunc fuit ampla domus.
Legerat illa quidem flores, implume grabatum,
Ceruical capiti, saxa, lapisq; dabat.
Alta peregrinum nondum traxere colorem
Atria, gemmatos nesciit aula sinus.

Nulli luxus erat, paucis sua cura pecui
Seruabant modico membra tenella cibo.
Clara dabat rudibus facilis sua lumina titan
Sub diuo nudos, nuda recepit humus.
Nondum vitis erat, nondum produxerat illa,
Quæ nunc delicijs apta, gulęq; placent.
Aurea non auri sitiens fuit omnibus ætas
Diues erat princeps, diues arator erat.
Nunc dulces ficus, nunc dulcia fraga legebant
Haustus aquæ nectar, coctilis herba cibus.
Primæuis inarata dabat sua munera tellus,
Fructibus & herbis viuere dulce fuit.
Non erat atra dies, fœcundo Copia cornu
Omnia fundebat, quisque beatus erat.
Gaudebant superi, gaudebat & inclyta tellus,
Candorem virtus, lætitiamq; dabat.

DE TRIBVS VITIIS QVAE AVream veterum maiestatem corruperunt, luxuria, superbia, & auaritia. Quę etiam Dãtes ponit in suo Italico poemate. Et An. Sabellicus in suis Rapsodijs ab orbe condito. Similiter Berosus Chaldæus.

¶Ast vbi peruersum genus, & scelerata propago
Patribus incepit degenerare suis,
Tres subito exurgunt tenebroso carceris antro
Eumenides, prima est luxuriosa Venus.
Ambitioq; grauis, stygijs immanior hydris
Subsequitur, toruo vana supercilio.
Pestis auaritiæ profitetur tertia nomen,
Quæ premit humanum, Dite volente genus.
At quia diuersum vexat sua quemq; voluptas
Omnibus explentur hæc tria monstra modis.
Hinc nulli satis ampla domus, satis ampla supellex
Nemo sua mortem sorte beatus obit.
Aurum terra sitit, sitit aurum terra, fretumq;,
Diuitias mundus totus habere studet.

AD TRIVMPHVM ANIMI CONsequendum, grauissimis propheta sententijs suam absoluit orationem.

¶Hęc curent alij, mihi numina sola colantur
Numina, quę mites exhilerare solent.
Nunc malus insanos vos occupat ardor habendi,
Ast ego fallaces respuo semper opes.
Certandum nobis, graue nil bene cuncta volenti
Hanc scabiem, Virtus, pauperiemq;, domat.
Vera salus nobis summo placuisse tonanti,
Et varijs semper terga dedisse malis.
Gaudia morbus habet, morbos Patientia tristes
Atque flagelliferos dæmonas vna fugat.
Bellum pax sequitur, dulce est meminisse pericli
Gratior est duro parta labore quies.
Vir bonus & prudens nullo mutabilis æuo
Non mortis faciem, nec phlegetonta timet.
Quod deus emittit solio mortalibus alto,
Non poterit specie non caruisse mali.
Immortalis habet semper sua præmia Virtus
Extremo tandem persoluenda die.

VERBA AVTHORIS IN PROPHEtæ laudem, quibus parasceue adiungit in materiam de Hercule subsequentem.

¶Permanet his dictis constans fortissimus heros,
Et valido membris corde ferebat opem.
Illius & lacerum quot vulnera corpus habebat,
Tot summo cecinit carmina sacra deo.
Quæ non Pierides, sacræ non Phocidis vndę,
Tangeret illota, docta caterua, manu.
Tantus in ardenti flagrabat pectore feruor
Tanta refulgebat gratia, tantus amor.
¶Hic alter nobis visus Tyrinthius ille,
Cui somno visa est Virgo serena loqui.
Quos igitur Virtus docuit superare labores
Mascula, cantandi laudibus vsque pijs.
Alciden quondam fecit patientia fortem,
Fecit in aduersis, mille pericla pati.
Amborum virtus eadem, non exitus idem,
Nam solet afflictos excruciare dolor.

DECANTANTVR GESTA HERculis, numero. XXXVI.

¶Paruulus in cunis, geminos (vt dicitur) angues
Viribus Alcides contudit ipse suis.
Deinde gygantęos ausus, aprumq; ferocem
Arcadiæ domuit, noctiuagumq; Cacum,
Centauros taceo, vires sine viribus hydræ,
Nec Diomedeos nunc modulabor equos.
O Neptune, tuus quas pœnas fuste tridenti
Filius exoluit? quas rogo Dardanidæ?
Quid taurum Crętę referam? vigilemq; draconẽ?
Quid pelagi Syrtes? prodigiumq; triplex?
Quid rigidas ferro volucres Stymphalidos vndæ?
Aut quid tartarei colla retorta canis?
Sensit Achelous vitiatum frontis honorem,
Iam rubro mergens tempora trunca lacu.
Quid te Nesse canam, fugienrem à littore, victum
Victori causam persoluisse necis?
Aeripidem sileo ceruam, per cornua ductam
Aurea, terrifico quæ placuere duci.
Eurithumq; ducem canit Elis & Iphidamantem
Busyris sacra deflet in æde Iouis.
Tuta Molorchus agit sub diuo lętus aprico
Otia, magnanimum ruperat ille pecus.
O fortunatos clamant Theumesia tempe
Pastores, vestri causa timoris abest.
Illius officio vastum mare gaudet, & altis
Montibus excisis nunc monumenta videt.
Męret & ipe Lycus, lapidum prostratus ab hymbre
Albion, excepit spicula dura Iouis.
Hæsione exultat monstro subtracta marino
Vt daret egregios Laomedontis equos.
Lancini interitu, summis innixa columnis
Templa videt Iuno, trux, inimica, nocens.

IVNO PARENS INVIDIAE in Herculem.

¶Inuidiæq; parens, tęlo ferienda trisulco
Candida suspirans vbera læsa dolet.
Armiger ipse Iouis, miseri dum corda Promethi
Vellicat, Alcide concidit ante pedes.
Hyppolitæ luctus miseror Mauortis alumnę
Thermodoontiacas dum male perdit opes.
Quid sacros Phœbi tripodas, seu pocula dicam
Aurea, quæ priscis grata fuere deis?
Exultat Theseus, stygio reuocatus ab orco

Admeti

Admeti coniunx hoc quoq; curat idem.
Sed ne cuncta sequar (qs enim tam grandia raptim
Imparibus certet commemorare modis)
Quis gessit ceruice polos? Ditiq; tremendo
Sedibus infernis vulnera sæua tulit?
Quis statuit primũ summo certamina patri
Gloriolam quorum pulcher olympus habet?
Amphritrioniades, cui mẽs (Ioue digna parente)
Vnius instinctu mille pericla pati.
Deniq; perlustrans Lybies penetralia vastę,
Inuia, confecit quaslibet ipse feras.

DE VIRTVTE QVAE HERculi apparuit.

¶Talibus hirsutum Virtus dominarier orbi
Imperat athletam solicitudinibus.
Talibus & gestis, illi præclara futurum
Nomina, stertenti vaticinata fuit.
Sunt tibi (virgo refert) transformia mõstra domãdũ
Defunctum vita si iuuat esse deum.
His flagrans ἀγερώχῳ verbis Tirynthius heros
Atq; deæ reuerens mille trophea locat.

APPLICATIO AD IPSAM REM, demonstrando diuum Iob, ipso Hercule longe pstantiorem fuisse. Vterq; Gentilis & virtutem secutus. Hic tamen ab vna victus muliere, Iob autẽ neque à muliere, neq; à diabolo.

¶At circlum absoluẽs, multo præclarior Hercle
Noster Iob, Theseo qui sine cuncta facit.
Hoc quicunq; negas, purgatis auribus adsis
Sit quantũ accipias inter vtrunq; cahos.
Ille quidem vanos Centones farcit, & auras
Verberat, vt contra quẽ pudet ire duos.
Sic nõ diuus Iob, propria qui messe beatus
Quiq; etiã ad restim, res negat esse suas.
Ille pecus fuluum, pater ipse Satana tremendum
Suffocat, exuuias non rapuere pares.
Ille iacet victus, falsusq; cupidine blando
Et sine optato pulchra trophæa carẽt.
Vir leuior puero, facinus temerare superbum
Pergit, & auditu turpia multa sequi.
Omnia qui vicit, blandum non vicit amorem.
Armatus nudo vincitur à puero.
Mancipiũ Paphiæ factus Iouis inclyta proles
Subiecit fædis colla libidinibus.
Coniugis oblitus charæ, natiq;, patrisq;,
Deuicta leges à muliere capit.
Quid mirę? Marti Venus est congressa superbo
Et sequitur fortes illecebrosa Venus.
Prima venit crebro, multis fœlicior ætas
Vltima præteritis degenerare solet.

COMPARATIO CONTRA luxuriosos.

¶Vt Martẽ tranquilla quies, vt murmura syllæ
Et vastas syrtes nauita tristis amat.
Vt Iouis armigerum perdix, vt noctua Phœbum
Sustinet, & validum debilis agna lupum,
Haud secus integros mores, animiq; triumphos
Atq; pudicitiam luxuriosus amat.
Quẽ non tristis hyems, quẽ nõ hyperionis ardor
Quẽ nõ mille pmit sæua nouerca dolis.
Quem neq; monstra vigę, quẽ nec Stheleneia proles
Nec potuit Nemesis vincere, vicit amor.
Qui victor terris, pelago qui victor, & astris
Imperat, hic luxu liberiore perit.

NON SOLVM A VENERE VIctus Hercules, sed etiam ab impatientia cum moriturus eẽt.

¶Impatiens etiam tumidæ nõ imperat iræ
Et moderatorem mens malesana fugit.
Te quoq; tabifluus Iuno Saturnia diris,
Insequitur, tristi nubila voce mouens.
Letiferam damnat vestem, nimioq; furore
Mentis inops factus, mente, animoq; cadit.
Sternuntur valido syluestres robore quercus
Cerula pallidulum deuorat vnda lycã.
Est igitur victus, nec quos prior extulit ætas
Victores nouit ille fuisse sui.

APPLICATIO AD PROPOsitum. Victus est Hercules, sed nõ pius Iob.

¶At subtristis Iob, non morbo victus acerbo.
Non Phlegetontei territus arte Iouis.
Dæmonas, vxorem, mundũ, charosq; propinquos,
Et se diuina vincere nouit ope.
Omnia virtuti parent, domat omnia virtus
Illius est lato quicquid in orbe, vides.
Paupertas virtute nitet, pietate triumphat
Atq; per angustam tendit ad astra viam.

DVX VATIS PATIENTIA

¶Hac igitur duce præclara, fortissimus heros
Magnanimũ semper semideumq; gerit.
Pulchra trophæa locat, fortem qui vincit Achillem
Hectora qui vincit, pulchra trophæa locat.
Vna tamen visa est superęq; victoria regi,
Vnaq; palmiferis cõmemoranda viris.
Temnere fortunã, rebusq; valere finistris
Affectusq; animi rite domare sui.
Hoc simul & sancti patres testantur, & omnes
Iam quibus effuso sanguine vita data est.

GRAVES VTROBIQVE sententiæ.

¶Se melius Sampsonis opus, q̃ vincere fortes
Qui sese vincit, vincere cuncta potest.
Nosse animũ, mentẽq; suã (quod noscere sese est)
Est stabili nunq̃ desiluisse gradu.
Qui geminam iusto pensat libramine lancem
Incertas rerum conspicit eẽ vices.
Hinc Iouis ingresso templum, duo pocula dantur
Vt canit Ascrei calliopæa senis.
Pectore qui secum vigilanti cuncta volutat
Subdola bifrontis despicit ora deæ
Cui meditata graui veniunt incommoda sorte
Tristia non aliter q̃ meliora feret.

CONCLVSIO PRIMI LIBRI.

¶Sic pius hic vates (quãuis fluor horridus atris
Ossibus emanet) nil sibi triste putat.
Dæmonas irridet sæuos, totumq; barathrum
Territat, inuicto pectore solus Iob.
Nec minus infracto tristes stratagemate casus
Pertulit, vt labris murmura nulla daret.
Tam raræ titulos laudis, tãtosq; triumphos
Solus Iob, totus, nec (reor) orbis, habet.

Finis.

LIBER SECVNDVS

SVMMARIVM SECVNDI LIBRI.

DIabolorum princeps,ſe vatis Patiẽtia victum videns,inſano ſimul furore atq; inuidia plenus, ac concilio apud inferos habito,ſuos eiuſdem damnationis ſatellites ignauiæ accuſat. Vrget quoq;,vt eoꝝ aliquis,vatem ipſum patientiſſimum,& immitem reddat & impium. Oratio- nem ad illos habet,& rem ipſam,facilem factu probare conatur. Mox Impatientia,ſuis comi tata pediſſequis & furiarum omnium peſſima,hanc ſibi à Plutone commiſſam adſumit prouintiã. Falli- tur ſuis verſutijs Satan,nec proficit hilum. Iob conſtans permanẽs,prudenter reſpondet. Dehinc patiẽ- tia,quæ & Tlemoſyne appellatur,inimicã abigit,eãq; deſcribẽdo ac rõne cõuincẽdo,in atri Ditis profun da prẽcipitat. Mœrẽt apud inferos diaboli oẽs,ab vno ſeſe ſimul victos miſerrime cõquerentes. Gau- det propheta. Congratulatur ſuo alumno Patientia,eumq; conſolatur. Propheta tandem imperatricem agnoſcens rationem, ipſi Patientiæ immortales agit gratias. Quo facto,ſumma cum exultatione,ad ſuos in cœlum reuertitur, lætum cunctis referens triumphum.

NOTA LECTOR.

OCtauo huius ſecundi libri carmine,ſtygius Pluto,ſua regna ruere cõqueritur. Scimus equidem temporibus Moyſi & Iobi Plutonia regna maxime floruiſſe. Nam ſecundum omnes hiſtori- cos, & catholicos doctores,idololatria circa ortum Abrahę ſub Nino per vniuerſum terrarum orbẽ ſuum cœpit incrementum,&c. Ex ira igitur ac vehementi indignatione dæmon ipſe ta lia ac ſimilia profert. Vtimur etiã nõnunquam vocabulis ac dictionibus,à quibuſdã deductis, q noſtri va tis tẽporibus nõ fuere. Nec indecẽter. Sic eñ cecinit de Aenea Vergilius: Lauinaq; venit littora,quũ ta- men Lauinium nondũ fuiſſet &c. Item in ſubſequentibus, Tlemoſyne, hoc eſt, patientia,ſeipſam vocat lupam atq; leenam,& hoc,quantum ad prouidentiã ſpectat,quẽadmodum & nos in Euangelio prudẽ- tes eſſe iubemur ſicut ſerpentes. Agna etiã dicitur ipſa Atlemoſyne,hoc eſt,impatiẽtia, non q agna ſit, ſed q ſe falſo transfiguratit,atq; indies transfiguret in angelum lucis &c.



Spicit inuerſo Cacodæ-
mon talia vultu
Et ſpe fraudatũ ſe do-
let eſſe ſua.
Quod ſtygij princeps re
gni phlegetonte ſub alto
Corde ferens ægro,
ſtridula vincla quatit.
Stridula vincla quatit,to-
to reſonãte barathro
Procinctos omnes dæmonas eẽ iubet.
Corripit ignauos,ſegnes vocat,artibus inquit
Ludimur amiſſis, noſtraq; regna ruunt.
Vnus homo nobis nũc imperat,vnus Olympo
Charus,ad æternos reſpicit, vſq; dies.
Viribus(infandum)amiſſis, vincimur ab vno
Et ſimul ab vno vincimur,arte rudes.
Multa quæri pudor eſt,totus iam clamitat orbis,
Exauctoratus, fert ſua dãna,Satan.
O miſeranda dies, nigro ſignanda lapillo
Sic humilis virtus,colla ſuperba domat?
Quæ iam noſtra manus? quę gloria? qſve triũphus
Nũc vbi ſunt artes, multiplicesq; doli?
Pro pudor,ad nutũ totus mihi militat orbis
Et nos hic ſolus ludificabit Iob?
Plus ſolito vatum nobis inuiſa poteſtas
Cunctaq; ceruleo felle peruncta madẽt.
Vincimur à miſero, ſic nos Patientia vexat
Feruida,quam contra corripere arma libet.

ALLVSIO AD FABELLAM Herculis.

¶Quam modo virtutem dixi, paupercula ſemper
Et deformis anus, mi quoq; viſa fuit.
Quam pauci norunt,quam pauci rite ſequũtur
Quam iuuenes rident,decrepitiq; ſenes.
Sola vagatur inops,& inhoſpita teſqua perertans
Imbellem ſeſe, ſat probat eſſe deam.
Solus Iob ſolam ſequitur,colit atq; venuſtat
Extorremq;, ſibi ſuſcipit hoſpitio.
Sed quid vana ſequor? nũ verba ſimillima vẽris
Eloquar? eſt factis,ne pereamus,opus.
Nemo minis victus,feriuntq; minantia nullum
Verba,ſed eſt rebus conciliandus honos.

GRAVES VTROBIQVE SENtentiæ,etſi à diabolo ad ſuũ prolatæ propoſitum.

¶Nos multi numero,facile expugnabimus vnum.
Nec eſt quod multis vnus obeſſe queat.
Nec tantũ numero multi,ſed fortia nobis
Pectora,quæ regum colla ſuperba domant.
Degeneres metuunt animi,victoria ſegnes
Deſerit,& nulla eſt abſq; labore quies.
Quis labor hic? duo ſunt hoſtes, duo cornua belli
Sola equidem virtus, & ſcabioſus Iob.
Mille duos ſuperant,certa eſt victoria,nemo
Concidat, hic fortes palma decora manet.
Quos mala ſcabroſo,ſtrauerunt fata ſub hoſte,
Nõ poterunt forti non valuiſſe manu.
Hem piget atq; pudet,validos qd lãguida Virtus
Quid lacer incolumes vincere pergit Iob?
Tẽpus vt vlciſcar ſcelus hoc, ego nigra tuebor
Tartara, vos celeri,bella parate,manu.
Qui clauũ clauo, fraudemq; retundere fraude

Noue-

Nouerit,hic alijs anteferendus erit.
Vltrices adsint furiæ,quæ vindice dextra
Exanguem faciant vociferare senem
Hoc opus,hic labor est,quid vincit dæmonas oēs
Vnus Iob? palmam,quid sibi solus habet?

IMPATIENTIA INFERORVM pessima & furiarum parēs,vatem aggreditur, vt suis eū versutijs in desperationē agat.

¶Talia vix Dæmon,mox Impatientia ferrum
Corripit,& cæci deserit antra lacus.
Putridulum aggreditur vatem, mœstūq; salutat
Sicq; colubrinis creditur orsa labris.
Quis deus insontem vexat? quisve improbus hostis
Injcit audaces in tua membra manus?
Impius est orbis,Virtus dare terga,fugamq;
Cogitur,& campis exulat elysijs.
Nemo est(crede mihi) tua qui crudelia ploret
Vulnera,si sapies,non eris vsq; pius.
Nunc vbi sunt nati,tua tam generosa propago?
Nunc vbi diuitiæ,multigenūq; pecus?
Olim diues eras,nec te fœlicior alter,
Nunc miser,infelix,sordidus,atq; lacer
Pauper,inopsq; iaces,nec te deus audiet vnquam
Sub diuo nudus,pauper,inopsq; iaces.
Ah pudeat,tantum diuos, diuumq; parentem,
Seruitio,longos demeruisse dies.
Heu dolor,heu pietas, flagris tu cæsus iniquis
Et tua regalis fulmine fracta domus?
Quis tantū admisit facinus? quis talia iussit?
Quis voluit sanctū tot mala ferre senem?
Impius ipse deus,sunt impia numina cœli
Numina, quæ iustum deseruere virum.
Hæc ne dei pietas? sunt hæc donaria diuum?
Immeritum superis sic cruciare libet?
Feruidus hic virtutis amor,sed p̄mia nulla
Diuitias virtus pauper habere nequit.
Te miserum,varijs fœdatum sordibus,omnes
Cœlicolæ fugiunt,nullus amicus adest.
En tua te coniunx morsu lancinat amaro
Atq; medullaris detegit ossa dolor,
Tabificam retines plagam, manifesta resurgunt
Hulcera,virtutum p̄mia nulla vides.
Totaq; proclamat stultum vicinia vatem,
Adserit & tragici criminis esse reum.
Quicqd habet tellus,quicqd mare,quicqd & æther,
Omnia(si nescis) sunt inimica tibi.
Quæq; suo censes fatalia sydera cursu
Perdere iurarunt, teq;,tuumq; genus.

ALIO VTITVR MEDIO DIABOlus,fignificās neminē in cœlū eē iturum,& ita nullū illinc hominibus auxiliū fore. Per hæc tñ Impatiētiæ verba,passionū in hoīe varietatē accipimus. Et per ipsam impatientiā, diabolū, hominē in aduersis tentantē, physice & mystice oīa intelligendo.

¶Stulte,qd æthereos orbes, qd mobile cœlum
Suspicis? & passas tendis ad astra manus?
An nescis,prima iustis ab origine mundi
Esse Panomphei regna negata patris?
Non intrat nemo stygij tentoria regni
Et superum sedes nemo beatus habet.
Hoc paradisiacis primus qui vixit in hortis
Hoc docet à primo tempore prima parens.
Antiquam taceo genesim, seriemq; nepotum
Ingentem,cunctos tartarus vnus habet.
Omnibus vna domus,raris abstrusa sub vmbris
Omnibus æternū regia nostra patet.
Sis licet heroum princeps, sis gloria vatum,
Et vincas omneis relligione viros.
Te spacioſa tamen multo discrimine functum
Atria susçipient, omnibus apta domus.

EXECRABILIS EPICVRI SENtētia & diabolico cōueniens dolo.

¶Nulla deo cura est hominum, si credere fas est
Esse deum, nulli Phœbus & astra fauent.
Pluto bonus princeps, immensi rector auerni
Nec leges cuiquā,nec sua iura negat.
Me duce(si exoptas)nostrā properabis ad arcem
Et simul hoc morbo,me duce,liber eris.
Me tibi polliceor, comitem per amœna futuram
Officijs adero tempus in omne meis.

RESPONSIO VATIS PRVDENter cūcta dissimulātis. Facit em̄ hoc rō ipa impatrix.

¶Quid morbosus agam,contra,sanctissimus heros,
E superis mihi sit portus & aura deus.
Forsitan exhausto dolor hic mihi proderit olim,
Et dabit optatam forte salutis opem.
Pro pudor,o superi,qd me dolor iste cruentus
Enecat? afflicto quod medicamen erit?
Si potes,hunc à me gelidum defende timorem
Quid sit opus facto, dic precor ipsa mihi.

IMPATIENTIA, VERBIS PROphetæ capta,suū prosequitur sermonem.

¶Hæc fera letalis sibi dextro reddita fato
Autumat,occultis illaqueata dolis.
Non opus(exclamat)dubiam sperare salutem
Et tua funesto claudere fata die.
Quid prodest homini morbus? qd frustula carnis
Corpore de putri pendula laudis habent?
Quid sit opus facto,ne te dolor vrgeat asper
Quæris, adest certus (si cupis)iste modus
Sedulus vxorem (laudari sic tua cunctis
Integritas poterit) consule iure tuam,

ALLVSIO AD POETICVM furorē,licet de vxore sit sermo.

¶Illa tibi vesæ,velut inflammata poetris,
Dixit,& est vero semper habenda fides.
Illa tibi scabiem,iusto quassata furore
Objcit,& turpem, tabifluumq; situm
Illa tibi mortem, digno succensa calore,
Exilij pœnas optat & illa graues.
Instruit exequias,viuo tibi iusta parantur,
Et tua funebri carmine busta notat.
Vitalem tuus hic pulmo non suscipit auram
Aptaq; succenso sunt tua membra rogo.
Ergo age,si tantos optas euadere fluctus
Et læto tristem claudere fine diem,
Despice fatidicum numen, pete numina nostra.
Numina,quæ nullas deseruere preces.
Stulte,quid exhausto p̄mis altum corde dolorem?
Quid iuuat occultos dissimulare metus?

Ah ſcelus indignũ,pro dij,non hæc mala ſentis?
Aetneis toſtum te reor eẽ focis.
Triſtia(ſi neſcis)nulli tibi crede futurum
Præſidio,ad noſtras confuge tutus opes.

DOCET HIC IMPATIENTIA, execrabilem blaſphemandi modum.

¶Me lacerum trifido diſperdat fulmine ſæuus
Dux Erebi,& ſtygius conterat oſſa canis.
Me ferat ante diem triſti de littore nudum
Qui ſcabram ducit per phlegethonta ratem.
Hoc lacerent furiæ corpus,cariosa'q; membra
Et mea per laqueos,ſordida colla crepent.
Agmine conficiar morborum, pectora nullo
Noſtra dolore vacent,vulnera vulnus alant.
Me lapis hic durus retinet? me'q; improba coniunx?
Me dolor & ſcabies? me mea damna iuuant?
Viuis adhuc eneruis Iob ? mors non venit atra?
Dixeris,optatam certus habebis opem.
Et dabit actutum tibi diuite Copia cornu
Quæ mentem valeant exhilerare tuam.

BEATVS IOB SECVM HABI tans,optima qu'q; loqtur intra ſe.

¶Stratus humi vates,& humo ſua lumina figens,
Se ſomno fimulat excubijs'q; grauem.
Effera ſperatum contatur beſtia finem,
Perſtat,& à lacero non mouet illa pedem.
Ridet Iob,tacito dicens in pectore ſecum
Non tua me vincent murmura, miſta dolis.
Sum patiens morbi,nullo mutabilis æuo
Seu me paupertas, ſeu dolor ipſe p̃mat.

NOTA LECTOR SENTEN tias Vatis vtrobiq; diuinas.

¶Murmura non ambigũt peſtẽ,blaſphemia vulnus
Aggrauat,& mentem præcipitare ſolet.
Eſt animũ maculare nefas,qui purus olympo
Prodijt,authoris vera figura ſui.
Tu leproſa lues nulla'q; piabilis herba
Tu pecus inferno vix bene digna lacu.
Me quoq; (nec fallar)cœli, terræ'q; creator,
Hoc veniet caſu nunc releuare graui.
Haud deus eſt homini ſimilis,nec ſydera terræ,
Nec vitio virtus, æquiparanda venit.
Neſcit homo,quantos donet Patientia fructus.
Et quantũ noceat verba tacenda loqui.
Noſcere ſe,mentem'q; ſuam, ſapientia prima eſt
Nec tentare deum, cœlicolasve pios.
Has igitur ſurdis,quas hic mihi bellua ſufflat
Auribus ambages,ſumere certus ero.

DE SPE VANA IPSIVS IMPA tientiæ,multis ornata mendacijs.

¶Hæc pater arcano ſecum ſub corde volutat,
Multa mouens animo,nil tamẽ ore loquens.
Impatiens ergo Dæmon,ſpe falſus inani
Hunc tali victum credidit eſſe mora.
Spem'q; metum'q; inter dubio (nam conſpicit altis
Oppreſſum curis) talia verba dedit.
Corripe pauper Iob ferrum hoc,quo gutture rupto
Protinus infernos fas ſit adire deos.
Mox ego, mox noſtri Manes, legio'q; filentum
Elyſiis venient te ſociare choris.
Illic magnus eris,latæ noua gloria ſyluæ,
Gloria,qua nunq̃ maior in orbe fuit.
Ver ibi perpetuum, purus ſine nubibus aer
Dulcia ſunt illic otia, tuta quies.

VIRGO PATIENTIA DIABO- lum ad inferos p̃cipitat,omnẽ vati auferens timo rem.Hoc certe fit, qñ imperatrice ipſa rõne, hõ in periculis cõſtitutus, ſuis moderat paſſionibus.

¶Hæc eſt fata nigro vix Impatientia rictu
Diſſimulãs tacitos, vulpe latente,dolos.
Ecce ſalutifero prodit Patientia greſſu
Quæ tota in ſacro pectore vatis erat.
Vade malum (dixit)monſtrũ, tu lerna malorum
Et pete lethei lurida ſtagna lacus.
Omnia mentiris furiarum peſſima, quidnam
Expuis in noſtrum murmura tanta deũ?
Illi numen ineſt,cui paret ponthus & ether
Et phlegethontei curia mœſta Iouis.
Eſt deus æternus,ſtellati conditor orbis.
Cui placet æternum relligionis amor
Mitibus hic aperit cœlos & claudit auernum
Te'q; ſacrum prohibet dilacerare virum.
Trinus & vnus,habent vnũ tria nomina numen
Quod ſuperi norunt fatidici'q; viri.
Improba,quid noſtrũ ſubſannas lena decorem
Non ego fucatis ſum capienda dolis.
Agna lupã,venit agna trucem ſuperare leenam
Fas eſt hic proprio concidat enſe Satan.
Tu teipſam ſtricto pete vel tua guttura ferro
Nexibus vt tandem compediare tuis.
Mille doloſa dolos,mendax mendacia mille,
Extruis,& mitem vincere ſæua paras.
Te potius miſeram fœlix,victam'q; ſolutus
Te'q; inopem diues ridet & odit Iob.
Noſter ouat vates,palmam,celebres'q; triumphos
Solus habet,ſurdum beſtia littus aras.
Axe triumphali,bis te quater ille rotatã
Et victam victor,calcat,& ora terit.
Semideum virtus ſtygia non vincitur arte
Nititur ad ſummum mens generoſa decus.
Quid probroſa tumes, lybicis crudelior vrſis?
Es minus in noſtras imperioſa manus.
Ante lupos agni,rapient,lepus ante moloſſum
Et vulpem gallus,mus quoq; & ante catum.
Te'q; tuum'q; genus,decimo prius orbe reponet,
Semper, & integros oderit ante deus,
Quàm vaga conſtantẽ ſuperes, quam'q; effera mitẽ
Quàm'q; tui conſtent hic mala caſtra ducis.
Lurida prædulci miſces aconita lyeo
At falſo verum cõmaculare nephas
Non oculis,frontiq; fides,non vocibus vlla eſt
Omnibus imponis pernitioſa bonis.

SENTENTIAE PROVERBIALES.

Nauigat in ficco Pluton, tu fluctibus hæres
A laſſo rixam,durus, & arma petit.
Acta agis,atq; oleum perdis, nec proficis hilum
Hunc crocodiliaca p̃ pietate colis.
Quid lapidẽ mordes? ſtrictã quid pfodis iſthmon?
Quid ſimulat placidam cãdida veſtis ouem?
Non laceram tantum carnem, tepidumve cruorem
Sed ſa-

Sed sacræ interitum mentis acerba sitis.
Omnia nequicquàm peragis, labor irritus omnis.
Syrtibus ipsa natas, hic statione sedet.
Ardua quid possit virtus Patientia monstrat
Ancipiti nunquàm concidit illa loco.
Nam docet imbelles, casus superare siniſtros
Atque laborifero scandere ad astra gradu
Ingentes contemnit opes virtutis alumnus
Et medio volucrem despicit vngue deam.
Pauci mente viri, pauci perferre labores
Ingratos norunt, luctificosq; dies.
At pius hic vates, cœlesti præditus aura
Nouit, & in Ditem spicula iusta parat.
Omnibus incumbunt victricia bella tyrannis,
Quum pura fuerit virgine natus homo.
Virgine natus homo, stygios (quos dico) tyrannos
Vincet, & hoc sacro clauditur ille typo.
Extimus hic vobis, summo notissimus orbi
Maxima cui surgit gloria, summus honos.
Mente deo pura similis, cœlestia tantum
Sumit, & ætherea sæpe fouetur ope.
Non timet hic elephas culicem, stimulare leonem
Desine, tu mitem magnanimumq; fuge.

SVMMARIA ENARRATIO OMNIum pene malorũ quæ hoĩbus p impatiẽtia eueniunt.

¶Vis te describam furor impatientia? quid ni?
Quos potes infelix in tua vincla iacis.
Es mœstis tortura grauis, probrosa, cruenta
Trux, inimica, minax, imperiosa, nocens.
Callida, seductrix, æterni causa doloris
Ignea perpetuæ vincula mortis habes.
Tu funesta lues, tu formidabile monstrum
Tu dolor æternus, perpetuusq; furor.
Deijcis in præceps, pecus ò Plutonia, tristes
Multimodumqũe facis quærere mortis iter.
Hic laqueo guttur claudit, lucemq; perosus.
Condemnat vitæ ferreus ille moram.
Impatiens alter sua per præcordia ferrum
Stringit, & in terram viscera rupta cadunt.
Impius ille nimis furialia corripit arma.
Vulnifico proprium nec fugit ense patrem.
Mentis inops alius, fratris caua tempora findit,
Alter in alterius colla subinde ruunt.
Hic prærupta petit lapidosi culmina montis
Vt valeat tristes anticipare metus.
Multi alij æquoreis vitam liquere sub vndis,
Quos tuus immunes non tulit esse furor.
Nec modo tu fluxum perdis mala bestia corpus,
Sed mentem, qua nil pulchrius orbis habet.
O furor, ò rabies stygijs æquanda colubris,
Quid sanctum vexas relligione virum?
Quem nec pestis edax, stygij neque principis ira,
Quem neq; paupertas dura, nocensq; grauat.
Vincere nequicquàm certas, huic protinus herbam
Porrige, quo telis conficiare tuis.
Torua tibi facies, nigris consueta sub vmbris
Inferni tantum monstra videre lacus.
Contra hic æthereos orbes, numenq; supernum,
Nos quoque cœlicolas, cernere sæpe solet.
Hinc fuge tetra pecus, nulla tractabilis arte,
Quæ multos perdis, præcipitesq; rotas.
Tu quoque cum socijs valido torqueberis igne,
Quòd nulla iustum viceris arte senem.
Qui tuus est princeps, vinclis retinetur, & œstro
Nullo non sæuit torua Megera die.
Vipera quid perstas? mea non te terret imago?
Non repetis nigri regna profunda Iouis?

DE LVCTV ET MOERORE DIAbolorũ apud inferos, vbi impatientiam ab ipso vate prostratam ac plane deuictam accepere.

¶Dixerat hæc Virgo, mox impatientia demens
Corruit in stygios, Dite tremente, lacus.
Haud secus ac scopuli Rhenum iactantur in altum,
Aut in Carpathias præcipitantur aquas.
Delphines subito curui, scopulosaq; cẽte
Terrentur, vasto vix bene tuta freto.
Atque sui Nereus fugiens per inania regni
Sollicitas tandem vix manet inter aquas.

COMPARATIO.

¶Concutit infernas mox impatientia sedes,
Totaq; Plutonis machina quassa crepat.
Vt rigide in syluis quercus, atq; ardua tecta
Fulmine terrifico, tacta, fragore sonant.
Attonitę fugiunt Dryades, Satyriq; bicornes
Occultamq; petit rauca volucris opem.
Rostra paludoso tingens Onocrotalus amne
Personat vmbrosum, voce tremente, nemus.
Vultur edax mœret, tenebroso cucubat antro
Noctua, lugubri carmine bubo gemit.
Nigrantes crocitant corui, feralia syluis
Omnia sunt, curuo miluius ore strepit.
Vipio, & Oryolus, strix, garrulus, vppupa, mergus,
Nycticorax, cornix, pica, vanellus, otus
Hoc genus alitum trepidis circumuolat alis
Per nemus, attonitum, lucifugumq; manens.
Effrene furiunt lynces, maculosaq; tygris
Infremit, agresti pellitur agna lupo.
Omne pecus reboat, reboat basiliscus & aspis
Concordes etiam dira venena vomunt.
Aerios fugiunt montes, furor omnibus idem
Sunt auium quæstus, quadrupedumq; pares.

APPLICATIO SIMILIVM AD EA quę dicta sunt de inferorum perturbatione.

¶Sic etiam auditi gemitus Acheronte sub alto
Turbat auernales, dum malus hostis, aquas.
Flammiuomo fremit ore Satan, manesq; profundos
Peruigili sæuus corripit igne furor.
Torre quoque ambusto, socios desęuit in omnes
Insultusq; graueis, territa turba fugit.
Thestiade pecudis instar, per opaca ruebat
Antra, procellosos non fugiendo lacus.
Hæc eadem fera letalis, probrosa, rebellis
Vocalem duplici Stentora voce sonat.
Exprimit & colubros, lernam, tortosq; dracones
Et geminos angues, gorgoneosq; metus.
Hircanasq; feras, lynces, tumidosq; leones,
Nec minus Albanos exprimit illa canes.
Tinctior & pardo, patulis è naribus ignem
Flat rapidum, tristi pectora felle madent.
Se quoq; in harpyias, gryphes, anguemq; tremendũ

Adſimilem duce qui concidit Attilio.
In'q; ſues ſeſe inſanos, furias'q; nocentes
Mutat,& in toruos,flammiuomos'q; boues.
Vt ſimiles Prothei ſumpſit maleſana figuras
Tecta cauernoſæ diruit alta domus.
Inde baratra quatit,cunctos'q; à ſedibus imis
Dęmonas inuadit,anguicomum'q; genus.
Cogit auerneos cœtus,damnata'q; monſtra
Perſephonen quærit, perſephonen'q; vocat.
Diſcordes agitat rixas,& dente cruento.
Vulnerat Herculeum beſtia fæua canem.
Ira incrudeſcit, fulmen iaculatur hiulcum,
Et lacerat ferro pectus, & vngue,genas.
Palpitat,inſurgit,mœret,torquetur & ardet
Suppreſſam quęritur,ſequę, ſuum'q; genus.
Adi'cit horrendos duce formidante latratus
Tranquillum'q; nihil tartara nigra vident.
Eximo ad ſummum vertuntur ſtagna ſilentum,
Et ſita ſub triſti principe caſtra ruunt.
Deflerunt igitur Manes ſua fata profundi,
Et ſibi perpetuos exhibuere metus.
¶Hoc animo voluens ſacro memorabile factum
Diuus Iob, tales ædidit ore modos.

CARMEN PROTREPTICVM beati Iob,quod cecinit in ſpiritu, ſentiēs oēm diabolicam à ſe tentationem receſſiſſe.

¶Exemplo moniti, rebus gaudere ſiniſtris
Diſcite mortales, ſpiritus aſtra petat.
Nulla diabolicę iuſto metuenda poteſtas
Fraudis,& in mites non habet ira manus.
Nulla ſuperborum violenta potentia regum.
Nulla'q; ſub cœlo vincla timenda bonis.
Qui præcepta dei ſeruat, ſeruatur ab illo
Et paruus magnum poſſidet imperium.
Aſtra fauent iuſtis,quibus & ſua præmia creſcunt
Aduerſo norunt cum dare vela notho.
Nemo coronatur,niſi qui ſine crimine vitam
Ducit, & hinc nihili magna pericla facit.
Segnes pluma, Venus molles, venter'q;, guloſos,
Exleges luxus, ſemiuiros'q; facit.
Multa virum tolerare decet,multo'q; labore
Venit honos diuum, venit & ipſa ſalus.
Nemo ſuis meritis cœleſti dignus honore,
Sed datur à ſolo gloria tanta deo.
Fert lapſis melora deus, patientia tandem
Pauperis,ad finem longa perire nequit.
Mites corde deum,mites cœleſtia regna
Et ſuperos mites poſt ſua damna vident.
Multiplicat deus omne bonum,ſua munera virtus
Cuilibet integro proſperiora facit.

GRATVLATVR SVO ALVMNO Patientia,eum'q; ad fortiſſima quę'q; obeunda ſalubriter admonet & hæc omnia ratione ipſa imperatrice.

¶Tum pia regali virgo gauiſa triumpho
Inualido plaudit,magnanimo'q; ſeni.
Sic(inquit)ſuperis viſum, quo fructus amaris,
Dulcibus (vt fas eſt) ipſe fruare bonis.
Inſuper abſtruſum nudat Patientia pectus,
Irridens domiti fulmen inerme canis.
Nec minus interea placido ſermone frequentans
Lux vatum,ſalue,ſis mihi ſaluus ait.
Parcæ metu,non parua tui mihi cura relicta eſt
Impia ſum nunquàm,ſed pia virgo vocor.
Me tibi deuinxit probitas,ſolet illa coire
Gratia,cui virtus ſemina prima locat.
Ipſa comes tibi ſum, cœleſtis nuntia pacis
Protinus auxilium (ſume)ſalubre dabo.
Me tibi conſortem noſti,rogo conſpice,vt hoſtem
Vicimus,vt lacere clauſimus ora fere.
Firma animum,nil fata time, nil fata nocebunt,
In noſtras nunquàm ſic reditura domos.
Hanc tibi ne dubites laudi,magno'q; futurum
Præſidio cladem,tu modo lætus ades.
Improbus optatam labor hic (mihi crede) quietem,
Ingratus'q; dabit gaudia grata dolor.
Tartaream fugies rabiem,tibi nulla proterui
Spicula Plutonis, eſſe timenda putes.
Me duce, ridebis truculentos dæmonis auſus
Et ſtygi'n occludes,me duce,colla lupi.
Omnia ſuſtineas,iam iam meliora ſequentur,
Plus'q; tuus ſolito luxuriabit ager.
Florigeros ego ſterno thoros,noſtrum'q; tonantem,
Et ſuperos omnes,ad tua ſacra voco.
Ceſpite de viuo naſcetur copia florum,
Quos leget intacta virgo pudica manu.
Fide deo,tua vota deus ſuſcepit,& hic eſt
Qui laceras vires,fluxa'q; membra fouet.
A patre tu noſtro,nil fruſtra optaueris vnquàm,
Quod petis,hoc vltro, cœlica regna dabunt.
Te quoque ſublimem tollit ſuper æthera virtus,
Et gratum ſuperis, conſpicuum'q; facit.
Certa ſalus hominum virtuti fidere ſanctæ
Et ſacra tantum fidere mente deo.
Omnem pone metum,dolor hic tibi proderit olim
Quæ ſunt præduro,parta labore,iuuant.
Semideum lenis te nunc Patientia reddet
Conſtantem videat te modo ſancta fides.
Nec te liuor edax,te nec temerarius hoſtis
Fregerit,armatus caſtra nephanda teres.
Ecce tibi virtus pharetram largitur & arcum
Infernæ vt pereant ad tua bella manus.
Te neque diuitiæ ,neque te generoſa propago
Perturbent,animum ſemper ad aſtra feras.
Erecta firmum fac ſerues mente decorem,
Siue dolor tentet pectora, ſiue metus.

NOTANDA SVNT HAEC omnia patientiæ verba.

¶Vir clarus moritur nunquàm, iuſtos'q; tuetur,
Qui ſummo regnat trinus in orbe deus.
Quid ſi tacta domus cœlo? quid ſi fera coniunx
Prælargo madidos oppleat imbre ſinus?
Credere fortunæ nihil expedit, omnia fluxa
Omnia ſunt ſpacio diſſoluenda breui.
Sum tibi diuitiæ,tibi ſum prænobile regnum,
Quod non ignis edax,nec Iouis ira quatit.
Omnia labuntur,prąceps rapit omnē tempus.
Et perit exili candida forma lue.
Quod mortale genus ferro muniuit & arte
Stare diu neſcit, tempore cuncta ruunt.

Solus ille

SOLVS ILLE FORTIS QVI SE-
ipsum vincit, inquit Patientia.

¶Quid si Marte potens, totum quis tertitet orbem,
Et terra & pelago pulchra trophęa locet?
Quid si tollat humo quenquàm Rhamnusia bifrons,
Regnaq́ concedat diuitiora suis?
Ille quidem nullum transfert super ęthera nomen,
Si non ipse sibi quo moderetur habet.
Qui domat affectus, mentem qui frenat acerbam
Hic ouat, hic omnes ante triumphat auos.
Nulla salus homini lato quærenda sub orbe
Omnibus hic rebus tristis amaror inest.
Vera salus hominum summi moderator olympi.
Et deus, & virtus, & benefacta manent.
Quod supereſt, cæcam noctem sectatur & vmbras.
Inserit & vanis tempora vana iocis.

RESPONSIO VATIS, HOC EST, felicis ipsius animæ, quæ plena deo & gratia eius calefacta, imperatricẽ agnoscit rõnem, eamq́ velut passionũ moderatricẽ, & certã salutis parẽtem extollit.

¶His pater exultans dictis, monituq́ salubri
Ad geminos vertit pectora firma polos.
Infirmumq́ putri caput & lassata grabato
Membra leuans, alacri talia voce refert.
Salue virgo decens, tranquillæ nuntia pacis,
Angelico sacrum quæ canis ore melos.
Salue nostra salus, salue pulcherrima mundi
Gloria, tu diui plena fauoris, ades.
Ni tua dextra mihi pectus firmasset inerme
Ipse forem stygijs præda relicta lupis.
Tristibus vna comes, requies tu certa laborum
Tu surda nullas imbibis aure preces.
Insolitum perferre iugum, durasq́ catenas
Exiliumq́ doces, pauperiemq́ pati.
Te fine nulla salus, tu propugnacula, cunctis
Oppressis confers, remigiumq́ paras.

IN PERICVLIS PATIENTIA COlitur grauibusq́ sententijs suum prosequitur sermonem.

¶Nauita spumosis Elicen te clamat in vndis,
Te Cynosuram itidem naufraga puppis habet.
Tu perteſa nihil, morbos, pondusq́ diei,
Atq́ graues æstus, vt bona, semper amas.
Te duce mulcentur, quos impatientia demens
Aut furor immitis, non sinit esse pios.
Quos ieiuna fames, quos hic labor improbus vrget,
Quos dolor atque metus, quos glacialis hyems,
Quos premit omne genus morbi, tristisq́ senecta,
Per te paulatim, tædia diminuunt.
Per te liber ero, per te nunc saucia membrâ,
Accipient alio prosperiora die.
Mẽs mea ceu solita est, te carmine laudat & hymnis,
Et pia (si possum) munia vatis agam.
Inq́ tuo longum consumam tempus amore
Tu mihi terrenis gratior vna bonis.
Non ego mutabor, seu me dolor angat amarus,
Seu redeat sternax in mea damna Satan.
Ipse tui non parcus ero, Patientia, cultor,
Tu mihi grata quies, tu mihi certa salus.
Ante deus cœlos, & pulchrum Cynthia fratrem
Deseret, à nostro quàm moueare sinu.
A nostro nunquàm bona limine virgo recedes,
Hęrebis cordi tempus in omne meo.
Ergo age, tu nostros tandem miserata labores,
Da cito quam petimus, quamq́ sitimus opem.

SVVM PATIENTIA TRIVMphum superis refert.

¶Annuit his virgo, dehinc rebus læta secundis
Exilit, & diuis tanta trophæa refert.
Accurrunt superi, cœlum lętatur, & omnes
Pro victore pias persoluere preces.
Nec fudere preces tantum, sed voce canora
Dulce simul carmen, eulogiumq́ canunt.
¶Sic bene laudatur, quem nec Rhamnusia fallax,
Nec potuit rupta vincere carne Satan.
Contigit hoc paucis, nec tantus forsitan vlli,
In tota è cœlo gente, tributus honos.

¶ Secundi libri Finis.

LIBER TERTIVS

SVMMARIVM LIBRI TERTII.

PRobrosa mulier, suis iterum vatem contumelijs insectatur. Permanet constans, neq́ illius inuectiuis aliqua ex parte mouetur. Respondet etiam sapienter, vt suæ tandem illa pœniteat impudentiæ. Non desunt comparationes quibus prophetæ dolores exprimuntur. Mox subita huius felicitas decantatur. Nec solum amota peste viribus ille potens, sed ditissimus omnium efficitur. Congratulantur omnes vati, Deo Optimo Maximo gratias agentes. Adijcitur tandem Patientiæ encomium, quo luce clarius probatur, legitime dumtaxat certantem, & in agone constanter perseuerantem, feliciter à deo coronari.

AD LECTOREM.

NOn dubium Lector candidissime, quin mulier illa, bonis omnibus ac charissimis etiam suis priuata liberis, maritum suum varijs affecerit contumelijs. Plus enim corporis illam, quàm animi bona mouebant. Præterea non mali consules, nos quibusdam vti vocabulis, prophetæ forsitan temporibus (quemadmodum paulo ante tetigimus) nondum adinuentis. Facies quoque idipsum quum prophana sacris mista repereris. Postremo, non reprehendas velim, insanæ mulieris resipiscentiam, nouæ felicitatis narrationi obiter interiectam &c.



Vrsus adest mulier, stygijs aduecta colubris,
In{que} suum latrat verba canina virum.
O miserande senex, o vulgi fabula, nunquid
Fidis adhuc cœlo, numinibusve tuis?
Quid vesana tibi vocitor, quæ languida nostros
Impleui lachrymis, ter{que} quater{que} sinus.
Mille nouercantis Fortunæ incommoda, mille
Ante oculos leti cernimus esse vias.
Nec tamen his turbare malis, immobilis hæres,
Saxa velut rapido sollicitata noto.
Terribiles cœli formas, vultus{que} tremendos,
Temnis, & infaustos in tua fata dies.
Quid moritura quærar? moritura? haud es mihi tãti,
Vt peream, debes me prior ipse mori.
Tu ne ille egregius vates, qui supplice cantu
Pro se, pro{que} suis, carmina crebra dabat?
Carmina quid prosunt pro coniuge fusa, domo{que}
Quid tibi? quid natis, sacra peracta tuis?
Ah miser, ambages misera cum coniuge coniunx
Obstrepis, hanc animam tristis Enio vocat
Ergo vale, atque deo benedic, superum{que} cateruæ,
Et tua liuenti lumina claude manu.
¶Post hæc sæua pium crasso profuderat imbre.
Quo multo putruit lechytus atra die.

NON MOVETVR CONTVMELIJS SACER VATES.

¶Non tamen hanc vates stultam fortissimus odit,
Vana sed arcano murmura corde tegit.
O quod virtutum specimen? quæ vita? modus{que}
Rebus in angustis, quàm stabilita fides?

RESPONSIO SANCTISSIMI PROPHETÆ, plena pietatis.

¶Nil refert diris tu me infectere nephandis
An pietate colas, decolor insit Iob.
Proficitur pugna, rebus nunc poscor olympo
Aduersis, fortes inclyta palma manet.
Iurgia nequicquàm iactas, labor improbus, & mens
Aucta bonis, humilem proijcit alta, metum.
Vultum pone trucem, cœlo delapsa propinquat
Nostra salus, certum mens mea numen habet.
Siste precor, nostros{que} cave renouare dolores
Cõuenit hic morbos, pauperiem{que} pati.
Extremæ semper debes memor esse diei,
Et tibi quòd Parcæ stamina fluxa parent.
Diuersæ rapiant licet in contraria mentem
Cure, sit{que} tibi connubiale nihil.
Non tamen idcirco, summum mea lingua tonãtem
Læserit, angelicis quæ magis apta modis.
Non mihi deuoto es me sospite iuncta cubili.
Viuo ego, nec vitam ponere fata iubent.
Vita homini breuis est, vitam defungimur omnes.
Depositum authori reddere quemq; decet.
Quid tu igitur delira times concedere fato,
Quod simul hic stultus cum sapiente subit.
Largior es rixæ, quàm pacis, largior inquàm,
Verborum, officij quàm bene promeriti.
In diuersa tuam trahit inconstantia mentem.
Quod fluit hoc refluit, spes mihi certa manet.

SENTENTIAE GRAVES.

¶Temnit opes virtus, mollem Sapientia luxum
Et sublime caput, delicias{que} fugit.
Fide deo, deus est semper placabilis iræ
Diuite distribuens optima quæ{que} manu.
Lux obscura fugat, post noctem Phœbus opacam
Eoo rutilum dejcit orbe iubar.
Aequora Neptuni sedantur vasta tridente.
Et faciles Nereus per mare ducit equos.
Non fortuna rotam versat? casus{que} finistros
Disjcit? num cursu perstat acerba suo?
Nil valide nobis vires, nil fortia tandem
Pectora, nil sunt hæc pensiculanda seni.
Sæpe viro firmas animi dant robora vires
Et bene transacti, commoda multa, dies.
Fortes sæpe viri, paruo vincuntur ab hoste.
Sæpe leues animos, mors rapit ante diem.
Compedit incautos Nemesis, reges{que} superbi,
Sæpius ignauo succubuere metu.
Distortum membris, auro gemmis{que} carentem
Et misera mundo conditione grauem.
Omnipotens (modo ne labes virtutibus obstet
Mentis) in æthérea præcipit esse domo.
Ipse suos tentat, nec iustos deserit vnquàm
Nec patitur longas rebus inesse moras.
Excelsæ pereunt turres, deus omne superbum
Destruit, auxilio mitibus esse solet.
Ergo quiesce precor, toties quid vulnera tangis?
Indigne nulli, pœna dolenda, venit.
Iam mihi lanificæ trepido dixere sorores
Viue diu, Parcæ stamina longa dabunt.

DE CONSTANTIA B. IOB.

¶Talia magnanimus fundebat pectore vates,
Diuinam{que} frequens suspiciebat opem.
Non vllos æ dit gemitus, mollesve querelas
Non iræ seruum, mœstitiæ{que} gerit.
Vt{que} nequit rigidam boreas subuertere quercum
Quo{que} magis reboat, proficit ille minus,
Strenua sic vatis contemnit vulnera virtus,
Liuida nil pestis, nil dolor altus agit.

EXCLAMATIONES PVLCHRAE, ac sententiæ graues.

¶O magnum pietate virum, ò pectora vatis
Fortia, quæ nulla territat arte Satan.
O præstans animi virtus, ò peruigil ignis,
Qui cœlo sumptus flagrat amore dei.
O felix hominum genus, hoc si principe, cœlum
Et superos, tali si pietate colat.
Est seruire deo totum regnare per orbem,
Et celsi tandem regna tenere poli.
Qui superis vltro paret, super æthera mentem
Erigit, & membris vincula nulla subit.
Illos qui contra, nullo dignantur honore,
Et breue delicijs perdere tempus amant,
Morte repentina tristem iactantur in orcum.
Quod docet inferni turba prophana Iouis.
Tantalus esuriens fitibunda enectus Erynni,

Pendu-

Pendula fruſtrato gutture mala videt.
Siſyphus exhauſto fumantia pectore ſaxa
Voluit,& ex duro nulla labore quies.
Lęditur Ixion,rapido ſine fine rotatu,
Impuro fœdum ſanguine corpus habens.

PVLCHERRIMIS COMPARATIONIBUS prohetæ dolores exprimunt.

¶Sed quid vana ſequor, quæ tunc incognita terris
Ad vatem redeat noſtra Camena ſuum.
Aeger adhuc remanens, ſub cœlo languet aprico,
Ruptaq; cæruleo membra cruore fluunt.
Non aliter tremula pluuialis arundine nimbus
Decidit,aut querno vimine ſudat aquas.
Non ſecus ardenti glacialis ſtyria Phœbo
Liquitur, & tecto vitrea gutta cadit.
Non magis incæſto feruens genitoris amore
Mollis odorifero Myrrha fluore madet.
Hoc pater enectus morbo, frigentia ſentit
Pectora, nec tetro ſanguine frigus abit.
Nos tamen haud vnquam tanti diſcrimina vatis
Flebimus, à fletu mors ſapientis abeſt.

GRAVES VTROBIQVE SENTENTIÆ,& Iob ipſe Chriſti typus.

¶Non ſinit altitonans iuſtos mœrore perenni.
Expallere,ſuos ille ſubinde fouet.
Non manet in terris animus,flammantia diuæ
Virginis Aſtreæ filius,aſtra petit.
Fidere virtuti laus eſt,quæ fœdera dignis.
Auget,& indignis optima quæq; negat.
Fortunam ſtulti ſine lege modoq; ſequuntur,
At cæcos fallit cæca, maliſq; nocet.
Illius & variæ nulla eſt conſtantia fronti,
Cultores etiam decipit ipſa ſuos.
Temnere diuitias,virtus regalis habetur,
Incertæ nullum q; comitantur opes.
Eſt igitur felix,felici ſydere natus,
Qui tegit hoc Chriſti vulnera mille typo.
Omne malum vincit pietas,fortiſſimus ipſe
Inuito manſit dæmone mitis Iob.
Inſtar Idumææ palmæ,quæ concita ventis,
In ſublime tamen docta referre caput.
Sic nos, ſic omnes, memores decet eſſe malorum,
Quiſq; ſuum crebro diſcat obire diem.

DE FELICITATE BEATI IOB, quæ ſubito exorta eſt,lectuq; iucundiſſima.

¶Quum ſic intrepida perferret ſingula mente
Diuus Iob,querulos nec daret ore ſonos.
Ecce ſuum refouet ſummus pater ipſe clientem,
Et facili iuſtas accipit aure preces.
Languidulos artus, moribunda q; lumina, primo
Innouat ornatu,delicijſq; nouis.
Integer efficitur qui fluxerat antea neruis,
Languida deſtituit priſtinus oſſa dolor.
Clara dies oritur,morbo conſumptus acerbo,
Gaudia,quæ totus non habet orbis,habet.
Canicies rugoſa fugit,maciemq;,ſitumq;,
Purpureus turpi pellit ab ore color.
Pallor abit,ſtupet ille noui portenta nitoris,
Auratoq; videt, nobile,crine caput.
Mox redit in florem,iuuenilibus exilit annis,
Et grauis Aeſonio more ſenecta perit.
Illum non aliqua afflictum Medęa veneno
Proluit,aut ſuccis languida membra fouit.
At patris æterni(iuſto ſua premia dantur)
Attulit optatam dextra ſalubris opem.
¶Ditior inde Mida factus,Croeſoq; ſuperbo,
Et Phrygio maior Laomedonte fuit.
Innumeras miratur oues,iamq; vbere pleno
Accipiunt auctos herbida rura greges.
Creuit & alma Ceres,vltro dedit omnia tellus,
Non opus vlla boum ſubdere colla iugo.
Creuerunt & opes,creuit generoſa propago,
Et fato creuit dexteriore domus.
Publica creuerunt,priuataq; commoda vatis,
Iam placidæ ſortis dulcis alumnus erat.
Agrtcolæ gaudent vltro tellure feraci,
Et faciles laudant in ſua vota deos.
Vernat ager,pubeſcit humus, ramoſaq; vitis
Pullulat,& germen,nobile geſtat onus.
Terra ſinus aperit,gemmato vertice ſurgunt
Purpurei flores,nectareumq; thymum.
Nullus ager ſterilis,frondoſa dulcia ramo
Poma rubent, læto gramine pinguet ouis.
Proſilit aſparagus,violæ naſcuntur in hortis.
Herbida mellifluo paſcua rore madent.
Candida fragranti ſpectantur lilia campo,
Candida ſunt varijs lilia miſta roſis.
Caſta nitet laurus, ferro præciſa cupreſſus
Germinat,ingenij non memor illa ſui.
Fœtificant iterum atq; iterum plumantibus alis
Aereæ volucres,fœtificantq; greges.
Glandibus eſt curuata ſolo iam Chaonis arbos,
Et varios fructus fert popularis ager.
Hibleæq; dapes,& flaui pocula roris,
Exundant calathis(res noua)mille ſuis.
Sylua ſonat cantu,certatim concinit ales.
Vrbano eſt nemoris gratior vmbra loco.
Hic fructus præcox,ſunt illic mitia poma,
Omnia præſentis ſunt monumenta dei.
Non canit elinguis,ſed vt alite gratior omni,
Amplexus Therei tum philomela gemit.
Aſtra remiteſcunt,non Syrius ore leonis,
Expuit horrendis ſigna cruenta notis.
Stella Iouis regnat,gelidi ſimul impia patris
Dextera falce caret,nati etiam arma timet.
Phœbeos taceo riſus,celeresq; quadrigas,
Aurea agnoſcit ſecula diuus Iob.
Cui ſimul aſpirans fœcundo copia cornu,
De locuplete dedit optima quæq; penu.
Qui modo Deiphobi cladem Codriq; ferebat,
Omnibus obſcurat tempora fauſta modis.
Primiq; pilaris captat noua prælia palmæ,
Præſentemq; ſibi conſpicit eſſe deum.
Aeſonidem vates ſuperat,nec Phaſida nouit
Phryxeæ diues vellere factus ouis.
Auratisq; bibit patheris,criſtallina ſumit
Pocula,& argento nobile ſplendet ebur.
Nauigat in portu vates,Neptunia ridet
Aequora,bifrontem ridet vbiq; deam.

Quãtum auri Pactolus habet,ſacer auſpice Baccho,
Tantum habet,ætherei munere regis Iob.
Gaudet Idumæus heros,noua naſcitur orbi
Gloria,cuncta ſibi proſperiora videt.
Accipit argento veſtes,auroq́ rigentes,
Accipit & meritis omnia digna ſuis.
Delicias inter,ludosq́,ſalesq́,iocosq́
Eſt pro ſolicito blanda labore quies.
Felicem nullo peragit diſcrimine vitam,
Ter fortunatus,coniuge,prole, domo.

De vxoris reſipiſcẽtia.

¶Sed quid agit coniunx,calida quæ efferbuit ira,
Atq́ ſuum ſtulto reſpuit ore virum.
Ecce ſupercilium ſedato pectore,ſupplex
Ponit,& immitem deſerit agna lupam.
Deſerit agna lupam, totum quoq́ lutea vultum
Aſpiret nobis,nunc(ait)ipſe deus.
Ipſe deus,cœli princeps,terraeq́ creator
Nos iuuet,inſanæ parcat & ille mihi.

CONTINVATIO
ſubitæ felicitatis.

¶Hæc vbi fata,ſuum ſpargens aurora colorem
Illuſtrat montes,veliuolumq́ mare.
Auricomum videt vmbra nemus, videt aura ſuperbas
Turritasq́ arces,Dedaleasq́,domos.
Gaudia dant ſyluæ,dant molles gaudia campi,
Floribus arrident prata decora ſuis.
Oblectant Faunos Nymphæ,Satyriq́,latebris
Exiliunt cæcis,ludit amœna Pales.
Omne genus diuum,quod montes incolit altos
Et liquido pulchrum diluit amne caput.
Ignotas miratur opes,miratur honores,
Clementisq́ notat munera larga dei.
Aſtrorum noua monſtra videt, noua gaudia ruris,
Purpureos agros,purpureumq́ nemus.
Gaudia proclamant omnes,it lætus ad aſtra
Cantus,io paſſim compita lata ſonant.
Oreades pariter Phœbo aſcendente,latentes
Ad ſua Syluanos antra,domosq́ trahunt.
Concentu gaudent vario,fœcundaq́ ficcant
Pocula,& his Charites, Caſtalidesq́ fauent.

De luco agreſtium deorum.

¶Inter Idumæos cuidam prænubilus amnes
Lucus erat,priſca relligione ſacer.
Hunc omnes Driadum, magna comitante caterua,
Monticulæ pariter,Syluicolæq́ petunt.
Luxuriant omnes,coeuntq́ in gaudia dextræ.
Sunt quoq́ iucundis ſeria miſta iocis.
Fronde coronati,tremulas ductare choreas
Incipiunt,lætos vernus obumbrat honos.
Pierides illis dictantes omnia Muſæ
Tale ſimul carmen,eulogiumq́ canunt.

CANTICVM MVSARVN ET
Driadum,aliorũq́ ruris ac ſyluæ deorũ,per quos agricolæ & alij id genus homines intelliguntur.

¶Gloria ſit ſummo per ſecula cuncta tonãti,
Quòd venit è cæcis noctibus alba dies.
Omnia lætantur formoſo protinus anno,
Iam cœlum ridet,ridet & omne ſolum.
Cœlicolæ gaudent omnes,felicia tandem
Sydera,felici conciliantur hero.
Verna hic temperies,viuo de ceſpite flores,
Peſtanosq́ etiam virgo tenella legat.
Herboſo nuſquam latet hic ſub gramine ſerpens,
Flore ſub æterno dulcia mella latent.
Flat zephirus,cœliq́ fauor largo imbre colorat,
Hyblæos apices,auricomumq́ nemus.
Mollia nunc duræ ſudant opobalſama quercus,
Et lentæ ſalices aurea poma ferunt.
Diuorum hæc capiant aures, ſurgantq́ ſepulti,
Hic virutis honos,nectar & ambroſia.

IN SVBSEQVENTIBVS DE-
cantantur patientiæ laudes.

¶Tum pius hic vates,diuino numine plenus,
Dæmonas irridet,tartareosq́ dolos.
Victorem ſeſe videt,atq́ heroa potentem,
Et ſibi(nec mirum) maxima quæq́ dari.
Fortes palma manet,dulce eſt, meminiſſe pericli,
Gaudia poſt luctum ſunt mage grata bonis.
Vir bonus & prudens,violentam dæmonis iram
Et ſtygij ridet ferrea vincla canis.
Hoc & fata volunt,ſemper Patientia fortis
Adiuuat innocuos,ſemideosq́ facit.
Hæc quoq́ ſubtriſtem docet exultare ſenectam,
Sæpe domi decus eſt,gloria ſæpe foris.
Tota ſagax,formoſa,decens,eſt tota venuſta,
Et maris & terræ poſſidet imperium.
Hæc docet integros animi componere mores,
Et ſtabili ſemper fidere mente deo.
Hæc quoq́ nata dei,cœleſtem iugiter aulam,
Luciferis ornat,perpetuisq́ bonis.
Eleuat hæc faſtus,humiles ad ſydera tollit,
Sceptrigeros etiam, magnanimosq́ fouet.
Teſtis Iob vates,tantæ virtutis alumnus,
Diuitijs auctus,innumerisq́ bonis.

Finis libri tertij.

LIBER QVARTVS

SVMMARIVM LIBRI QVRTI.

QVum multis retroactis & temporibus & ſeculis,diuus ipſe Iob,ab omnibus ferme hominibus (cuiuſcunq́ etiam,vel ſtatus,vel conditionis,vel ætatis fuiſſent) plus æquo neglectus,nullum ſuæ patientiæ honorem ab ipſis conſequeretur, quumq́ totus dehinc mundus in maligno poſitus, ventri ſimul & gulæ turpiter indulgeret,omnibusq́ vitijs & criminibus implicatus,deum ſuum reliquiſſet,fingitur ipſe,ſuum in cœlis alloqui vatẽ,ipſiq́ demandare, vt luxurioſum ac perditiſſimũ genus homi-

hominũ,letali ſuo vulnere p totũ terrarũ perderet orbẽ.Hoc dei decretũ mitiſſimus Vates ſuis deponit pre cibus.Annuit ad longum tempus omnipotens. At peſſimi quiq; ,indies magis ac magis peiores effecti,dei miſericordia abuſi ſunt.Quapropter, diuerſis hominum criminibus in cœlo primũ enumeratis, ſcabie admodũ tenaci,cruentiſſimisq; vulneribas,dicto citius aduruntur.Deſcribitur quoq; nouæ huius peſtis calami tas. Turpis damnatur luxuria,& q̃ miſeri ſint hoc morbo laborantes,ſatis ſuperq; declaratur. Saluberrimis tandem doctrinis boni omnes admonentur, vt neglecta omnium vitiorum impuritate,virtutem ſectentur, deumq; rite timentes,ſalui fiant.

AD LECTOREM.

ADerunt fortaſſe nonnulli, qui pia (vt ipſi putant) opinione moti, hoc vltimo libro ſuperſtitioſum me haberi velint,eo q; finxerim,dominum deum,diuo Iob in cœlis dixiſſe: Templa tibi ſtatuam,&c. eidemq; coram ſuperis omnibus,id muneris cõmiſiſſe,vt perditiſſimos homines,vulneriam ſeſe ſuam,alteri non daturũ.Deinde non me præterit,ſcriptũ eſſe : Dominũ deum tuũ adorabis,& illi ſoli ſeruies.Hæc certe atq; alia id genus multa,nemo omnium ignorat,figmentũ tamen noſtrũ, ſi rite perpenderint,nequaq̃ me ſuperſtitionis accuſabunt.Omnẽ deo honorẽ ac gloriam tribuimus, illumq; ſolum adorandũ atq; colendũ non diffitemur, tanquã rerum omnium creatorem,ſanctos tamen & veneramur & colimus,id quod patres noſtri,vel ab ipſo Apoſtolorum tempore,in hũc vſq; diem ſemper fecere.Hinc vnus hunc,alius illum colit ſpecialius.Hic S.Sebaſtianũ,ne morbo epidimiæ corripiatur.Ille S.Antonium, ne igne,letaliter hominem corrumpente, intereat. Vnus S.Quirinũ,ne ficu lædatur. Alius S.Corneliũ,ne ſincopi,aut apoplexia in terrã cadat.Sic diua Anna,Barbara,Valentinus,Chriſtophorus,Vitus,aliiq; ex diuis q̃ plurimi,ſuos habẽt cultores.At quis ego ſum,vt cõtra hãc,receptã ſemp ab oĩbus cõſuetudinẽ,quicq̃ loquar? Nemo ſapiẽs ita ſctõs colit,veneraꝛ ac inuocat,vt illos deo nr̃o,hoc ẽ,creaturã creatori anteponat. Sic igitur quæ ſcripſi intelligẽda ſunt, vt facile crediderim,ſanctorũ precibus,à variis nos infirmitatibus(& id quidẽ ſolo deo ſemper annuente)liberari poſſe.Nemo itaq; vel mediocriter eruditus,carmen noſtrum in malam vertat partem.Vale lector pugilice.



T pius hic vates, per ſecula plurima,ab omni
Neglectus populo, principibusq; viris.
Non p̃ce,nõ donis quisq̃, non ſupplice voto,
Illius ante aras mollia tura dedit.
Nemo poetarũ fudit mo dulamina,nemo
Iunxit Apollineæ,plectra canora,lyræ.
Quũ dehinc obſcœnis totũ Venus improba mũdũ
Fœdaſſet ſtupris,multiplicíq; malo.
In medio ſuperum ſtellatæ conditor arcis
Cœlicolas inter talia verba dedit.

VERBA CHRISTI AD beatum Iob,ſuæ paſſionis typum.

¶Si te neſcit humus,noſtri te regia cœli
Noſcit,& in ſummo conſpicit eſſe choro.
Nunc eoa tibi plaudet,nunc vltima tellus,
Combuſtíq; arabes,& boreale ſolum.
Templa tibi ſtatuam,nubem tibi thuris odoram,
Et decus æternum ſecula cuncta dabunt.
Tum iuuenes,fortesq; viri,trepídæq; puellæ,
Decrepitíq; ſenes ad tua ſacra ruent.
Indigna quondam proſtratus peſte iacebas,
Impia ſunt tali,pectora,digna lue.
Hulcere ſit populum tibi ius vrgere malignum,
Qui pueri ſequitur ſigna nephanda leuis.
Purpureos liceat tibi ſupplantare tyrannos,
Pontifícesq;,tuo vulnere,coge mori.
Mortiferamq; trahant ſcabiem,repletaq; tabo
Hulcera,quos ſemper peſſima quæq; iuuant.
Vt mea dextra potens, totum graſſetur in orbem,
Et pereant,dempto,fœmina,virq;,modo.

¶ORATIO BEATI IOB PRO nobis peccatoribus ad deũ depcatoria.

¶Mox hominũ,noſtríq; pius non immemor heros
Effudit blandas,ore tremente,preces.
O pater,aſtriferæ qui celſa cacumina ſedis,
Et regis immenſum qui ſimul orbis iter.
Es deus,& ſceptro ſtygias moderaris habenas,
Parce tuo generi,mitte ſalutis opem.
Ipſos quippe reos mortales credimus eſſe,
Et pronos omneis in ſua damna viros.
Tu tamen es clemens,mortem qui morte tuliſti,
Vindice non dextra,ſed pietate pater.
Tu plebis miſerere tuæ,miſerere tuorum,
Parce tuo generi,mitte ſalutis opem.
Aſſidua eſt animi teneræ & contentio carnis,
Sed luctamen iners vertere terga facit.
Hæc ouat vt victrix,ſua præmia(pro' dolor)ille
Perdit,at ingenuo ſurgere Marte poteſt.
Qui ſolus bonus es,& noſtri ſolus amator,
Parce tuo generi,mitte ſalutis opem.
Gurgite de viuo pietatis gratia manet,
Deq; ſalutifero fonte bibantur aquæ.
Deprecor hoc letale malum,tabemq; cruentam,
Quam capulus tantum, quam libitina manet.
Ah nimium molli grauis hæc contagio carni,
Parce tuo generi,&c.

Da dextram miseris, precibus precor annue nostris,
Ne genus humanum, tam fera pestis, edat.
O vtinam tantos liceat mihi fundere quæstus,
Tam grauis exitij ne meminisse velis.
Hoc homines, superiq; petunt, deus ergo benigne,
Parce tuo generi, &c.

MISERICORDIA DEI EST INcomprehensibilis.

¶Contra te dominum terræ, cœliq; potentem
Nulla manus, nec vis, consiliumve datur.
Es tamen immensæ torrens pietatis inundans,
Qui centena scatens ostia mille parat.
Da veniam tristi populo, da munus egenti,
Parce tuo generi, &c.
Non patiere tuos pretioso sanguine partos,
Vt stygius terno deuoret ore canis.
Te nigris damnata cohors ridebit in vndis,
Et blasphemabunt, teque, tuumq; genus.
Illis salua precor, pestem quoque deprecor illis,
Parce tuo generi, &c.
Forte suum scelus agnoscent, tua pectora Christe
Contingant miseri, vota, precesq;, gregis.
Est tua progenies, cœlo delapsa, tuoq;
De sacro semper nomine nomen habens.
Nomen habens, quo non aliud felicius vllum,
Parce tuo generi, &c.
Intereunt omnes, nec multis viuitur annis,
Et rapido semper mors venit atra pede.
Occumbant, spirentq; (precor) qua lege reguntur,
Et natura suo gaudeat officio.
Lento, pœnas cito veniat clementia passu,
Parce tuo generi, &c.
Hæc te mortalis facies designat, & ergo
Non pereat vultus, sacra figura, tui.
Saucia delicijs ætas, conamine multo,
Victrices aquilas in tua regna feret.
Audi vota deus, clamantum suscipe vocem,
Parce tuo generi, &c.
Corpora sunt hominum sexcentis dedita morbis,
Si quid differtur, porriget hora fugax.
Ergo age parce tuis, iamiam miserere tuorum,
Hos ne dede neci, te deus alme precor.
Pectora iam plangent, & erit tua tristis imago,
Parce tuo generi, &c.

TRIVMPHAT SVIS PRECIBVS vates, quibus deum ad tempus conciliauit.

¶Annuit omnipotens ad longum tempus, & iram
Deposuit, votis ipse triumphat Iob.
Exultant superi, mater lętatur Iesu,
Et celso gaudet totus in orbe chorus.
Plus solito vatem laudant, modulantur & hymnos,
Et quæ sunt vni, carmina nota, deo.
Sic dignum precibus gaudens accepit honorem,
Qui toto semper dignus in orbe coli.

SPRETA CHRISTI PIETATE ET pessimis mortalium criminibus ab eodem in cœlo enumeratis, mala pestis, ipsos exedit malos.

¶Interea centum subterlabentibus annis,
Non bene succesſit, spe quoque captus Iob.
Spreta malis pietas nostra est, mox dixit olympi
Rector, & hos quæstus addidit ore graues
Clamitat in cœlos crimen, Plutonia coniunx
Regnat, ab omnigena gente tributa petens.
Christicolæ Ditem celebrant, cœlestia rident
Numina, virtuti non datur vllus honos.
Et manibus contra pugnare rebellibus orbem
Hoc genus effrenum certat, & omne furit.
Nomen habet solum, non rem, scelerata propago,
Vt scelus omne patet, sic latet omne decus
Nemo suum scelus agnoscit, sua pectora nemo
Plangit, & exleges impius orbis amat.
Nullus homo purus, nulli sine crimine vita,
Et toto nimium regnat in orbe Satan.
Mars pro pace furit, Bellonæ maximus orbis
Paret, & amborum noxia tela petit.

IN SACERDOTES INDOCTOS, ventriq; ac gulæ deditos.

¶Languidus in niuea sordescit veste sacerdos,
Pollutisq; labris mystica dona capit.
Pauca legit, nec lecta sapit, temnitq; doceri,
Turicremis aptat nigra venena focis.
Iamq; Epicureos vidi consumere porcos
Omnia, quæ sacris sunt data muneribus.
Nemo est, nemo quidem, nostrũ qui numẽ honorat,
Nemo Dioneæ subtrahit ora faci.
Nemo pudicitiam seruat, sunt omnia luxu,
Omnia lasciuis mollia delicijs.

MAGNA PVDICITIAE SIMVLAtio, magna item impudicitię dissimulatio.

¶Quin viduæ lenas perfricta fronte sequuntur
Virgoq; vestalis, tam vaga monstra colit.
Quàm bonus & simplex, castam, diuisq; sacratam
Autumat, occulto turpiter igne calet.
Subdola fucato meretrix sese ore pudicam
Fingere, vel scortum, dissimulare valet.
Est genus ingratum, nostro cui sanguine, cœli
Alta datur facili scandere regna gradu.
Quosq; vocant nostros, nostri sunt nominis hostes,
Et stygio peior vrbs sacra pene lacu.
Vrbibus in magnis, dubio procul, omnia magna,
Crimina, sed magnis non nisi magna placent.
Intereunt leges, nullum sua iura tuentur
Vi, non iure, potens quilibet esse cupit.
Audaces subito veniunt ad aratra iuuenci,
Sed bibulum rupto vomere littus arant.
Sunt multi Sodomæ similes, multiq; Gomorræ,
Mitto Semiramidem turpia velle pati.
Filia iam matri pellex, iam fœdus adulter,
Polluit amplexus, concubitusq; nouos.
Sub lucem exurgit, nocturnaq; fœdera seruat
Et vetitos illi fert Cytherea thoros.
Fata iacent, caput omne nephas extollit, & omnis
Gloria virtutum, laudibus orba perit.
Orgia dant somnos, decorat conuiuia Bacchus
Largaq; luxuries, mollia corda, facit.
Est animi contempta salus, contempta lauacri
Fœdera, seu primæ relligionis honos.

IN EOS QVI POTESTATE EC clesiastica abutuntur & alios inobedientes.

¶ Nauita

Nauita iam Syrtes intrat, vastamq; Charybdim,
Iure resignato clauis & officij.
Quot veris credant medicis, iustoq; parenti,
Non foret hic magnus commemorare labor.
Pauci quippe boni, totus quoq; desipit orbis,
Et simul insurgunt, otia, furta, doli.
Nullum crimen abest, populus, princepsq; rebellis,
Insano nostrum polluit ore decus.
Exultant vitijs homines, sua damna sequuntur
Publica, quod cœlum respuit, optat humus.
Filius illudit patri, pater ipse vicissim
In natum, nulla se ratione, gerit.
Nulla futurorum cura est, vitæq; perennis,
Temnere mortales, gaudia vera, iuuat.
Feruida per præceps rabidam discordia litem
Spargit, & inuisæ semina mortis alit.
Hæc varios motus, varijs concursibus implet.
Hæc quæstum exlegem, sacrilegumq; facit.
Huic variæ rerum species, huic gratia fallax,
Nullius admittens, vota, precesq; boni.
Sed quid multa querar? res est tentanda periclis,
Insueta mundum perdere peste libet.
Terrebunt miseris totum sic vocibus orbem,
Nostraq; non sterili numina fruge colent.
Sic multos facient hæc tanta pericula cautos,
Sic sero sapient, turba prophana, Phryges.
Impunita ferunt labem delicta nephandam.
Sæpius ex vno crimine, mille fluunt.

CONVERTIT SERMONEM suum deus ad prophetam.

¶Ipse tuas non temno preces, at pessimus orbis
Exigit has pœnas, tabifluamq; luem.
Putridulæ deinceps pestis, tu tempus in omne,
Interpellator, tuq; patronus eris.
Teq; colent, nostram posthac placaueris iram,
Tamq; graui morbo tu dabis vnus opem.
Nouæ pestis calamitas.

¶Hæc vbi dicta deus, solio demisit ab alto,
Protinus humanum putruit omne genus.
Quid mirum? nouus est languor, leprosaq; radix,
Et sunt hæc gelidi noxia dona senis.
Hinc variæ exundant pestes, morbiq; tenaces,
Quis caro dat pœnas luxuriosa graues.
Aut quibus emanat gelido de pectore sudor,
Et misere præbet tela cruenta neci.
Hoc morbo vigor omnis abit, liquidisq; medullis
Hæret, & ora virum pestis anhela coquit.
Cernimus impurum vulgus iam sordibus istis,
Sanguinolenta graui vulnera ferre iugo.

Bona pestis, quæ multos à peccatis arcet. Adde, q̃ per subsequẽtes psonas, similes illis intelligunt.

¶At felix pestis, nec flenda hæc hulcera, quæ nos
Illecebras prohibent, nequitiamq; sequi.
Quæ si Priamides Phrygia sensisset in arce,
Spartanas olim non violasset opes.
Pelides nunquam Clarias cecidisset ad aras,
Nullius in bello territus ense viri.
Alcides nunquam molles arsisset in actus.
Nunquam Leucothe viua subisset humum,
Thaida quid memorẽ? quid Phœdrã? Pasiphaenq;,
Quid Messalinam, quid (precor) Hypsiphilen.
Quid Canacen, fratris quæ conflagrauit amore,
Mitto Helenam, & Sesti transeo luxuriam.

EXCLAMATIO.

¶O mortale genus, quid fœdo viuere luxu
Imperiumq; paras, ferre cupidineum?
Optimus incæstis cœlestem nõ dabit arcem,
Nec sinet æthereæ scãdere regna domus.
Impuras etiam gentes in tartara mittit,
Et facit in præceps, mollia castra ruant.

QVOMODO PRISCI AMANtes male interierint.

¶Exemplum nobis præbet Phlegethonte sub alto
Ixion, Paphiæ dedita cura deæ.
Leander nimium pharetrato captus amore,
Hellespontiacis piscibus esca fuit.
Argiuo Priamus ferro, volucriq; sagitta
Concidit, Hercei, victima mœsta, Iouis.
Concubitusq; nouos expectans Hyppodamiæ
Myrtilus, insanis exanimatur aquis.
Lasciuumq; ducem falcato conficit ense
Iudith, & infernos cogit adire lares.

QVOMODO NOSTRIS TEMporibus sordidi amantes intereant.

¶At nunc quos rapiunt malesana Cupidinis arma
His languent fœdo sordida membra situ.
Et mala liuentis deflent contagia morbi,
Hic crus, ille manũ, perdidit ille pedes.
Ille homo defunctis membris, viuumq; cadauer,
Quæ Lachesis neuit stamina parua tenẽs.
Orgia qui noctu luxumq; sequuntur inertem,
Et quos elumbat pernitiosa Venus.
Qui superos audent contemnere, quiq; prophanos,
Polluti, sacris applicuere manus.
Quiq; veternoso scortorum in fornice, molli
Indulgent genio, nec sua damna vident.
Id genus, atq; alij ventres, scurræq; petulci,
Et quos gnatonum sordida turba iuuat.
Contractis miseri neruis, scabieq; tenaci,
Non sperant lapsis prosperiora bonis.
Imberbes etiam leto raptantur acerbo,
Tartareoq; litant, tempora prima, duci.
De miserijs hoc morbo laborantium.

¶Mira canam, sed vera tamen, quos corripit iste
Morbus, habent vitam, nec minus inde necem.
Sæpe vocant mortem, laceros suffigere telo
Pernegat, & cum sit perdita, fida venit.
His quoq; tabifluo manant pudibunda cruore,
Detectusq; sinus, stercora fœda parit.
Nunc caput inflecti, nunc brachia reddere motum,
Pesq; gradum vitat, sanguine vena caret.
Membra rigent, fluxo nihil est in corpore firmum,
Atq; exesa leuis spiritus ossa mouet.
Mortalis vultu color est, sunt lumina cæca,
Lumina, quæ mortem dissimulare solent.
Debile tabescit pectus, dentesq; vacillant,
Nec stomachũ Bromius, nec iuuat alma Ceres.
Brachia collidunt liquidum nigrantia ventrem,
Ossaq; per lumbos sanguine tincta patent.

Est miser & nulli non hic miserabilis vnus,
Qui sua letali pectora rore nutrit.
Defunctum sese vita, viuumq; tuetur,
Quemq; hominem credas, se negat esse hoiem.
Sæpius obstipo graditur curuamine, vocem
Non habet, ægrotum turpis amica, fugit.
Nudaq; virosum deriuant membra liquorem,
Et cutis à scabro cortice laxa fluit.

Comparationes pulchræ.

¶Non secus ac memorant pulso pro fratre fugacē
Biblida corruptis immaduisse genis.
Vtq; Pherecidis, seu victi funera Scyllæ,
Indecores maculant, tabe fluente, pedes.
Hæc fœcunda malo pestis, rugosaq; lepræ,
Filia, tergemini cærula spuma canis.
Crescit, & in miseros crudelibus ingruit ausis,
Crescat vt assidue plaga cruenta malis.

Difficulter medicabilis hic morbus.

¶Forsitan est aliqua primum medicabilis herba,
At vetus, herbarum pellier arte nequit.
Omne nocens gramen, quod sera falce secatur,
Crescit, & exiguo tempore robur habet
Gramineis igitur succis si pellere tentas,
Despis, ipsa tibi proderit herba nihil.
Pontica putridulæ cedunt medicamina pesti,
Nil opis Hypocrates, nil Epidaurus habet.
Si quenquam rogites, languentia pectora curet,
Murmura nequicquam, surdaq; verba dabis.
Pestis auernali, quæ te coquit, exijt antro.
Estq; flagellifera dæmonis orta manu.
Vt neq; Phyllitidæ, clari nec Apollinis artes
Optatam possint ferre salutis opem.
Tam laceræ pestis, tanti quoq; prima flagelli,
Luxus causa fuit, nec minor atra Venus.
Omnibus immenso numeris explentur in orbe,
Hæc duo, trifauci prodita monstra cane.
Omnigenum idcirco facinus, nulliq; ferendum
Crimen, olympiaco plectitur vsq; deo.

SALVBRIS ADHORTATIO, VT

criminibus derelictis, virtutes excolamus.

¶Nunc igitur, quo sit mens sana, in corpore sano,
Nemo dehinc ventri seruiat, atq; gulæ.
Praua bonis cedant, vitijs interrita virtus
Imperet, in nobis sit quoq; castus amor.
Nemo pudicitiam violet, syncera voluptas
Rebus in humanis, nil sibi scire mali.
Sit graue discinctis peccatum moribus vti,
Nesciat imberbis scommata vana puer.
Nos perdat scelus omne licet, tamen hæc tria primū
Ocia, vina, Venus, mentem animumq; necant.
Felix qui tenero nunquam subiectus amori,
Virtutem pluris quàm sua vota facit.
Et contra infelix, qui pleno corda lyeo
Mergit, & obsceno turpiter ore iacet.
Ocia lethargum generant, morbosq; latentes,
Segnicies illinc pernitiosa venit.
Ocia languores animi, turpemq; mephytim
Corporis important, & scelus omne fouent.
Strenuus hinc duros iuuenis tolerare labores
Discat, & Alcidis fortia facta sequi.
Difficili nunquam deus adiuuat arte volentem,
Aspirat semper docta Minerua bonis.
Inter Olympiacas longe pulcherrima nymphas
Primaq;, supremi vertice nata Iouis.
Nemo suas vires stupris & crimine perdat,
Sit procul ingluuies, illecebræq; procul.
Sit pudor immensus pecuino viuere ritu,
Nec minus absurdum verba pudenda loqui.

ANIMA NOSTRA EST SICVT

tabula rasa, vitijs minime maculāda.

¶Pura deo nobis data mens in corpore puro
Criminibus illam commaculare nephas.
Quiq; suam scelerat mentem, formamq; tonantis,
Fiet auernei tetra figura patris.
Candidius multo quàm summa venit ab arce,
Nos decet acceptum reddere depositum.
Seruiat hic animæ corpus, cœlestia tandem
Seiugis à terra spiritus astra petat.

Contra Venerem prouerbia.

¶Mœreat omnis amans, latitat sub melle venenū,
Non sunt, quæ iactat gaudia pura, Venus.
Ostentat panem dextra, lapidemq; sinistra,
Blandaq; Cumanos se reperire facit.
Non venit è cœlo semper secura voluptas,
Nec lento semper pœna cruenta gradu.
Sit tibi casta soror, nullo discrimine virgo,
Vestalem sese cogitet esse deam.
Furtiuos noctu ludos contemnat adulter,
Nec matri pellex filia blanda fiet.
Rusticus agrestis lapidosos excolat agros,
Et quod vile pecus, odit, amare sinat.
Nocturnasq; dapes & noxia dona lyei,
A teneris annis spernere disce puer.
Difficilem profert habitus de mente recessum,
Ferrea quem multo crimine vincla ligant.

Anima humana tribus est insignita potentijs, rōnali, irascibili, & cōcupiscibili.

¶Tres animæ vires, triplexq; potentia, nostræ
Mentis, in humana quælibet arce potens.
Prima quidem falso nouit discernere verum,
Dura, sequens, sæuæ prælia litis agit.
Tertia multa cupit, torto ligat omnia nexu,
Hic Genij nodus, funiculusq; triplex.
Felix qui docto regit hanc libramine lancem,
Felix hic, medium qui bene seruat iter.
Exulet omne nephas, procul hinc sint mollia vitæ
Gaudia, fitq; procul Sardanapalus iners.
Vna quies operum cunctis, sit & vna voluntas,
Insidijs pergat nemo perire suis.

CONSVMATIO OPERIS.

¶Auspice dehinc Christo, totus sic concinat orbis,
Viuat Iob, summo cū patre viuat Iob,
Fatidiciq; senis nomen veneremur vbiq;,
Et canat Aonium Calliopea melos.
Huic etiam cœlo dignos præstemus honores,
Cui deus in terris nescijt esse parem.
Ne testudineo marcescant ilia gressu,
Ne nos ante diem, sordida condat humus.
Ac quum fatalis moribundos fregerit artus
Parca, deo facili spiritus astra petat.

TÉλος

IN ORTHVINVM GRATIVM, CHRIsto Musisq; sacrum, Iohannis Cincinnij Lippiensis Epigramma.

Græcia Pegasidos tantum sustollere fonteis
Desinat,& colleis Aonia alto suos.
Quis modo non fluuius Musarum ducit alumnos
Mactos? quæ montis non iuga Musa salit?
Quæ non rura colunt,quos non inuisere campos
Turba Camænarum,pulcher Apollo simul?
Quis numeret omneis Itala sub gente Poetas,
Mintius, Eridanus,quos peperitve Tybris?
Aut Rhodanus nobis,aut quos iam conc[illegible] Ister?
Sic habet egregios Rhenus & ipse suos.
Quin minime obscuros proferunt & Vestphala rura,
Nec spernunt sacræ nostra vel arua Deæ.
Langius hinc satus est vates,hinc Buschius ortus,
Stemmate præclarus,clarus vterq; lyra.
Quid Hegium memorem Pellæi nomine regis
Et sophia clarum, Pieridumq; cheli?
Gratius hinc χαριτωμ,simul haud ingratus alumnus
Musarum,satus est,carminibusq; valens.
Cui Clarius laurum parat,& sua serta sorores,
Atq; legunt Nymphæ lilia mixta rosis.
Vatis Idumæi multa nam laude θριαμβος
Carmine sacrato τλημοσυνησ-q; canit.
Gaude tantorum felix,ω Vestphala gaude
Terra altrix vatum,pignora clara vide.

Laus Panomphæo Tonanti.

EPISTOLIVM AD EVNDEM.

HOc est Epigramma, mi charissime Orthuine, quo te atq; alios Vestphalos, viros profecto doctissimos, non solum viuentibus,sed & posteris etiam felicibus auspicijs commendare volui. Non enim me præterit,te sub ferula Alexandri Hegij, græce latinecq; doctissimi,Dauentriæ,ab incunabulis,siue ab ipsis(vt dicunt)crepundijs, liberaliter educatum, teq; ob eam solam rationem, Dauentriensem vulgo cognominari, natum tamen ex antiqua Gratiorũ familia,in diocœsi Monasterienſi. Tu igitur, qui tribus Gratijs ac Phœbo places, feliciter vale. Ex Verthina,regali Vestphaliæ cœnobio, Anno M. D. XXXVII. Tertio Idus Ianuarias.

¶Impressum est hoc præclarum opus sermonum,Coloniæ in officina literaria honesti ciuis Petri Quentel,
Anno M. D. XXXVII.
Mense Februario.

